

i 1857324

2-10327

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27




# Rabi Rossei Aegyptij

Dux seu Director dubitatum aut perplexorum, in  
treis Libros diuisus, & summa accuratione Reueren  
di patris Augustini Iustiniani ordinis Praedicatorii  
Nebiensis Episcopi recognitus. Cuius index seu ta  
bella ad calcem totius apponetur operis.



Vendatur cum Gratia & Priuilegio in  
Triennium, ab Iodoco Badio Ascensio.






# Kabi Rossei Aegyptij

Dux seu Director dubitatum aut perplexorum, in  
treis Libros diuisus, & summa accuratione Reueren  
di patris Augustini Iustiniani ordinis Prædicatorii  
Nebiensis Episcopi recognitus. Cuius index seu ta  
bella ad calcem totius apponetur operis.



Vendatur cum Gratia & Priuilegio in  
Triennium, ab Iodoco Badio Ascensio.






Recentiores hebrei Stephane praesul humanissime duos in primis celebrant Moyses, Aegyptium unum, Gerunden sem alterum. Aegyptio pater fuit Maimon, Gerundeni Nachman: unde hunc ficto vocabulo הרמבן Haramban. i. filium Nachman: illum vero הרמבם Haramba vocat: quod verbum Hebraeis sonat החכם הרב משה בן מאימון hachacham rab Mosse ben Maimon: i. sapiens rabi Mosse filius Maimon, ut singulis literis in ficto nomine contentis, unum respondeat integrum verbum. & hic quidem Mosse aegyptius multa suae sapientiae posteris reliquit monumenta. Extat namque illius opus quod יד יאד, hoc est manus suae quatuordecim inscribitur: magnum profecto volumen, in quatuordecim nepe digestum libris: quibus explanat Iudaeis legem, ac bonam תלמוד תלמוד talmud partem. Leguntur illius complura alia, tum in medicina, tum in philosophia, tum in sacris literis: quae prope omnia haecenus hebraice solum sunt scripta. Hunc vero eiusdem librum, qui inscribitur מורה הנבוכים more haneuochim. i. director dubitantium: iam pridem in nostrum sermonem versum constat ab interprete: cui magis curae fuit (ut illis temporibus) sententias utcumque exprimere, quam verba reddere eleganter: opus sane recondite & minime triuialis doctrinae, in quo multa rationibus demonstrantur philosophicis: plurima adducuntur, quae mire conducunt & faciunt ad intelligentiam sacrorum librorum. Quae res mihi in causa fuit: ut librum in publicum emitterem: tuoque nomini clarissimo dicarem. Noui enim quae te delectet, quae te capiat, quae etiamnum tibi arrideat sacrarum literarum lectio. Caeterum fuit auctor iste candidus, minimeque superstitiosus: plus certe veritati addictus quam neniis importunis neotericorum Iudeorum: quo factum est ut Iudaei omnes Galli (sunt enim Iudaei sicut & Christiani, Galli, Hispani, Germani, Itali, Asiani, Aethiopes) in unum conspirarint, librumque incendio deuouerint: quod sibi videretur nimium fauere Christianorum haeresi. Verum non potuerunt peruersae alioqui mentis homines perficere quod comitati erant. Habebatur namque liber non in Gallia tantum, sed per totum ferme orbem in multa exemplaria propagatus. Percipies porro illum quae sunt religionis religiose, quae philosophica philosophice, quae Talmudica talmudice: ac demum quae sunt diuina diuine tractare. Tu vero pater venerande munusculum hoc, eo animo accipe: quo omnia soles, quae ad diuinas literas & Christianam pietatem attinent: futurum semper in signe indicium meae erga te obseruantiae. Vale. Parthius Calendis Martius, M.D. XX.

INCIPIT LIBER RABI MOYSI AEGYPTII QUI DICITUR Dux Neutorum seu dubiorum: hoc est director dubitantium: ad discipulum amicum.

Præfatio.



EXIT Rabi Moyses Aegyptius in apertione libri sui: proptius sit tibi deus inclyte discipule. Ecce ex quo sedisti coram me, cum venisses de finibus terrae, ita ut addisceres sub me / anima tua preciosa fuit in oculis meis propter vehemens desiderium tuum in acquirendo sapientiam: & etiam propter illud quod vidi in carminibus tuis de vehementia desiderii tui in speculatione scientiarum. Hoc autem fuit ex quo peruenerunt ad me literae tuae & aggregationes elegantium verborum tuorum ab Alexandria priusquam expertus essem intellectum tuum. Et dixi in corde meo: fortassis amor illius erga sapientiam maior est quam apprehensio intellectus ipsius. Cum vero studuisti coram me: laborans in iis quae didicisti ante me de scientia firmamenti cum iis quae prius didiceras de scientiis mathematicis, sine quibus non potest comprehendere scientia praedicta: quoniam exigitur ut ista sint quasi stramenta: Augmentatus est amor meus erga te propter bonitatem scientiae tuae & propter bonitatem ingenii tui. Tunc autem vidi vehementiam desiderii tui ad scientias disciplinales: & idcirco permisi ut exerceres animam tuam in illis secundum quod percepi de intellectu tuo perfecto. Cum etiam didicisti sub me de arte dialectica: quia didicisti adhaerere anima mea tibi, & vidi te idoneum cui reuelarem secreta philosophiae: ut intelligas in ipsis quae perfectos in eis oportet considerare. Tunc autem coepi tibi dare capita verborum: & innuere summam quaedam / & vidi te quatenus diligenter a me ut adicerem illis alia: & inductus fui ut exponerem tibi verba spiritualium rationum: & ut facerem te scire in illis mentem loquentium, & utrum super illis inducta fuerit demonstratio an non: & ut etiam facerem te scire cuius efficacitae sint: & cognoui quod didiceras parum aliquid ab aliis: tu tamen labore nimio confectus es ex dubitatione tua magna: & anima tua preciosa querebat a te ut inueniret verba voluntatis. Ego vero repellebam te praecipiens ut addisceres secundum ordinem quae addiscenda erant. Erat autem intentio mea ut stares super veritate secundum vias suas: & non apprehenderes eam secundum accidens. Nec cessauisti in societate mea a rememoratione versus scripturam: vel a verbis sapientium quae percuterent te super ratione mirabili: quin exponere tibi. Cum vero creator diuisit nos: & posuisti faciem tuam ad finem voluntatis tuae, dies societatis tuae suscitauerunt in me cogitationem quietam, & manus recessus tui mouit me ad componendum librum istum, quem exposui tibi & similibus tui, qui sunt valde pauci. Distinxi autem illum capitulis non ordinatis: & quodcumque illorum fuerit subscriptum perueniet ad te primo in loco in quo fueris. & pax tibi in nomine dei mundi.

Inuocatio Authoris.

Notam fac mihi viam per quam ambulem: quia ad te leuo animam meam. Ad vos viri clamo, & vox mea ad filios hominum: inclina aurem tuam, & audi verba sapientum & cor tuum pones in sapientia mea.

Proemium Authoris.

Notus libri prima intentio est explanare diuersitates nominum quae inueniuntur in libris prophetarum / quorum quaedam sunt aequiuoca, & intelligunt ea insipientes pro quibusdam eorum de quibus dicitur nomen aequiuocum illud. Quaedam sunt transumptiuae: & intelligunt ea simpliciter pro eo unde transumuntur. Quaedam sunt ambigua & creduntur dicta secundum conuenientiam rei nec sunt vera, & quandoque creduntur aequiuoca. Et non est intentio mea in hoc libro docere communia ipsarum gentes: nec illos qui incipiunt in speculatione sapientiae, nec illos qui non sunt speculati nisi in doctrina legis solummodo: quoniam intentio huius libri totius est, ut intelligatur lex per viam veritatis. Intentio autem huius libri est expergefacerem mentem viri iusti in cuius animam intrauit credulitas legis nostrae: & colligata est in intellectu ipsius: & est perfectus in fide sua, & in moribus suis: & speculatus est in sapientia philosophica, & intellexit rationes ipsius, & traxit eum intellectus humanus ut faceret ipsum esse in gradu suo: sed impediunt ipsum acquirere gradum illum plana legis: & non potest intelligere vel scire de diuersitatibus eorum nominum aequiuocorum vel transumptiuorum

Nominum quaedam sunt aequiuoca: quaedam transumptiuae: quaedam ambigua. Quae est intentio huius libri.

vel ambiguum: & remansit in magna ambiguitate & corde dubio: & ignorat, vtrum sequatur intellectū suū habito post tergū qđ intellexit de nominibus illis. Et opinabit̄ tūc qđ destruit fundamenta legis, & qđ remaneat in eo qđ intellexit de nominibus illis, & non sequatur intellectum suum: & tunc habebit suspectū intellectū suū, & declinabit ab eo, & cognoscat in oibus iis qđ firmatum est super ipso damnū & corruptio in lege sua & fidē. Et remanebit in ipsis cogitationibus variis cum teneritudine cordis: & anxietate animi, & non recedet ab infirmitate animi & cogitationibus vagis. Commētat̄ etiam in hoc libro modum scđm: qui est ad exponendum similitudines nimis occultas, quæ sunt in libris prophetarum. & non dicitur manifeste qđ sunt similitudines: sed credit insipiens attonitus qđ sunt scđm suum planum, & qđ non est in eis ratio latens, & cum applicuerit mentem illis intelligens per viam veritatis, & intellexerit eas secundū suum planum: renouabitur in eo simul magna dubitatio. Sed quando exposuerimus illam similitudinē, vel expergefecerimus illum ad intelligendū qđ est similitudo, erit ei ostensor rectitudinis, & euadet de illa titubatione. & ideo vocaui nomen istius libri Duce

De nomine Neutorum vel dubiorum. Et non dico qđ liber iste aufert omnem dubietatem de corde intelligentis ipsum: sed dico qđ tollit plures & maiores dubitationes. Et non querat a me intelligens nec expectet quando mentionem fecerimus de aliqua ratione qđ perficiamus ipsam: vel quando inceperimus explanare aliquam similitudinē, qđ perueniamus ad finem eius qđ dicitur in similitudine, quoniam illud non conuenit intelligenti, vt faciat hoc lingua sua: nec cogitet de hoc nedum vt ponat in libro qui sit signum ad sagittam stulti qui se reputat sapientem: & sagittabit eum sagittis stultitiæ suæ. Iam autem exposuimus in aggregatione librorum nostrorum in Talmud de cōsequētia rationis huiusmodi: & inuimus super multis diuersitatibus, & mentionem fecimus in ipsis libris qđ opus de Beresith est scientia naturalis, & opus de Mercana est sapientia specialis. Et exposuimus qđ dixerunt, qđ non debent instruere in Mercana nec vnū solum nisi sit sapiens, & intelligens ex sensu suo. & tunc dabit ei initia rationū: & ideo nō querat a me nisi initia rationū: & tamē illa initia, nō sunt ordinata in libro isto, nec vnū post aliud: sed sunt dispersa, & immutata modis aliis ab eo qđ est nostrę voluntatis exponere. Quoniam intentio mea est, vt veritates quæ ibi sunt aliquando manifestentur: & aliquando occultentur, vt non remaneat aliquid qđ stet contra rationem specialem, quia nihil potest esse qđ cōstet cōtra ipsam. & ideo fuerunt veritates quæ sunt separate in comprehensione creatoris, occultę cōmunitati gētium sicut dicit Dauid. Secretum domini timentibus eū. Scias etiam qđ naturalia similiter non possunt exponi ab homine expositione perfecta, nec potest homo facere, vt sciantur pars principiorū suorum sicut sunt. & tu scis qđ dixerunt sapientes, & nō in opere de Beresith in duobus. Et si poneret homo oēs illas rōnes, esset expositor. & ideo fuerūt dictę illę rōnes in libris prophetię in parabolis. & loquuti sunt in eis sapientes in parabolis & similitudinibus, vt ambulent in eis per viam librorum sanctitatis: quoniam est inter illas, & sapientiam specialem cōiunctio firma, & colligatio foris, & etiā sunt secreta secretorum sapientię specialis. Nec ascendat in cor tuum qđ illa magna secreta sint a nobis scita vsq; ad finem suum, sed aliquando apparet veritas donec credimus qđ sit dies, & postea abscondunt ipsam potentia nostrę & cō-

Nota de modis quibus apparet veritas. fuetudines quousq; reuertimur in obscuritatem & tenebram, iuxta qđ fuimus in ipsa prius. Et idcirco sumus nos sicut ille cui apparet coruscatio vna post aliam interpolare dum ipse est in obscura nocte, & est aliquis cui apparet coruscatio vna post aliam: ita qđ credit qđ est continue in clara luce quæ non recedit, & apparet oculis eius qđ nox sit dies. & iste fuit gradus eximii prophetarum cui dictum fuit: Et tu sta hic mecum. & de eo dictū fuit qđ splendida facta fuit facies eius. Est etiam aliquis ex eis cui apparet coruscatio semel tantū in nocte, & ille est gradus illorū de quibus dictū est, Prophetauerūt, & non addiderūt. & ex eis est cui continget qđ inter vnā coruscationem, & aliam erit tēpus longum vel breue. Et ex eis est cuius gradus nō est adeo altus qđ eius tenebra nō illuminetur per coruscationem: sed per aliquod corpus clarū, &lympidum: sicut lapides qui illuminant in noctis obscuro, & tamen illa lux modica quæ splendet super ipsum nō est continua: sed apparet semel, & post latet: sicut splendor gladii qui versatur vibrando. Secundū autem gradus istos variantur gradus hominū perfectorū: sed de illis qui nūq; viderunt lucem, & qui semper in tenebris ambulāt, dictū est. Nescierūt neq; intellexerunt, qui in tenebris ambulāt. & abscondetur ab oculis eorum veritas vniuersaliter quæ sit multū clara sicut dictū est: quomodo non viderunt: lux clara est in celis. & isti sunt gens populorū terræ: & nō est rememoratio illis in hoc libro. Et scias qđ si velit aliquis perfectorū scđm perfectionem suā

gradus explicare rationem aliquā de eo qđ intellexit de secretis istis, & explanare illa ore suo vel lingua calami sui, nō poterit. & licet metiatur qđ comprehendit, deficiet in exponēdo illud expositione cōpleta scđm ordinem: sicut poterit facere in aliis scientiis ille qui scit viam doctrinæ illarum: sed cōtinget ei in docendo aliū sicut cōtingit ei in addiscendo. Qđ est dicere: quoniam ratio incipit apparere, & postea occultatur: quoniam natura huius rei in magno & in paruo sic se habet. Et ideo qđ voluit omnis sapiens excelsus & spūalis profecutor veritatis docere aliquid de huiusmodi, nō fuit locutus nisi in parabolis & in enigmatib; & in hoc multiplicatę sunt parabole seu similitudines. & posuerūt eas varias in suis generib; & specieb;, & occultauerūt in multitudine illarū similitudinū illud qđ debebat intelligi de enigmatibus illis in principio illius similitudinis: vel in medio, vel in fine: ex quo nō inueniebant similitudinē quæ cōueniret rationi illi a principio vsq; ad finē. Et fuit posita illa ratio qua intendebāt docere aliquē quæ esset vna in se dispersa & diuisa in multis similitudinibus distantib; abinuicē. Procefferunt etiā profundius in hoc dantes vnā & eandem rem p similitudinē rebus variis: vt principium similitudinis colligatur vno modo, & finis alio modo. Potest etiā contingere qđ totū erit similitudo ad duas res sibi propinquas in specie illius scientiæ: donec oīs qui voluerit docere sine similitudinib;, erunt verba obscuriora & magis profunda qđ si essent dicta mediāntibus similitudinibus: quasi sapientes & intelligētes trahentur post istā rationē cum volūate spūali, sicut trahūt eos suæ diuersitates naturales. Nonne vides qđ creator benedictus voluit perficere mores nostros & ornare modos cōscientię nostrę pceptis suis quę sunt mādata ad faciendū, & nō firmanē: nisi post opinionones intelligibiles: Initiū suum est, vt intelligat pceptum dei scđm possibilitatē suam. Et etiā non firmat nisi cū scientia spūali: quę scientia spiritalis nō apprehēditur nisi post sciam naturalem, quoniam scia naturalis posterior est sapientia spūali: sed est prior ea, ordine doctrinæ. sicut patet studentib; in hoc. Et ideo creator posuit apertionē legis nostrę in ratione operis de Beresith qđ est scientia naturalis sicut pexposuimus: ppter hoc difficultatē etiā magnitudinis rationis: & ppter breuitatē potentie nostrę in cōprehendēdo magnitudinē rōnum scđm qđ sunt vel fuerūt verba creatoris nobiscū in ipsis rationibus occultis qđ fecit, necessaria sapiētia spūalis de necessitate ad loquendū nobiscū in illis parabolis: & verbis multis occultis sicut dixerūt sapientes ad annunciandū fortitudinē operis de Beresith carni & sanguini nō pōt esse. Idcirco cōclufit scriptura dicēs. In principio creauit deus celum & terrā. & iam innuerūt tibi vt scires qđ illę rationes memoratę sunt clausę. Tu autē scis qđ Salomon dixit. Alta profunditas: quis inueniet eā: & fuit posita tota illa ratio in nominibus æquiuocis, vt intelligat ea vniuersitas populū terræ vno modo scđm breuitatē scientiæ suę: & debilitatē sui intellectus: & intelligat ea vir perfect; alio modo. Etiam proposuimus in expositione de mysna exponere mirabiles rationes in libro prophetiæ: & in hoc libro colligationis rationū cum intellectu. Et cū proposuimus in libro illo exponere oēs dubitationes enigmatū: quorū plana multū sunt a veritate remota: & deuiantia rationi intellectus: & oīa sunt similitudines. Et cum voluimus elapsis iam multis annis cōponere illos libros, & composuimus de illis parū: non fuit mihi visum conueniens qđ incepi exponere per viam illā: quoniam visum est mihi qđ si vellē procedere per viā similitudinis & occultationis in eo qđ oportebat occultare, nō exirem; de viā prima: & nihil nouū faceremus, & mutarem singulare pō singulari vnus speciei. Qđ si exposuerim; quō oportet exponere, istud etiā nō expedit: vt reueletur gēti. Nec etiā nostrę voluntatis est exponere species enigmatū, & plana prophetię genti. Vidimus etiā qđ si aliq; insipiens de populo: de iis qui legunt in Talmud, intēderit in enigmata, nihil ex eis erit ei difficile, nec multū remotū: qđ tum ad ipsum: quoniam apud insipientem & stolidū & vacuū a sapientia naturæ factorū non est remotū ab eo qđ sunt quæ im possibile est esse. Qđ si intenderit in illa vir perfectus & sapiens, nō effugiet alterum duorū, vel vt intelligat ea scđm suum planū: & tunc habebit suspectum illū qui dixit: & destruet consiliū eius: & non erit in omnibus istis qđ destruat fidei fundamenta, vel dicet qđ sunt ibi rationes occultę, & per hoc euadet: nec habebit illū suspectū qui dixit: siue appareat ei occultatio illius rei siue lateat eum. Ad hęc autē explanabūtur in hoc libro diuersitates prophetię & dispositiones suorum graduum: & expositio similitudinum illorū librorum per vnā de viis explanationis. Et propter ista volui aggregare illos duos libros scđm qđ erāt incepti, & posui in alio meo facere mentionem de fundamentis sciētiarum, & opinionum cōmunia memorari breuib; verbis: & in parte reuelare qđ est propinquum expositioni scđm qđ fecimus mentionē in aggregatione de Talmud, qui vocat Deuteronomi;. Sed verba mea in hoc libro sunt sicut illius qđ pfundauit in

† Al's pro- scientia † philosophica sicut pdixi: & scit scientias veras, & credit verba legis, & dubitat in suis  
phetica. rationibus: quia fecerunt ipsum errare ambigua nomina, & similitudines. Et inducemus in hoc li-  
bro capitula: in quibus non ponetur nomen æquiuocum: sed erit capitulum stramentum alterius ca-  
pituli. vel erit illud capitulum innuens aliquem modum nominum æquiuocorum, quia nolle dicere palam  
nomen illud in illo loco, vel erit capitulum demonstrans aliquam similitudinem, vel innuens aliquam  
de rationibus: ut faciat scire quod est similitudo, vel erit capitulum coadunans rationes mirabiles: in  
quo credunt addiscentes contrarium veritatis propter nominum æquiuocationem: Vel quia simi-  
litudo est fabricata super viam rei assimilata in ea, vel quia res assimilata in ea est fabricata super  
viam similitudinis. Et postquam induxi similitudines istas, præmittam quoddam antecedens: & est istud  
Clavis sci- Scies & intelliges quia clavis scientiarum omnium que dicta sunt a prophetis & veritatis eorum est in  
tie ppheta telligentia compositionis similitudinum & rationum ipsarum, & expositionis verborum eorum sicut  
rum. scis: quia scriptura dicit, In manibus prophetarum assimilatus sum. Et scis quia dictum est, vati-  
cinare vaticinium, & loquere parabolam. Et scis quoniam ex quo propheta vsi sunt multum loqui in  
Exemplum similitudinibus, dixit ppheta. Nonne assimilator similitudinum est? Sic etiam scis cum incepit Salo-  
qualiter Sa mon & dixit ad intelligendam parabolam. & Salomon in verba sapientum & ænigmata eorum,  
lomon per- & dixerunt sapientes: cui assimilabatur verba legis antequam veniret Salomon? Puteo cuius aqua  
uenit ad se sunt profunda & frigida, & non poterat homo bibere de illis. Sed quid fecit quidam subtilis  
creta legis. Coniunxit funem funi, & lineam lineæ & hausit. Sic processit Salomon de similitudine ad simi-  
litudinem, & de parabola in parabolam, donec steterit super secretis legis. ista sunt verba eorum.  
Ego vero non intelligo quod ascendat in cor alicuius perfecti secundum intellectum: quod ad verba legis, in quibus  
innuitur aliquid, intelligenda fecerunt instrumenta & machinas ratione similitudinum: que  
sunt precepta de tabernaculis: & palma: & in quatuor custodiis in lege scriptis: sed intentio fuit  
Probatio p sine dubio facere intelligi profunditatem, sic etiam dixerunt doctores nostri. Aliquis amisit aurum  
exemplum ca vel lapidem preciosum in domo sua, & accendit candelam vnius denarii, & inuenit gemam, &  
dele quom si similiter ipsa similitudo nihil est, & per manum similitudinis intelligis secreta legis, & etiam sunt  
militudo ista verba eorum. Appone cor tuum quod palam exposuerunt, quod legis arcana sunt lapis preciosus,  
cofert ad in & quod planum omnis similitudinis nihil est. Et vide quomodo assimilauerunt clausuram rationis  
tellectu se- assimilata, quasi ceciderit gemma in domo eius: & domus est nimis obscura. Et constat quod gemma ibi est: sed  
cretorum. non videt eam, nec scit locum eius, & idem est ac si dixisset de potestate eius ex quo nihil utilitatis ha-  
bet in ea, donec accendit candelam: quod est ostensio intellectus rationis similitudinis. Dixit sapiens  
Salomon. Mala aurea cum sculpturis vel picturis argenteum verbum prolatum in ratione sua. Ap-  
pone cor tuum ad audiendum expositionem huius rationis quam dixit. Scripturæ vel sculpturæ sunt  
celaturæ reticulatæ scilicet, in quibus sunt loca cauata celaturis/ sculprilibus, sicut opus aurifici  
cum. Et ipse dicit quod sicut est similitudo malorum aureorum cum picturis argenteis quorum cela-  
turæ sunt nimis subtiles: ita est verbum quod dicitur duobus modis. Et scias & intelligas quod suavis  
fit ista similitudo, nam ipse dicit quod omnis parabola habet duas facies, scilicet modum apertum, &  
rabola ha- modum occultum, & necesse est ut forinsecus sit pulchrum ut demonstrat incipienti super eo quod est  
bet duas fa intrinsecum: sicut malum aureum quod est opertum reti: in quo sunt celaturæ argenti subtiles:  
cies. s. mo- & cum videretur a remotis vel visione sine intellectu, ascendit in cor quod est argenteum ma-  
dum ocul- lum: & cum intuitus fuerit diligenter homo acuti visus, demonstrabitur ei quod intus latet: & sciet  
tum, & mo quod est aurum. Ita se habent similitudines prophetiarum: extrinseca earum sunt sapientia utilis  
dum aper- in multis: quorum vnum est ornatus officiorum societatis humanæ: sicut apparet in planis li-  
tum. bri parabolarum & aliorum similium, & interiora eorum sunt sapientiarum in scientia veritatis. Et  
scias quod similitudines prophetiarum sunt duobus modis. Sunt etenim quædam similitudines in quibus  
quodlibet verbum demonstrat aliquid super aliquo separatim. Secundus autem modus est quod erit vni-  
uersa similitudo demonstratiua rei assimilata in ipsa. erunt tamen multa verba in ipsa similitu-  
dine: quorum nullum adificiet aliquid in ipsa re assimilata: sed posita sunt ad ornatum similitu-  
dinis, & ad orationem eiusdem vel ad profundationem occultationis rei assimilata: ut sit ver-  
bum ducatum præbens secundum ordinem: iuxta quem conuenit plano illius similitudinis. Et adhibe me-  
tem huic rationi. Exemplum primæ speciei similitudinum prophetiarum est illud quod scriptum est. Vi-  
dit somnum, & ecce scala posita in terra: & in hoc quod dixit scala, significat quiddam: & in eo quod dixit  
Genesis. posita in terra, significat secundum. & in eo quod dixit cacumen eius tangebatur celos, significat tertium.  
Et ecce angeli domini, significat quartum. ascendentes, significat quintum, & descendentes significat sextum,  
& ecce dominus stans super ipsam, significat septimum. Et ecce omnia verba posita in hac similitudine, si

gnificant aliquid propter vniuersum rei assimilata in ea. Exemplum vero secundæ speciei similitudinum  
prophetiarum est illud quod dixit Salomon. De fenestra domus mee per cancellos prospexi: & video par  
uulos, & considero iuuenem vecordem qui transit per plateas in obscuro: ad uesperascente die: & ec  
ce mulier occurrit illi nunc foris/nunc in plateis/apprehensumque deosculabatur iuuenem dicens. Vi-  
ctimas pro salute tua deuoui. Idcirco egressa sum in occursum tuum. & intellexi istorum versum est:  
ut caueant sibi homines ne sequantur vitia corporalia, & assimilauit que est causa omnium corpo-  
ralium desideriorum mulieri meretrici virtutem habenti: & super hac similitudine fabricatus est li-  
brum suum. Ad hæc etiam exponemus in capitulis huius libri profundam sapientiam ipsius in eo quod  
assimilauit materiam corporalem mulieri meretrici virtutem habenti. Et exponemus qualiter finiuit  
librum suum in laude mulieris non meretricis: sed dantis operam, & intendetis in apparatu eorum que  
sunt necessaria domui suæ & viro suo. Et omnia ista sunt impedimenta que prohibent hominem ac-  
quiere postremam perfectionem, que est scire creatorem suum. Similiter etiam omnes mores peruersi & prauis  
qui sunt in homine non sunt in eo: nisi ex parte materie corporalis solummodo, sicut explanabitur in  
hoc libro. Et illud est quod intelligit in vniuerso de similitudine/seu parabola supradicta: hoc est di-  
cere, quod trahatur homo post suam concupiscentiam corporalem solummodo: que est materia corpo-  
ralis. quam materia propinqua hominum: eadem est materia propinqua vniuersitatis animalium. Postquam autem  
ista explanauis & reuelauis tibi secretum predictarum similitudinum, non queras a me quid est dicere, Vi-  
ctimas pro salute deuoui, & quid significat. Lectulum meum strauis tapetibus. Et quid est quod adiecit in  
hac similitudine quod dicitur Non est vir in domo sua: & alia etiam istis similia. quoniam omnia sunt colliga-  
mentum verborum super plano similitudinum. Ista etenim verba que dixit Salomon, sunt verba for-  
nicatorum. Intellige bene verbum istud quod est principalitas magna & fortis in eo quod explanare pro-  
pono. Et cum videris in aliquo capitulorum huius libri, quod expono aliquam de similitudinibus, & cum in-  
nuero tibi super secreta vniuersitatis assimilata rei quod est, non queras a me singularia rationum que  
ponuntur in ipsa similitudine, & non labores inuenire in ipsis rationem que pertinet ad rem assimi-  
lam in eis, quam istud deducet te ad alteram duarum viarum: vel enim repellit te ab intellectu ratio-  
nis similitudinum intelligenda, vel deducet te in labores cogitandi opiniones, que non habent radi-  
cem, & illa non fuerunt scripta, ut mediteris in illis illas opiniones, & accedet tibi gradus labor in  
verbis vanis, & sine fructu, & tamen laborat in illis, & componunt libros multi hominum nostri temporis:  
quia omnes illi desiderant inuenire rationes & opiniones in dictis quas scriptor non intederat dice-  
re: sed intentio tua sit in maiori parte similitudinum intelligere vniuersum similitudinum quod fuit in  
intentione dicentis ut faceret scire. Sufficit autem tibi in parte rerum huiusmodi, ut intelligas ex ver-  
bis meis cum loquor tibi, quod talis ratio est similitudo: licet nihil amplius explanem. Nam quam in-  
tellexeris quod est similitudo, intelliges statim cuius est similitudo: & dictum nostrum in dicendo ti-  
bi quod est similitudo, erit sicut qui aufert quod est ante faciem: quod separat inter videntem & rem vi-  
sam. Et hoc est signum firmamenti & commendationis huius libri: cum volueris consequi quicquid  
est communicatum in eo: donec non cadat verbum de verbis eius. Pone super cor tuum capitula  
ipsius, vnam partem super alteram: & non sit intentio tua in capitulo, ut intelligas totam rationem  
eius tantum: sed ut scias quodlibet verbum quod habetur in communi rationis ipsius, licet non sit de ra-  
tione capituli: quoniam verba mea in hoc libro non fuerunt casu: sed cum magna inquisitione &  
disputatione, & cum cautela ab erroribus cum expositione occultata, & nihil est ibi dictum extra  
locum suum, nisi ut exponatur in loco suo, & non multiplices disputationem super ipso cum  
opinionibus tuis, quia non prodesse animam tuam: sed opus est tibi scire quod est necessarium ut  
sciatur: & intende in hoc semper: Quia tunc explanabit tibi maiorem partem dubitationum  
quæ sunt in lege, & in quibus errat omnis intellectus intendetis in ea. Ego autem adiuuro in eo  
qui est benedictus omnem qui legerit in hoc libro: ut non exponat alii vel vnum verbum nisi quod  
est explanatum in verbis illius legis qui me promouit, qui est de sapientissimis nostræ legis, quo-  
rum sunt nomina scita: sed non doceat alium extra se, ad docendum & reuelandum quod nullus alius  
doctorum nostrorum dixit præter me, & non festinet contradicere verbis meis, quia poterit con-  
tingere quod intelliget in illis contrarium eius quod fuit in mente mea, & nocebit mihi pro bono quod  
ei feci, & reddet mala pro bonis. Sed intendat in eo ad cuiuscumque manus deuenierit, & si intenerit  
in eo illud quod vult de dubitationibus, vel in vno verbo det gratias deo: & sufficiat ei quod intel-  
lexit. Quod si nihil utilitatis inuenierit in eo, reputer ac si non esset compositus. Si vero viderit  
in eo damnatum aliquod secundum suum intellectum, excogitet aliquam bonam opinionem, & iudicet in  
bonam partem: & tamen cum opinione remota secundum quod est debitum super vniuersitatem gentis nostræ  
a. iiii.

Prouerbio rum. vii.

Attende vtrum ve- rum sit.

nedum super sapientibus nostris & sustentatoribus nostrae legis, qui laborant ut promoueant nos in veritate scdm apprehensionem sui intellectus. Et scio qd omnis ille qui incipit addiscere ab hominibus imperfecte speculationis inueniet vtilitatem aliquam in capitulis huius libri: perfectus vero inter homines & obseruator legis & dubius in rationibus suis sicut praedixi nanciscetur vtilitatem in omnibus capitulis huius libri: & erunt suauia gustui eius & placita auribus illius. Vacui autem a scientiis quorum cerebrum plenum est opinionibus vanis, & rationibus falsis quas opinantur esse veras scientias: & qd ipsi sunt magistri speculationis: & tñ non habent partem in sapientia: nec in eo qd debet vocari sapientia: scio vere quonia tales fugient & ridebunt de multis capitulis huius libri: & graue erit eis: quia non scient rationes eius: etiam quia reuelabitur in eis falsitas fraudis eorum. Et argentum qd est in manibus eorum qd est scoria, est thesaurus eorum, & diuitiae reseruae in tpe necessitatis: Creator autem scit/ quia multum timui componere verba ista que volo coniungere in hoc libro: quoniam sunt verba occulta, & nullus fuit liber copositus in illis in gente ista a longo tpe captiuitatis in qua sumus. Et quomodo audebit cor nostrum innouare huiusmodi innouationem, & coponere librum in eo: sed innixus sui super duobus antecedentibus. quorum vnum est: qd dixerunt sapientes in eo qd est simile huic rationi tempus facie di dno. Scdm est qd dixerunt, oia opera tua sunt scdm tuam consciam ad seruitium dei. & super his duobus sustentatus fui in eo qd composui in parte capitulorum huius libri. Et vniuersaliter dico qd ego sum homo cuius cogitationum portae sunt clausae, & passus voluntatis eius coangustantur, & non inuenit consilium ut reuelaret veritatem, que probata est non eo pacto: ut prohibet illud. & non curabo si me culpauerit multitudo gentis stultorum. Et erit intentio nostra, ut euadat ille bonus homo ab eo in quo dubitat, & docebo illum: ut recedat a sua dubitatione. donec sit perfectus. & inueniat requiem: vel antecedens pposito. Scias qd cause destructionis vel contrarietatis q inuenitur in aliquo librorum, vel in aliqua aggregationum sunt. vii. Quarum prima est: cum copositor componit verba diuersorum hominum habentium contrarias opiniones, & non nominat illos quorum opiniones sunt: nec appropriat quilibet verbum dicenti illud: inueniet in libro illo quasi destructio vel contrarietas vnius rationis ad alteram: quonia vna illarum distinctionum est opinio vnius & altera alterius. Secunda causa est: cum copositor libri fuerit primo in vna opinione, & postea mutabit in aliam: & verba eius tam prima q secunda sunt scripta. Tertia causa est: cum non omnia verba libri fuerint scdm planum: sed partim scdm planum: partim scdm parabolam, & habebit rationem occultam: vel erit due distinctiones: quartum vna destruit alteram in apto similitudinis. Et cum intellecte fuerint scdm suum planum, vna destruet reliquam: vel vna erit diuisa ab alia. Quarta causa est cum fuerit conditio q non reueletur in loco suo ppter aliquam necessitatem: vel q sunt due rationes fundatrices varietatis, & neutra earum explanatur in loco suo: & videt q sit destructio vel contrarietas in verbo, & non est. Causa quinta est, necessitas addiscendi cuius expositio est cum fuerit profunda ratio ad intelligendum difficilis discipulis, & necessitas coegerit ut fiat de eo mentio vel q praemittatur: & inueniat aliam rationem ad intelligendum facilem. Et idcirco necesse est ut praemittatur ratio leuis quonia semper incipiendum est a leuioribus. Et erit necessarium doctori ponere oculum suum in doctrina primae rationis scdm q possibile fuerit cum speculatione grandi: & volet disputare veritatem rationis: sed omittet intellectum auditoris, donec intelligat qd necesse est ut faciat ipsum intelligere, & postea reuertetur ut disputet illam profundam rationem: & explanabitur super veritate sua in loco sibi conuenienti. Sexta causa est, cum fuerit destructio latens: & non apparet, nisi post multa antecedentia praemissa. Et quia indiget multis antecedentibus in expositione est magis occultum, & cum istud acciderit compositor sapienti opinatur q inter duas primas distinctiones non est contrarietas, & cum vtraque duarum distinctionum fuerit sumpta, & adiunctum fuerit ei verum antecedens, inde proueniet conclusio scdm q debet sequi ex eis, & peruenietur post multa cohaerentia ad contrarietatem inter duas vltimas conclusiones: vel erit varietas inter illa duo. Et simile huius accidit sapientibus compositoribus, vel q sint due primae distinctiones contrariae manifeste: sed sapiens compositor oblitus est primae distinctionis in scribendo secundam in alio loco libri: & hoc est defectus magnus, nec est conueniens ut ponat in numero eorum quorum verba debet intelligi. Idem erit cum vtraque distinctionum fuerit sumpta, & coniuncta fuerit propositio vera: proueniet conclusio, scdm q conuenit de necessitate. Et similiter fiet in qualibet conclusione cum adiecta fuerit ei assumptio: & proueniet inde conclusio scda scdm q conuenit. Causa septima est cum necesse est sapienti loqui in rationibus nimis profundis: quartum partem conueniens est occultare & parte explicare, & necessitas compellit scdm vnam rationem: ut ordinet verbum in ea

Septem sunt  
causae de  
structionis  
alicuius eo  
rum que in  
ueniuntur  
in aliquo li  
bro.

secundum mensuram vni antecedentis: & necessitas compellit in secundo loco ut ordinetur in eo verbum super mensuram antecedentis destructiuum primi antecedentis: & necesse est copositori ut gens non intelligat locum contrarietatis quae est inter duas rationes: sed prouidebit caute artificialiter ut celetur istud omnibus modis. Contrarietas autem quae inuenitur in Misna: & in verbis sapientum est secundum primam causam: Contrarietates autem & varietates quae sunt in Talmud: sunt secundum primam & secundam causam. Diuersitates de Talmud & parabolarum deuiauit tertia & quartam causam. Et propter hunc modum fuit intentio huius antecedentis qd praemissimus. Iam scis multitudinem verborum sapientum dicentium: quaedam scriptura dicit sic. Et dixerunt plana contrarietatis: & postea exposuerunt qd aliquid diminutum est de ratione vel q variatum est fundamentum: sicut dixerunt Absaloni. Non sufficit tibi qd verba tua contradicunt verbis patris tui: donec ipsa se adinuicem destruant. Et similia istis sunt verba sapientum. Non est autem nostrae intentionis nisi ut innuamus super verbis in quorum planis est contradictio in scientiis & opinionibus: & ad haec explanabit pars istarum rationum in parte capitulorum huius libri. quoniam ista ratio est de arcanis legis. Quae si quaesieris vtrum inueniatur in libris Prophetiae contradictio: est secundum septimam causam. Et est locus speculationis & inquisitionis: & necesse est ut non iudicet super illo precise casualiter. Sed varietas quae inuenit in libris prophetiae visa est scdm quintam causam. Contradictio vero quae inuenit in pluribus copositorum & expositorum, praeter illud cuius fecimus mentionem, est scdm sextam causam. Similiter est contradictio magna in parabolis sapientum scdm istam causam. Et ideo dixerunt: non debet induci contradictio ex parte similitudinis: & est in eis contradictio scdm septimam causam. Varietas autem quae inuenitur in hoc libro, est scdm quintam & septimam causam. Et ideo audi & labora ut scias: & recordare semper ne errer cogitationes tuas in parte capitulorum suorum. Post antecedentia vero quae praemissa incipiamus commemorare nosa quibus indigemus ut ostendam super veritate rationum suarum. Et nostra intentio est explanare ipsa in quolibet loco: ut haec sit clavis ad ingrediendum in cameras: quartum portae sunt clausae: & cum aperuerit homo portas illas: & intrauerit illas cameras delectabitur animas, & recreabuntur oculi: & requiescent corpora ab angustia & tristitia sua. Aperite portas & ingredietur gens iuxta custos credulitatum.

Imago et similitudo. Capitulum primum.

**M**ago & similitudo in lingua hebraica dicuntur Celem & Demut. Maior autem pars hominum putat qd cele in lingua hebraica significat compositionem seu fabricationem rei & formatum eius. Ex quo sequitur qd Creator sit corporeus: quia dixit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & putat qd Deus habeat formam humanam, & similitudinem eius. i. figuram. Et istud induxit eos ut crederent Deum esse corporeum: et opinati sunt qd si remouerent istud a Creatore, negarent scripturam, & auferrent essentiam creatoris, si non haberet corpus figuratum & formatum sicut ipsi, praeter qd est magnus & pulcher secundum suam aestimationem. Et putat qd elementum eius non est carneum vel sanguineum, et in hoc videtur differentia secundum qd conuenit honori dei. Sed adhuc probabitur tibi in hoc libro, qd necesse est ut dicatur in remotione corporeitatis & affirmatione vere vnitatis: quae non potest habere veritatem, nisi corporeitas remoueatur. Sed intentio in hoc capitulo est explanare rationem de Cele & Demut. Dicam ergo qd forma quae est compositio seu fabricatio rei, vocatur hebraice toar: sicut dicitur qd est pulchra figura. Et dixerunt in forma operis artificialis. Formatum est de tintura: & istud nomen nullomodo conuenit Creatori. Nomen autem qd est celem, conuenit formae naturali quae est perfectio rei & essentia: sicut est in homine intellectus humanus. Et propter hoc dictum est ad imaginem Dei. Et dictum est, Celem eorum contempnes: quia contemptus adheret animae: quae est forma spiritualis: & non adheret membris vel formae eorum. Et ita dico ego qd opinio vocantium idola caele animi: hoc est imagines, (quod querit ab eis) est sua potentia quae ascendit super cor non sua forma. Et cum dixit, Faciamus hominem in nostro celem qd est nostra imago hoc est dicere, forma spiritualis quae est apprehensio intelligibilis non fabricatio seu compositio neque formae corporales. Et iam diximus differentiam inter cele & toar qd est figura. Et similitudo est nomen dictum ab assimilari: cuius expositio est similitudo in aliquo modo non corporeo. Cum enim dixit, Similis factus sum pellicano in solitudine, non fuit sua intentio qd similis esset suis alis, vel

Multum putat  
desi habere  
formam  
humanam.

Quid est  
deus  
faciamus  
hominem, &c.

pennis: sed quod dolor eius similis esset dolori illius. Similiter ubi dicitur, Furor illis secundum similitudinem serpentis. In istis etiam & similibus est similitudo in aliqua manerie seu modo: non in figura vel forma. Similiter etiam cum dicitur, Similitudo throni, hoc est dicere in similitudine honoris & gloriae, non in eo quod esset quadrata, vel rotunda, vel longa sedes: sicut putant insipientes. Similitudo etiam similiter animalium quam vidit Ezechiel, & in eo quod separatus est, hoc in modo multum mirabili cui non est similis in omnibus creatis sub sphaera lunae. & haec est apprehensio intelligibilis quae non indiget aliquo membro vel sensu, assimilavit ipsum creatori qui non est corpus. Et licet non habeat similitudinem in rei veritate nisi imitatio imaginis, tamen dicitur de homine secundum hunc modum, sed secundum intellectum spirituales qui est coniunctus in eo. & ideo dicitur quod est ad imaginem & similitudinem: non quod creator habeat corpus in quo fit figura.

## ¶ Vtrum peccatum Adae fuerit causa intelligentiae eius. Capitulum secundum.

Genesis.

Quaestio.

Responsio.

Intellectus est vitima plectio hois

**Q**uestio. Responsum. Vespuit a me quidam sapiens homo, iam anni multi sunt elapsi, mirabilem quaestionem, et necessarium est ut intelligatur quaestio & responsio nostra. Sed antequam dicam quaestionem & responsionem, dico quod quilibet intelligens linguam hebraicam scit quod hoc nomen heloyim aequiuocum est Deo, & Angelis, & ludicibus habentibus Ducatum in villis. & hic iam exposuit angelos: & veritas se habet sicut ipse exposuit in eo quod scriptura dicit, Et eritis sicut heloyim scientes bonum & malum: hoc est dicere, sicut homines nobiles & excelsi. & post stramentum huius nominis incipiam ponere quaestionem. Dixit aduersarius, videtur mihi secundum planum scripturae quod prima intentio in creatione hominis fuit, ut esset sicut & caetera animalia sine intellectu & cogitatione: & quod non discerneret inter bonum & malum: & cum peccauit, peccatum suum promouit eum ad hunc gradum sublimem & perfectum qui in homine inuenitur: scilicet ut haberet intellectum qui est in nobis: qui est nobilior omnibus quae sunt in nobis. & propter ipsum sumus quasi angeli spirituales. Et haec est admiratio magna quod poena peccati sui det ei perfectionem quam prius non habebat: scilicet intellectum, hoc autem idem est ac si diceretur quod aliquis homo perpetrat peccatum grande: & inflicta est ei poena, quod mutata creatione factus est stella in caelo. haec fuit obiectio aduersarii, & intentio ipsius. Nunc autem audi rationem. Diximus aduersario quod malum est cum aliquis speculatur in intentione cogitationum suarum. Et in eo quod sibi videtur sine inquisitione: & putat se intelligere librum qui demonstrat iustitiam prioribus & posterioribus in speculando ipsum in tempore natiuitatis suae, exhilaratus a cibo & potu & aliis desideriis secularibus: sicut ille qui speculatur librum historiae vel canticum aliquod libri canticorum. Sed attende & intellige mirabilia huius rationis: quia non est ita sicut putasti in initio cogitationis: sed est sicut monstrabitur intendenti in hanc rationem. Intellectus quem elargitus est Deus Adam primo, ipse est postrema eius perfectio quae fuit in Adam antequam peccaret: & ratione huius intellectus dictum est de eo: quod creatus est ad imaginem dei: & mediante illo locutus est deus cum eo: & precepit ei: sicut scriptum est, Praecepit dominus Adae. & non datur praecipuum bestiis vel non intelligenti. Et per intellectum discernitur inter verum & falsum. & intellectus fuit in ipso in fine perfectionis: sed pulchrum et turpe vel bonum & malum inuenitur in sensibilibus non in intelligibilibus. Non enim dicitur quod caelum sit bene rotundum vel terra male extensa. sed dicitur de eis verum vel falsum: & istud erit in omnibus intelligibilibus. Igitur cum Adam esset primus in completio suae compositionis, & in rectitudine naturae suae & suorum intelligibilium propter quod dictum est, Minorasti eum paulominus ab angelis, Non erant in eo potentiae per quas intenderet sensibilibus, nec apprehendebat illa, & praesertim quae sunt in fine malitiae: & hic est discooperitio membrorum eius, nec erant mala apud eum: nec cognoscebat defectum suum. Cum vero peccauit & secutus est concupiscentiam suam & desideria carnis: sicut dictum est, Vidit quod esset pulchrum visu & ad vescendum suaue: inflicta est ei poena. scilicet recessit ab eo intelligibilium apprehensio. Et cum preuaricatus est praecipuum quod datum erat ei, mediante suo intellectu: remansit in eo apprehensio sensibilibus & profundavit in scientia boni & mali. & tunc cognouit compatioe eius quod amiserat: & eius quo expoliatus fuerat: & ad quem gradum accedit. Propter hoc ergo dictum est, Eritis sicut heloyim scientes bonum & malum: & non

dixit, scientes verum & falsum. quoniam in rebus necessariis non accidit bonum vel malum: sed verum & falsum. Et attende quod dictum est, Aperti sunt oculi amborum: & cognouerunt quod nudi essent: & non dixit viderunt, ut faceret te sentire, quod idem viderant ante quod post. Non enim erat caecitas in oculis & post aperti sunt. sed mortis fuerat ad alium gradum in quo cognouit malum, quod non cognouerat ante: & ut videretur turpe quod prius non apparebat tale. Scias autem quod verbum istud scilicet apertio oculorum, non ponitur aliquo modo nisi pro visione intellectus, non pro visione oculorum: sicut dicitur, Aperuit dominus oculos suos. Et iterum, Tunc aperietur oculi caecorum. (Subtracta sunt hic quaedam quae erant in originali: quia non conueniebant litterae quae nos habemus in Genesi. Littera quae prosequitur talis est.) Adam mutante facies suas, emisisti eum: cuius expositio ista est: quia facies in hebraico dicitur a videre seu aspicere. Et cum Adam immutauit suum aspicere cernendo quod prohibitus erat intueri, eiecit eum de paradiso, propter hoc ergo eiecit eum de paradiso: & ista est poena debita illi peccato in mensura contra mensuram: quoniam licentiam habebat vesci delectabilibus & delicatis in quiete et pace: cum creuit, in eo cupiditas: & secutus est desideria carnis suae, (sicut praediximus) & comedit de ligno vetito, amisit totum: et incidit in auaritatem comedendi cibos malos: quibus vesci non debebat nisi cum poena multiplici & labore, sicut scriptum est, Spinas & tribulos germinabit tibi. Et iterum, Emisit dominus Adam de paradiso voluptatis ut operaretur terram, & adequauit eum iumentis in pluribus modis ciborum suorum: et dictum est in expositione huius rationis, Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

## ¶ Similitudo et figura. Capitulum tertium.

**F**abre. Scendit super cor quod eadem est intentio in lingua hebraica similitudinis & fabricatio nis seu figure: & non est ita. Nam fabricatio seu figura dicitur de apparatu rei corporalis: vel comparatio seu figura in longitudine vel rotunditate, vel aliis similibus. Et ideo hoc nomen nullo modo conuenit creatori in lingua hebraica. Similitudo vero de tribus dicitur quasi aequiuoce: dicitur enim de forma seu figura rei quae per sensum comprehenditur. Dicitur etiam de forma simili rei prout existit in imaginatione: & hoc quod dicitur in cogitatione visionis nocturnae. Dicitur etiam tertio modo de veritate rei quae comprehenditur intellectu: & secundum hunc modum dicitur de creatore quod habet similitudinem: sicut scriptum est de Moyse: Similitudinem dei vidit: hoc est veritatem dei apprehendit.

## ¶ Videre & respicere. Capitulum quartum.

**S**cias quod verbum videndi & verbum respiciendi conueniunt visioni oculi: & accommodantur apprehensioni intellectus. sed verbum videndi scitur apud gentes, sicut dictum est, Vidit, & ecce puteus in campo. hic ponitur pro visione oculi. Item, Cor nostrum vidit multam sapientiam: hoc est intellexit: & secundum hanc accommodationem dicitur verbum videndi, ubi cum inuenitur dictum de deo: sicut scriptum est, Vidi dominum & apparuit ei dominus. et, Vidit dominus quod esset bonum. Et alibi, Ostende mihi faciem tuam. Et, Viderunt deum Israel. totum hoc est apprehensio intellectus, & non visio oculorum. Oculi enim non vident nisi corpus: & in loco, & quaedam accidentia sicut colores & figuras. Similiter respicere conuenit oculo: sicut scriptum est, Non respicias retro. Et respexit vxor eius retro. Accommodatur etiam rationi intellectus donec apprehendat, sicut dictum est, Non respexit iniustitiam in iacob. Oculus enim non videt iniustitiam. Respexerunt post Moysen: hoc est, disputabant, & inquirebant de operibus eius & verbis. Et secundum hunc modum est dictum Abraham, aspice caelum. Hoc enim dictum est in visione prophetiae: & secundum hunc modum accommodationis verbum aspiciendi dicitur de deo.

## ¶ De preparatione intellectus ad intelligenda diuina Capitulum quintum.

**C**um Aristoteles princeps Philosophorum incepisset inquirere ut induceret probatorem super rebus valde profundis, dixit, quasi remouens a se culpam. Non oportet nec decet eum qui inspexerit verba mea: ut imponat et imputet mihi culpam, quasi confidam de fortitudine intellectus mei ad loquendum de iis quae ignoro sed iudicet me facere

Genesis

istud ex desiderio & amore acquirendi scientias et attingendi veram sapientiam secundum possibilitatem hominis, sicut & dicimus: quia non expedit homini ut festinet et extendat manum ad rationem istam nobilem & excellentem in initio cogitationis sue, donec exerceat animam suam in scientiis, ut depuret, & examinet mores suos ut sint mundi: & extinguat concupiscentias suas, & desideria cogitabilia. Et cum applicuerit animum suum antecedentibus veris & firmis, & sciuerit ea, et sciuerit inducere probationes demonstrantis, et sciuerit sibi cauere ab errore virtutis imaginatiue, tunc applicabit se ad acquirendum super ista ratione, et non deciderit in dictum in prima opinione quam inuenerit: nec extendet manus cogitationum suarum in primis, ad comprehendendum secretum dei: Sed opus est ei ut erubescat et timeat accedere ad eum, donec se paulatim exerceat. Et propter hoc dictum est, Abscondit moyses faciem suam: quia timuit aspicere dominum, & laudauit creator quod fecit, & largitus est munificentiam bonitatis sue, sicut dictum est de eo, Speciem domini vidit. Et dixerunt magistri nostri: quod hoc fuit primum eius: quia abscondit faciem suam ne aspiceret dominum, Sed seniores filiorum Israel festinauerunt in cogitationibus suis apprehendere dominum, et non apprehenderunt ipsum apprehensione perfecta. Et ideo dictum est de eis. Viderunt deum Israel: et sub pedibus eius &c. & non est dictum solummodo, Viderunt deum Israel: quia sententia verus est quod illa visio imputata est eis in peccatum, non enim dictum est ut sciretur quod viderunt, & ostendit eos culpabiles super specie comprehensionis sue: pro eo quod communicatum est de ipsa de potentiis corporalibus. Et hoc torum procurauit festinatio illa cum speculareretur ante perfectionem suam ex qua debebatur eis finis vite: & orauit pro eis Moyses & prolongauit deus vitam eorum donec combusti fuerunt in Cabera: & combusti sunt in Nadab, & Zabin, in tabernaculo testamenti secundum quod scriptum est. **Q**uod si ita contigit illis sapientibus honoratis quanto magis nobis imperfectis: quanto magis his qui imperfectiores sunt nobis: quibus necesse est ut studeant totis viribus suis in complemento eorum quae sternenda sunt nobis: Et ut acquirant antecedentia quae mundant apprehensionem intellectus a pollutione sua quae est erronea: et tunc appropinquabit ut speculetur illum statum spiritualem, sicut scriptum est, Sacerdotes qui appropinquant domino, sanctificentur, ne percutiat eos. Salomon etiam praecepit ut homo caueat sibi multum qui voluerit acquirere gradum illum, cum dixit, Custodi pedem tuum cum intraueris in domum domini. Reuertar autem ut doceam quod incepi exponere, & dicam, quod maiores filiorum israel, cum omni eo quod accidit illis in apprehensione sua de magnis damnis & accidentibus, laborauerunt etiam in hoc, & inciderunt modis corporalibus propter laborem & apprehensiones intellectus sui. Vnde dictum est: Viderunt dominum, & manducauerunt & biberunt. Sed complementum istius verbi quod dictum est. Et sub pedibus eius est sicut opus sapphiri, adhuc explanabitur in capitulis huius libri. Tota vero nostra intentio quo ad verbum videndi vel inspiciendi est quod deus in hunc modum est apprehensio intellectus non visio oculorum. Quoniam creator benedictus non est eius nature, ut comprehendatur ab oculis: quoniam si aliquis de imperfectis quod non attigerit sensum istum ad quem volumus illum promouere, voluerit omnia verba istius modi quae dicuntur de apprehensione oculorum referre ad honorem gloriae Creatoris vel ad Angelos, vel ad alia praeter illos, non est malum.

**Q** Moyses p abscondioe faciet accipit pimum diuinae visionis.

**N**asci. Capitulum sextum.

**P**roprietas huius verbi Nasci manifesta est, & conuenit partui sicut dicitur, Et pariet et ei filios. Accommodatum est autem creationi rerum naturalium, sicut legitur, Ante quod montes nati essent. Accommodatum est plantis terrae. Et iterum renouationi temporalium euentuum: sicut dicitur, Nescis quid pariat ventura dies, renouationi & cogitationi eorum quae proueniunt ex ipsis: sicut dicitur, Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Secundum etiam hunc modum, omnis qui docuerit alium aliquid vel promouerit eum ad aliquid, erit quasi fecerit eum nasci. Et idcirco discipuli prophetarum dicti sunt filii eorum, sicut exponam in aequiuocatione huius nominis filius, propter hanc accommodationem scriptum est. Vixit Adam centum, xxx. annis & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam. & iam praediximus quod est similitudo hominis & imago eius. Et ideo omnes filii Adae qui praecesserunt Seth, post

Abel non habuerunt vere formam humanam: quia illa est imago eius & similitudo propter quam dictus est homo imago dei & similitudo. Seth vero dictus est quod genuit est Adam ad imaginem & similitudinem suam: quia docuit eum Adam & fecit intelligere: & adeptus est perfectionem humanam. Scis autem quod quicumque non habet hanc formam sicut praediximus, non numeratur de specie hominum. Et dicitur esse de numero bestiarum praeterquam quod habet figuram humanam. Habet autem potentiam super damna & mala aliter quam bestiae, quoniam in cogitatione & electione: quae data sunt ei ad acquirendum perfectionem quam non acquisiuit, multiplicantur species fraudum & peccatorum quae sunt causa omnis mali & damni. & est quasi vna de bestiis: & est similis hominibus, nec tamen est de illis. Tales fuerunt filii Adae ante Seth. Vnde dixerunt Sapientes figurate, c. xxx. annis quibus exulabat Adam, & generabat rochor: id est diabolos. cum autem inuenit gratiam in oculis domini: genuit ad imaginem & similitudinem suam sicut supra dictum est.

**M**ulier. Capitulum septimum.

**V**sa in hebraico sonat homo & mulier. & sunt accommodata ad significandum masculinum & foemininum cuiuscumque generis: sicut dicitur de omnibus animalibus mundi vii. et. vii. accipies virum & uxorem: quasi dicat masculinum & foeminam. Rursus accommodauerunt nomen mulieris omni rei apte recipere aliam rem, sicut dicitur Exodi. xxxvi. Corning iunguntur sibi, foemina cum sorore sua, & ex hoc apparet quod frater & soror dicuntur secundum associationem sicut ys & ysa.

**L**ocus. Capitulum octauum.

**H**oc nomen locus proprie & principaliter dicitur secundum quod conuenit parti terrae vel totum vel alii corpori locato. Ampliatum est enim illud nomen in hebraico & impositum gradui hominis & perfectioni suae in quacumque re, tu autem scis multitudinem versus magistrorum grammaticae in hoc verbo in dicendo, petrus implet locum parentum suorum in scientia & timore. Et sicut dixerunt. Aduersarius in loco suo stat, id est eo modo quo fuit. Et secundum hanc accommodationem dictum est, Benedicte gloria domini de loco suo secundum modum suum, & gradum & fortitudinem respectus sui in essentia sua. & sic accipitur nomen loci cum dicitur de creatore: cuius expositio est gradus essentiae suae, cui non est simile: nec habet comparationem sicut probatum est. Scias autem quod omne nomen aequiuocum cuius fecero mentionem in hoc libro, non est intentio mea ut ostendam solummodo quod dicitur in ipso capitulo: sed aperimus tibi portam & instruimus te super diuersitatibus nominis quae sunt utiles secundum nostram intentionem, non secundum intentionem illius qui loquitur in distinguendo verba cuiusque generis. Tu vero intende libris Prophetarum & libris hominum sapientum. Et pone cor tuum in nominibus quibus omnes utuntur in illis. Et scies omne nomen aequiuocum in quolibet modorum suorum qui conuenit ei secundum illam rationem. Et sententia ista quam diximus est clavis istius libri & aliorum: & exemplum eius quod modo dixi, est quod supra diximus in hoc nomine locus in dicendo, Gloria domini de loco suo. Tu vero scis quod ista ratio per se est species honoris & altitudinis in dicendo, Ecce locus mecum. & est gradus & visio et speculatio intellectus non visio oculi. & coniungitur loco montis qui apparebat, quia ibi separabatur: & consequebatur perfectionem.

**C**athedra. Capitulum nonum.

**C**athedra est nomen sedis factae ut sedeatur super illam. Et quia cathedra est locus in quo sedere debent honorati & nobiles sicut reges: Cathedra demonstrat super magnitudine illius propter quem composita est & pulchritudine sua & fortitudine gradus sui. & ideo vocatur sanctuarium sedes vel cathedra: quia demonstrat nobilitatem illius qui sedem monstrauit in eo: & fecit in ipso habitare gloriae suae & honorem. Et dixit, sedes gloriae sublimis primo locus sanctuarii nostri. & propter hoc dicuntur coeli sedes: quia demonstrant scientibus ipsos & intendentibus in eis, magnitudinem factoris et motoris sui. & regunt mundum inferiorem cum largitate bonitatis eorum sicut scriptum est. Coelum mihi sedes: & terra scabellum pedum meorum, cuius expositio, quod coeli demonstrant super essentia mea et fortitudine mea & potentia: sicut sedes demonstrat super sublimitate illius propter quem composita est. Illud est quod credere debet ingitores veritatis

Quo intelligit illud Esa. Coeli mihi sedes est.



non quod in caelo sit corpus super quo erigitur creator ut sedeat super illo. Quoniam postea inducam per probationem quod creator non est corpus: & si ita est, quomodo habebit locum: vel sedebit super corpore: Sed ratio huius rei quam docuerunt nos, est quod omnis locus quem deus separauit ab aliis in honore suo, & gloria, sicut sanctuarium & caeli, vocatur sedes, sed quod ampliatum est verbum secundum hanc rationem sicut dictum est Iurat super sedem domini: hoc est super eius magnitudine & honore: de quo non debemus credere quod sit aliud quam sua essentia: nec est aliqua creatura, ut sit creator inuertus in sede & sine sede, quia istud esset blasphemia sine dubio & scriptura dicit, Tu deus in eternum permanes: & sedes tua in seculum seculi, & hoc demonstrat: quia non est aliquid separatum ab eo. Et idcirco expositio sedis in hoc loco & in pluribus est gloria sua, & fortitudo, quae non est aliud quam essentia sua, sicut explanabitur in parte capitulorum huius libri.

## Ascendere et descendere. Capitulum decimum,

**A**m posuimus quod cum mentionem fecerimus alicuius nominis equiuoci non est intentio nostra ponere omnes significationes illius nominis sed partem: sed exprimemus de illis tantummodo quae sunt necessaria considerationi nostrae. Eiusdem rationis est verbum descendendi & ascendendi. Scias autem quod verbum ascendendi & descendendi proprie & principaliter dicitur de corpore, alterum tamen corpus mouetur ad inferiorem locum: reliquum vero mouetur ad superiora. Postea vero accommodauerunt ista nomina altitudini & gradui nobili. Nam cum inferior sit gradus hominis, dicitur descendere, & cum accipit nobiliorem, dicitur ascendere, unde dicitur Peregrinus qui tecum est ascendet super te: & tu descendes sub eo. Item, faciet te dominus excelsiorem cunctis gentibus. Scis etiam frequentiam usus sapientum in dicendo: ascendunt in sanctitate, & non descendunt. Et secundum hunc modum loquuntur in defectu speculationis intellectus, & in considerando in cogitatione sua res nimis viles, dicunt ipsum descendisse. Si vero ipse considerat in cogitatione sua res nobiles, dicunt quod ascendit. Et quoniam nos homines sumus in infimo locorum constituti, & in infimo gradu: cum comparauimus ipsum caelo altissimo circumdatori: & creator benedictus fuerit in altissimo gradu super omnibus entibus, & pulchritudo & magnitudo eius: non altitudo loci: & voluit creator ut sapientia sua perueniret ad nos: & largitus est spiritum suum sanctum cuidam parti hominum: ideo aduentum spiritus sancti super prophetam vel quietem gloriae: super aliquem locum vocauit descensum, & vocauit ascensum recessum virtutis prophetiae ab homine vel gloriae de loco in quo requieuit: & ideo talis est omnis ascensus seu descensus quem attribuimus deo: Non enim est nisi secundum hunc modum. Similiter etiam cum poena vel ira venit super gentes mundi: vel super aliquam partem secundum voluntatem ipsius quem praedixerunt prophetae ante descensum ipsius poenae & narrauerunt, quia visitauit deus eorum opera, & postea venit super eos poena: ideo vocant huiusmodi rationem descensum. Quia non est homo res adeo nobilis quod debeat visitare opera eius nec punire eum propter ipsa, nisi esset voluntas dei, unde scriptum est, Quid est homo quod memor es eius. Verbum istud conuenit huic rationi: & ideo vocauit poenam descensum, sicut scriptum est, Venite descendamus & confundamus labia ipsorum. Et iterum Descendit dominus ut videret turrim. Item Descendam & videbo. Omnia ista significant aduentum poenae super illos qui sunt in infimo. Sed prima ratio est species prophetiae & altitudinis sicut dictum est. Descendam & loquar tecum: & descendit dominus super montem Sinai: & descendit dominus vidente populo, & eleuatus est dominus de super ipso, & eleuatus est dominus super Abrahamam. Sed quod dictum est, ascendit Moyses ad dominum, est secundum tertiam rationem: & coniungit ei quod dicitur quod fuit super cacumem montis: super quem descendit gloria creata: non quod creator locum habeat in quo ascendatur ad ipsum vel descendatur ab eo.

## Sedere. Capitulum Vndecimum.

**S**edere proprie & principaliter dicitur de sedente in loco sicut dictum est, Heli sacerdos sedebat super sellam. Et quoniam homo sedens est quietus & quiescens in fine quietis & requiei: accommodatum est hoc verbum omni rei quietae & stabili: quae non mutatur sicut dictum est In consolatione Hierusalem, In dando illis spem in duratione & quiete. Et, In alto gradu exaltabitur: & sedebit in loco suo, & Qui facit sedere sterilem in domo. Iste modus est durare & quiescere sine variatione. Secundum hunc modum dictum est, Sedebit dominus in eternum, & iterum, Sedet super caelos: quoniam non cadit in ipsum aliqua species mutationis: neque

secundum substantiam neque alio modo, neque mutatur eius compositio ad aliud extra se: quia non est comparatio inter ipsum: & aliud extra ipsum propter quod mutetur in ipsa comparatione: sicut patebit ex sequentibus. & in hoc compleretur ipsius sedere sine omni mutatione: sicut dixit, Ego dominus non mutor. Et secundum hunc modum est omne nomen sessionis quod ei attribuitur, sed sessio eius quae attribuitur caelis in pluribus locis est: quia in caelis non est variatio: hoc est quia virtus eorum non variatur: sicut in rebus generabilibus & corruptibilibus. Similiter etiam attribuitur creatori sessio respectu specierum generabilium & corruptibilium, quoniam ipsae species perpetuam habent durationem sicut & virtus caelorum, unde scriptum est, Qui sedet super orbem terrae, hoc est dicere, quia est sempiternus & durans. Et dictum est, quod cum variata sunt & corrupta genera rerum terrae, non fuit apud ipsum variatio comparationis: sed comparatio eius quantum ad generabilia est eadem firma & immutabilis: quia comparatio seu relatio est ad species rerum generabilium, non ad singularia. Et ideo attende omni verbo sedendi dicto de deo: & inuenies ipsum dictum secundum hunc modum.

## Surgere. Capitulum duodecimum.

**S**urgere est verbum surgendi equiuocum est: & proprie dicitur de sedente, vel iacente, cum erigitur de loco suo, & resurrectio est immutatio sessionis, ponitur autem pro firmitate rei & veritate. Secundum hunc modum dicitur verbum surgendi de deo: sicut scriptum est, Nunc exurgam, dicit dominus: hoc est firmabo verbum meum in spe bona. Et iterum, Tu exurges misereberis Syon: hoc est, firmabis spem miserationis. Et quia omnis qui proponit aliquid facere facit id surgendo: attribuerunt omni proponenti malum facere verbum surgendi: Et accommodauerunt rationem istam firmitati poenae Dei super populum male meritum: sicut dicitur, Exurgam super domum Roboam: & ideo surget super domum pessimorum: Et potest esse quod expositio eius quod dictum est, Nunc exurgam, erit istiusmodi. Et similiter expositio illius, Tu exurges misereberis syon, hoc est surges super inimicos eius. Et multa talia inueniuntur in scripturis. Non quod creator sedeat vel stet, sicut enim sapientes dixerunt, Non est sursum statio vel sessio.

## Stare. Capitulum decimum tertium.

**S**tare est verbum equiuocum, quod proprie conuenit positioni corporis: quasi contrarium sessioni, sicut dicitur, Stetit Moyses coram Pharaone. Dicitur etiam pro cessatione ab opere: sicut dicitur, Steterunt & non sunt reuersi, ponitur etiam pro firmitate, ut ibi, Stetit multis diebus. Et iterum: poteris stare, expositio est, permanere, non variari. Similiter etiam, iustitia eius in eternum stat: id est firma permanet. Et secundum hunc modum accipitur verbum standi: cum dicitur, In illa die stabunt pedes eius super montem oliueti: id est firmabuntur causata eius, & istud explanabitur post equiuocationem huius nominis post secundum hunc modum dictum est, Tu sta mecum, & iterum, Ego stans inter vos & deum.

## Homo. Capitulum decimum quartum.

**H**omo est nomen equiuocum: sicut Adam, quod sumptum est de terra, sicut scriptura demonstrat. Est etiam nomen speciei: sicut scriptum est, Non radicabit spiritus meus in homine, & iterum, Quis scit si spiritus filiorum hominum ascendat sursum. Est etiam nomen vniuersitatis gentium praeter singularia, sicut dicitur, Filii hominum. Secundum hunc tertium modum est quod scriptum est, Videntes filii heloym filias hominum. Et iterum, Sicut homines moriemini.

## Scala. Capitulum decimum quintum.

**I**n prosecutione capituli decimi quinti, compositor libri facit mentionem scale iacob, in cuius explanatione vocat angelos ascendentes & descendentes prophetas: ut ibi, Misit angelum suum et eduxit nos de Aegypto, & iterum, Ascendit angelus domini de Galgala. Et non est dubium quin isti fuerunt prophetae: & merito ascensus praecedat descensum, quia post ascensum in acquirendo gradus scale qui noti sunt: erit descensus cum eo didicerit propheta per spiritum sanctum ut legat & doceat habitatores terrae.

## Petra. Capitulum decimum sextum.

**I**n capitulo decimo sexto videtur compositor libri ponere nomen petre equiuocum ad montem, et ad silicem, & ad lapidem. Nam sicut dictum est, Attendite ad petram unde excisi estis: transumptum est etiam hoc nomen ad significandum originem rei. Unde postquam dictum est, Attendite ad petram unde excisi estis, obicit, Attendite ad Abrahamam patrem. Nota.

# Rabi Mossei Aegyptij: ductoris dubi.

vestrum: id est ambulate in viis eius, & addiscite mores ipsius: quoniam natura rei decisa sequitur necessario naturam rei de qua decisa est. Et secundum hunc modum ultimum Creator vocatur Petra: quia est principium & causa omnium rerum. unde dicitur, Sta supra petram: hoc est innitere super scientiam istam quae creator est principium omnis creaturae: & hoc est introitus per quem appropinquabit ad cognitionem ipsius: sicut ipse exposuit ecce locus mecum.

## De occultatione doctrinae. Capitulum decimumseptimum.

**N**on putes quod necessarium est ut sapientia spiritualis tantummodo occultetur gentibus: quia necesse est etiam ut maior pars scientiae naturalis occultetur eisdem. Et iam praedixi tibi quod dixerunt sapientes. Non propterea opus de beneficiis in duobus: nec istud solummodo accidit sapientibus nostrae legis: sed etiam prophetis & sapientibus aliarum gentium qui credunt antiquitatem mundi. ipsi enim occultabant verba sua cum loquebantur de antiquitate mundi & loquebantur in parabolis. unde Plato & qui praecesserant eum vocabant materiam feminam, & formam masculinam. Tu autem scis quod principia rerum generabilium sunt tria: materia, & forma, & privatio determinata, quae semper materiam comitatur: quae nisi sic ei adhereret non esset materia receptibilis formae. Et ideo privatio est unum principiorum: & in acquisitione formae destruitur privatio, scilicet eiusdem formae: & adheret ei privatio alia: & sic est semper sicut explanatum est in scientia naturali. Cum igitur praedicti Philosophi quos non consequbatur inconueniens vel damnum si palam loquerentur, verbis transumptiuis utebantur: & multiplicabant similitudines in doctrina sua ne fieret manifesta: quanto magis nos receptores legis quibus necesse est ne propalem? verbum quod gentes non intelligant diuersum ab eo quod fuit in intentione?

## Appropinquare & tangere. Capitulum decimumoctauum.

**I**n prosecutione capituli decimoctauum ponit compositor libri tria verba diuersa quae videntur habere eandem significationem in hebraico, in latino autem videntur duo verba illis similia secundum testimonium scripturarum quibus utitur. Sunt autem ista verba appropinquare & tangere. Appropinquare seu tangere primo & proprie dicitur secundum locum: & transsumitur ad apprehensionem scientis ad scitum, & ad appropinquationem apprehensionis intellectus ad rem intellectam. Cum enim Creator non sit corpus nulli appropinquat secundum locum. unde quod dicitur, Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: & similia, sumitur appropinquatio secundum intellectum: id est secundum apprehensionem intellectus: non secundum locum. Similiter quod dicitur est, Appropinquate domino, & iterum, Appropinquabit Moyses Domino, & populus non appropinquabit, nisi velis dicere quod istud intelligi debeat de appropinquatione locali ad montem super quem descenderat gloria Domini. Et scire debes quod si possibile esset ut aliquis homo esset in summo noni caeli, non esset propinquior Deo quam ille qui esset in centro terrae: neque remotior. Sed appropinquatio ad Creatorem, est in cognitione eius: & elongatio ab eo in ignorantia viarum ipsius. Gradus autem appropinquationis vel elongationis secundum hunc modum differunt inter se multi: & adhuc exponam tibi in capitulis sequentibus diuersitates graduum in intellectu. Quod autem dicitur est, Tange montes & fumigabunt: hoc est dicere, Descendat potentia tua seu dominatio super ipsos. Et nota quod apprehendere aliquid quod quis non prius apprehendebat, est quasi appropinquare Deo.

## Plenum. Capitulum decimumnonum.

**V**erbo quod est plenum utuntur magistri equiuoce: proprie & principaliter cum corpus intrat in corpus, sicut dicitur, Virens plenus aqua. Dicitur etiam de complemento temporis diffiniti: ut, Impleti sunt dies pariendi. Utuntur etiam hoc verbo in complemento gradus & bonitatis: sicut dicitur, Plenus benedictione dei. Et iterum, Impletum est spiritu sapientiae & intellectus. & secundum hunc modum intelligitur, Plena est terra gloria eius, hoc est tota terra reificatur & demonstrat super perfectione eius. Et iterum, Impletum est tabernaculum gloria Domini. Et ubique verbum plenitudinis attribuit Deo intelligit secundum hunc modum: non quod sit ibi corpus implens locum nisi velis lucem creatam vocare gloriam domini. Et quod illa est quae ubique vocatur gloria domini. & haec implebat tabernaculum. & iste intellectus non est damnabilis.

## Altum & excelsum. Capitulum vigesimum.

**E**xit translator libri quod in hebraico duo verba quibus videtur aequi pollere altum, sunt unum in significatione: pro quibus duobus possunt poni ista duo altum, & excelsum. ut sit aliqua differentia inter illa. Aliter dicitur aequiuoce proprie pro altitudine secundum

Plato & philosophi antiqui vocabant materiam feminam. & formam masculinam.

Quid est appropinquare Deo vel distare ab eo.

locum. sicut dicitur in Gen. Exaltata est archa super terram, ponitur enim pro sublimitate gradus. hoc est pro magnitudine & pulchritudine: sicut dicitur, Exaltaui electum de plebe. Et omne verbum altitudinis dictum de deo intelligitur iuxta secundum modum: sicut dicitur, Exaltatus super caelos Deus. Similiter excelsum duobus modis dicitur. altum & excelsum ponuntur in designatione magnitudinis et potentiae quod si dixeris, cur dicis multum de re una? ad hoc probabitur quod creator secundum intellectum perfectorum non multiplicatur in multis nominibus. Similiter etiam omnia nomina quae dicuntur de Deo ad demonstrandam dominationem ipsius magnitudinem & potentiam & similia unam rem significant scilicet essentiam eius non aliud extra ipsum quod non sit ipse. Inducam etiam capitula in nominibus & cognitionibus eius sed intentio nostra in hoc capitulo est quod altus et excelsum dicta de deo non locum sed gradum demonstrant.

## Transire. Capitulum XXI.

**T**ransire proprie dicitur in motu secundum locum, accommodatum est etiam voci diffusae per aera: sicut dictum est, Fecerunt transire vocem per castra. Deinde transumptum est ad descensum gloriae quam videbant prophetae in visione prophetiae: sicut dictum est. Et apparuit clibanus fumans et lampas ignis transiens inter diuisiones: & hoc contingit in visione prophetiae: sicut apparet ex eo quod praecedit: Sopor irruit in Abraham. Et secundum hunc modum dicitur, Transibo in terram Aegypti: & similia. Similiter accommodatum est scienti opus aliquod & transgredienti mensuram aliquam debitam. Accommodatur etiam diuerenti a loco quo proposuerat ire, sicut dictum est. Ipse iecit sagittam ut faceret eum transire: secundum etiam hunc modum intelligitur quantum ad me: sicut dictum est, Et transiit dominus super facies suas, ita quod referatur hoc ad dominum: sicut dixerunt sapientes: licet dictum sit secundum similitudinem: sed non est hic locus ut hoc exponatur. sed confirmat verbum nostrum. Videtur tamen mihi quod Moyses petiuit a domino quandam speciem apprehensionis quae dicebatur visio faciei: Unde dictum est ei, Faciem meam non videbis. Et promisit ei dominus quaedam speciem apprehensionis quam significauit in visione posteriorum: cum dixit, Posteriora mea videbis. Et iam inuimus hoc in aggregatione nostra magna quae dicitur Deuteronomi: & dictum est quod creator abscondit ab eo illam apprehensionem quam dicitur facies, & fecit eum transire ad aliam speciem apprehensionis. id est ad apprehensionem operum suorum. Et quod dictum est, Abscondit faciem ab eo. significat quod apprehensio quam petiuit est inceptibilis in sua natura: quoniam omnis perfectus cum laborat ut apprehendat aliquid supra id quod naturaliter potest apprehendere, laborabit inuani, vel deficiet eius intellectus. sicut postea explanabitur: nisi auxilium spirituale de caelis adiuuerit ipsum, sicut dictum est, Protegente nube mea donec transeam. Targum vero. lingua Caldeorum prosequitur talia secundum consuetudinem suam, quod quid enim inuenerit dictum de Deo quod sit corpus vel corporeum aufert illud siue subtrahit, & attribuit alii rei quam videtur adherere creatori. ubi enim dictum est, Apparuit dominus stans super ipsum dicit, Apparuit gloria domini stans super ipsum. Et iterum ubi dicitur, Videat dominus inter te & me. dicit, Videat preceptum domini: & secundum hunc modum procedit Targum in expositione sua. Similiter in hoc versu. Transiit dominus super facies suas: & dixit, Fecit dominus transire gloriam suam super facies suas. Et secundum hoc res transiens sine dubio erit creatura: & referetur suas ad Moysen magistrum nostrum. Et quod dicitur super facies suas. id est coram ipso. & ista opinio quam bona est, videtur posse haberi ex verbis compositoris libri. Alia scriptura in praedicto versu habet sic. Transiit vox a parte creatoris super facies suas: & clamauit domine domine. In expositione cuius vocis verba multiplicat. ibidem etiam dicit quod non est mirandum si in ratione nimis profunda diuersae sunt opiniones: cum nulla sit danosa: & tu eliges quam volueris: vel quod sit illa visio, tota visio prophetiae: & sensus de quo fit metio ibi sit apprehensio intelligibilis tamen illud quod petiuit ut videret quod impossibile erat videre: vel quod apprehendit totum erat comprehensio intelligibilis sine sensu corporeo: vel quod totum sit visio corporalis: sed est honor gloriae creatae in cuius visione acquirit homo perfectionem apprehensionis intelligibilis secundum opinionem Angelos. Et hoc erit si apprehensio illa quam sentitur non fuerit in visione prophetiae: sicut in eo quae accidit Abrahae: & apparuit clibanus fumans & lampas ignis transiens. vel totum hoc erit apprehensio audibilis. Et erit vox causata sine dubio. Elige de istis opinionibus quam volueris: quia totum intentio est ut credas quod dictum est, transiit, intelligendum esse de transitu locali: quia creator extra locum est et non est corporeus, nec accidit ei motus nec aliqua mutatio. & ideo non debet dici transire: nisi secundum modum praedictum.

Nota de visione faciei quam abscondit dominus Moysi.



## Venire. Capitulū. XXII.

**V**enire in hebraico dicitur de loco in locum, sicut ibi, Venit germanus tuus fraudulenter. Attribuitur etiam rei viuæ intranti aliquē locū: vt ibi, Venit Ioseph in domū. Accommodatum est rei incorporeæ: vt ibi, Veniet verbum tuum & honorabimus te. Postea accommodatum est priuationi boni, vt ibi, Venit malum: & venit tenebra. Et secundum hunc modum in quo accommodatur rei incorporeæ, accommodatur etiā creatori, vel honori, vel gloriæ ipsius. Et secundum hoc dictum est, Ecce venio ad te in densitate nubis: & dominus Deus Israel venit in ea, & similia, cuius ratio est aduentus gloriæ, sicut dicitur, Veniet Dominus: & omnes sancti eius cum eo. Ac si diceret, Verbum Domini veniet per manū oīm sanctorum tecum, quod dictum est de Israel.

## Exitus, Exire seu egredi, & Reuertī. Capitulū. XXIII.

**E**xitus cōtrarius est aduentui: & pprie cōuenit corpori exutēti prius in aliquo loco: et exēti postea de ipso: siue sit viuū: sicut, Exierūt de ciuitate, siue nō viuū, sicut dī, Cū exierit ignis. Accommodauerūt etiā ipsum ostensionem rei corporeæ: sicut dicitur, Exiuit verbum de ore regis. Et iterū, De Sion exiuit lex: & sol exiuit super terrā, i. apparebat lux, & scdm hanc accommodatiōem accipit verbū exēdi vel egrediēdi dictū de Deo, sicut dicitur, Egredietur Dominus de loco suo, id est apparebit potentia eius quæ videtur a nobis modo abscondita: cuius expositio est creatio omnis creati postq̄ non fuit: quoniam omnis renouatio quæ prouenit ab ipso attribuitur eius pcepto & voluntati: sicut dicitur, Verbo Domini caeli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et hoc est simile operibus quæ proueniunt a potentia regum, quorum arma vt impleatur eorum voluntas est sermo ipsorum. Ipse vero non indiget instrumento seu apparatu in quo operetur: sed opus eius est ex simplici voluntate ipsius solummodo: et nullo modo loquitur. Et quoniam accommodauerunt ostensionem alicuius operum ipsius verbum exēdi: sicut prædiximus: siccirco dictum est, Ecce Dominus egredietur de loco suo. Accommodauerūt etiam eleuationi gloriæ ipsius secundum voluntatem verbū reuertendi, sicut dicitur, Reuertar in locum meum: quod est dicere, eleuabitur gloria quæ inter nos erat, cuius recessus causa fuit defectus amoris creatoris erga nos: sicut dixit, Abscondam faciem meam ab eis: & deficient: quoniam cum defecerit cura, remanebit curatum dimissum & derelictum sicut signum ad sagittam & expositum omnibus aduersitatibus quæ accidunt. Et bonum & malum quæ contingunt ei sunt per accidens. O q̄ durū est hoc impropertū: & ideo dixit, Ibo & reuertar in locum meum.

## Ire & Ambulare. Capitulū. XXIII.

**I**n capitulo vigesimoquarto multa dicit compositor libri de hoc verbo ire, quæ non videntur ita proprie dici in lingua latina. Et a proprietate sua sumptum est, vt attribuitur rebus quæ crescunt & decrescūt: quæ sunt subtiliores, & simplices q̄ res viuæ: sicut dicitur, Aquæ ibant & decrescbāt: & iuit ignis ad terram. Post accommodatum est rei incorporeæ diffusæ per aera vt voci: sicut dicitur, Vox cita sicut serpens ambulat, & iterum, Audierunt vocem domini ambulantis in paradiso. Et secundum hoc accipitur verbum ambulandi dictum de deo: sicut accommodatur rei incorporeæ, vel recessui curæ. Et sicut in absconditione rei significatur recessus curæ: sicut prædictum est in Ire: sicut dictum est, Ibo, & reuertar in locum meum. Accommodatum est etiam verbum ambulandi profectioi hominis in bono præter motum corporis: sicut dicitur, Ambulabis in viis eius: & ambulabitis post dominum deum vestrum.

## Habitatio. Capitulū. XXV.

**H**abitatio, cuius proprietas est alicuius mora in aliquo loco: vt ibi, Habitauit iuxta illam Mambra. Et ratio habitationis est mora conuersationis in vno loco: licet moueatur in ipso. Et accommodauerunt hoc nomen rei non viuæ: sed adhaerenti vel fixæ in alia re: licet res cui adhaeret, vel in qua figitur, non sit habitator loci: licet habitator non sit res vna: sicut dicitur, Habitat super ipsum, id est diem, nubes. Et secundum hanc accommodatiōem attribuerūt verbū habitandi deo, i. firmitati gloriæ suæ vel curæ ipsi in quocūq̄ sit:

vel omni rei in qua firmatur ipsa cura: sicut dictum est. Habitauit gloria domini super montem Sinai. Et vbicūq̄ dicitur hoc verbū de Deo, significat firmitatem gloriæ eius: hoc est gloriæ eius creatæ in loco, vel firmitatem curæ in aliqua re.

## Locuta est lex idiomate hominum. Capitulū. XXVI.

**A**m icis verbum qd est commune diuersitatibus oīm opinionum quæ pendent ex hac ratione: hoc est qd dixerunt: locuta est lex hominum idiomate: cuius ratio est q̄ quicquid considerant homines vel intelligunt in initio imaginationis: hoc est q̄ attribuit Deo: & ideo noīauerunt ipsum quæ cōueniunt corpori, vt significant ipsum esse: quoniam gētes initio imaginationis nō inueniūt existētiā nisi rei corporeæ: & quicquid nō est corpus vel in corpore, secundum sensum eorum nihil est. Similiter etiam quicquid est perfectum secundum nostrum, attribuius ei: vt ostendatur q̄ est perfectus in fine bonitatis perfectionum: & nulla imperfectio admiscetur ei vllō modo. Vnde quicquid gens credit esse defectum vel priuationem non attribuitur creatori. Et ideo non dicitur bibere, vel comedere, vel dormire, vel agrotare: & similia, & quicquid gēs putat esse perfectionē, attribuitur ipsi, licet non sit perfectio nisi cum refertur ad nos: sed quantum ad ipsum, quæ attribuius quasi perfectiones, sunt in fine defectus. Q̄ si ascenderet in cor eorum separare perfectionem illam humanam ab illo, esset in oculis eorum defectus in eo qd ipsi cōuenit. Et tu scis q̄ motus est de perfectionibus animalis: et est eis necessarius, vt per ipsum perficiant. Et sicut cibus & potus sunt necessarii ad restorationem deperditorum, ita motus necessarius vt acquirat qd sibi conueniens est: & fugiat cōtrarium. Et non refert vt attribuatur Deo cibus, & potus, & motus: sed secundum hominum idiomata: id est cogitationes gentium, cibus et potus sunt defectus: sicut putant in eo qd Deo conuenit, sed motus non est defectus honoris ei: licet motum sequatur imperfectio. Et iam præbatur est q̄ omne quod mouetur habet magnitudinem & est diuisibile: & ideo non conuenit ei motus, neq̄ quies: quia non quiescit nisi quod aprum est moueri. Et omnia nomina quæ significant species motuū in animalibus, attribuunt creatori: scdm q̄ diximus, sicut nominant ipsum viuū: quia motus est accidens annexum rebus viuīs. Et non est dubium q̄ ablata corporeitate tolluntur hæc omnia scilicet descensus, & ascensus, ambulare, stare, currere, habitare, intrare, exire, & similia. Et omnia ista sunt verba elongationis: Et in eis labor est, sed propter hoc in quo vsitate sunt cogitationes gentium: necessarium fuit exponere hominibus qui student in perfectione humana vt non tollantur dubitationes quæ sequuntur a tempore adolescentiæ cum explanatione modica & expositione sicut nos fecim⁹. Et Angelos fuit perfectus in lingua Hebraica & in lingua Chaldeorū Arā: cuius intentio rota fuit elongare corporeitatem a creatore in omni narratione legis quæ videbatur inducere corporeitatem: in omnibus istis quæ videntur significare motum, appellat motum ostensionem gloriæ, & honoris creati, id est gloriæ vel curæ dei. Et dixit in illa lingua vbi dicitur, Descēdit domin⁹, ostēdit se dominus, & similiter pro descendam, & videbo: dixit, Ostendam me & videbo: & hoc frequenter inuenitur in expositione eius. Qd̄ autem scriptum est, descendam tecum in Aegyptum: Similiter posuit ipsum nihil mutans: & hoc est valde mirabile, per quod probatur perfectio sapiētis huius: & bonitas opinionis ipsius: et quia intelligit rationes secundum quæ sunt. Aperuit autem nobis in hac expositione portam magnam in modis prophetiæ, quoniam in principio rationes dixit. Dicit dominus Israeli in visione noctis, & dixit Iacob. Et sequitur statim: ego descendam tecum in Aegyptū, & cum paruit ex initio verbi qd̄ fuit in visione noctis: non fuit graue Angelos ponere idem verbum qd̄ fuit in visione noctis: & hoc fuit iustum: quia hoc est narratio verbi qd̄ fuit dictum, non narratio facti: qd̄ contigit sicut quod dicitur. Descendit dominus super montem Sinai, quia hoc fuit narratio facti: non nominauit descensum ostensionem gloriæ: et elongauit ab eo qd̄ significat motum secundum rationes cogitabiles: sed narrauit verbum dictum in somnis sicut dictum fuit. Et ex hoc poteris percipere q̄ multū differt inter id quod dicitur in somno, vel in visione noctis, & id qd̄ dicitur in visione prophetiæ, & inter id quod dixerit verbum præcisum. Et factum est verbū dñi ad me dicentis, vel, Locutus est dñs ad me dicens. Et oportet etiam scdm intellectū prædictū q̄ Angelos putauit verbū dñi qd̄ dictū est in hoc loco p̄ angelū: & ideo non fuit graue quantum ad ipsum q̄ propter ipsum dictū sit, Ego descendā tecum in Aegyptum: nec est lōge q̄ putauerunt verbum domini qd̄ est dictum in loco isto q̄ fuisse angelū: & q̄ ipse dixit, Ego sum deus patris tui, quia oportet q̄ hoc verbum sit in hac lingua: per

Motus vt ascensus & descensus Dei.

manum angeli. Nonne vides q̄ dictum est in alio loco, Dixit mihi angelus dñi in somnis, Jacob, et dixi, Ecce ego. & in fine verborum suorum cum eo dixit, Ego Deus Bethel, ibi iunxisti lapidem: & vouisti votū. Et nō est dubiū q̄ Jacob vouit dño non angelo: sed v̄sitatum est in dictis prophetarum, q̄ verba quibus v̄tatur angelus, in persona domini sunt ac si loqueretur Deus. Et omnia sunt secundum verbum transumptum: ac si diceret, Ego sum nuncius Dei, qui ap̄paruit in Bethel. & similia istis. Et ad hoc inducā in rationibus prophetiæ, & graduum eius, & in angelis verba multa secundū intentionem huius libri.

## ¶ Pes. Capitulū. XXVII.

**P**es est nomē æquiuocū: scitum est de quo proprie dicit. trāssumitur autē vt ponatur p̄ seruis sicut dicit. Egredere tu & omnis populus qui est sub pedib⁹ tuis. Ponitur etiam pro causa: sicut dictum est. In illa die stabunt pedes eius supra montē Oliueti. i. firmitas causę eius: hoc est miraculorū quę tunc apparebunt in illo loco, causa et operator erit deus. Et scdm hoc transtulit Ionathas sic, Apparebit cū dñatione sua in illa die super montem Oliueti. Quod autem dictū est sub pedibus suis sicut opus crysalli: in hoc est opinio de Angelos sicut scis vt suis referatur ad cathedrā q̄ vocatur sedes in dicendo sub throno glorię suę: vbi dicitur in hebraico. Sub pedibus suis, et præcipua de Angelos in omnibus semper est remouere corporeitatem: et omnia ex quib⁹ sequitur a creatore. Vnde nō dixit sub throno suo: sed sub throno glorię suę, quę est lux creata, sed de his in sequentibus dicit. Remotio corporeitatis a creatore p̄batur necessaria. Et necessarium est vt recipiatur & credatur: vt intelligantur quę dicuntur scdm suum modum. Expositio vero similitudinis est ambigua: sunt verba occulta neq̄ de facili possunt sciri a gente: & ideo non sicut hanc rationē. Nos autem secundū intentionē hui⁹ libri necessario habem⁹ vt dicamus in eo qd̄ sentim⁹. qd̄ ergo dictū est, Sub pedibus suis, hoc est p̄pter suā causam: vel propter ipsum, sicut prædiximus. Et qd̄ apprehenderunt seniores est veritas materię primę quę est ex parte creatoris: quę est causa eius. Aduerte qd̄ dicitur, sicut opus crysalli. Nam si intentio esset vt respexisset colorem nō substantiā, dixisset: sicut lapis crysalli: vel sicut candor crysalli. sed addidit opus: quia materia sicut scis semper recipit ab alio, cū probatur eius substantia: & non est actu, nisi per accidens: sicut probatū est in scientia naturali, ideo dictum est: sicut opus, sed lapis crysalli seu cādor eius hoc habet vt peruius & translucēs, nō p̄pter colorem ipsius: quia nullum habet. Nam peruium & translucens si colorem proprium haberet non reciperet alios, sed occultaret. Nunc autem recipit omnes: quia est sine colore: & vnū post aliū: & ideo simile est illud materię primę, quę in se & ex se nullā habet formā: sed recipit omnes vnā post aliā. Seniores apprehenderunt materiā vnā: & assimilata est creatori: quia & principium creaturarum generabilium & corruptibilium: & fecit de nihilo. Et adhuc loquimur de huiusmodi. Scias etiam q̄ necessaria est expositio tibi secundum opinionem de Angelos qui dixit, Sub throno glorię suę, hoc est materia prima naturę sub cœlis est qui dicitur sedes, et non intellexi hoc nisi ex quodam verbo de Rabi Eliczar, qd̄ audies post hoc. Et omnis intelligentis intentio est remouere corporeitatem a creatore & ponere omnes istas potentias apprehensas intelligibiles non sensibiles.

## ¶ Tristitia. Capitulū. XXVIII.

**T**ristitia est nomen æquiuocum ad dolorem: vt, In tristitia paries filios, ad iram: vt ibi, Non contristauit eum pater suus in diebus suis: id est non prouocauit ad iram, ad rebellionem: vt ibi, Rebellaerunt & contristauerunt spiritum, scilicet eius. Secundum rationem secundam et tertiam dictum est, Contristatus est in corde suo. Sed iuxta secundam est eius expositio q̄ Deus iratus est eis propter praua opera ipsorum. Quod autem dixit in corde suo: et iterum in historia Noe, Dixit dominus in corde suo: Attende & exponam tibi rationem eius. Scias ergo q̄ cum de aliquo dicitur q̄ dixit aliquid in corde suo: hoc est dicere non reuelauit secretum animi alii extra se. Similiter quicquid Deus vult facere qd̄ nulli propheta reuelat, dicitur q̄ dixit in corde suo: quia lex loquitur loquela humana: & hoc manifestum est. Et quia generatio tempore diluuii rebellauit: nec in lege propalatum est q̄ propheta missus est ad eos in illo tempore: nec prohibuit eis aliquis: quia finis eorum venerat coram ipso, ideo est q̄ iratus est eis in corde suo. Similiter etiam q̄ diffiniuit q̄ diluuium de

caetero non fuit mandatum prophetę vt diceret istud: ideo dictum est in corde suo qd̄ dictum est secundū tertiam rationem in corde suo, id est in voluntate: quia cor ponitur pro voluntate sicut declarabitur cum loquemur de hoc nomine Cor.

## ¶ Comedere seu deuorare. Capitulū. XXIX.

**C**omedere proprie dicitur de viuentibus dum acquirunt nutrimentum suum: transumptū est ad duo, quorum primum est destructio rei comestibilis: scilicet corruptio formę ipsius. Secundum est augmentum omnis rei viuę cum cibo nutrimenti, & perperuitas eius infirmitatis in ipso: & permanentia sui esse, & reparatio omnium viriū corporis in ipso. Et secundum primam istarum rationum accommodauerunt verbum comedendi omni fini & destructiōi, et vniuersaliter dictum est de omni forma quę remouetur a sua materia, sicut dicitur, Deuorabit vos terra inimicorum vestrorum. Et iterum, Terra deuorat habitatores suos: & gladius deuorabit vos: & ignis deuorans, id est consumit rebelles, sicut ignis quicquid inuenit consumit. Secundum vltimam rationem accommodauerunt verbum comedendi sapientię & disciplinę: & vniuersitati apprehensionum intelligibilium: in quibus forma humana formatur super omnibus quę perficiunt ipsam secundum firmitatem corporis in nutrimento super omnibus modis firmitatis: sicut dictum est. Ite emite & comedite, et mel inuenisti, fili mi comede. Et, q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua. Et sapientes v̄tatur hac similitudine comedendi in sapientia: sicut dixerunt, Venite, comedite pinguia, & dixerunt, Omnis cibus vel potus qui ponitur in hoc libro, non est nisi sapientia. Similiter etiam vocauerunt sapientiam aquam: sicut dicitur. Omnes sitientes venite ad aquas, vsi sunt sapientes multipliciter hoc verbo, & attribuerunt verbum sitis & famis priuariōi sapientię & intellectus: sicut dicitur, Mittam famem in terram: non famem panis, nec sitim aque: sed sitim verbi dei. Et, Sitiuit aīa mea ad deum, & multa talia, & Ionathas transtulit. Haurietis aquas in gaudiis de fontibus satiatoris, i. recipietis doctrinam nouam in gaudio ab electis iustorum, & in aqua, intellige sapientiam quę erit in diebus illis.

## ¶ De multiplici diuersitate intelligibilium. Capitulū. XXX.

**S**cias q̄ sunt intelligibilia multa quę intellectus humanus poterit apprehendere natura sua per se. Sunt etiam multa in mundo quę nullo modo sunt in natura eius vt acquirat ea: quia portę inquisitionis eorum sunt ei clausę. Et sunt quedam quorum partem potest homo apprehendere, partem vero non, et licet sit apprehensor, nō ideo sequitur q̄ omnia possint apprehendere: sicut contingit in sensibus: quorū natura est apprehendere sensata, & sensibilia: nec tamen apprehendunt ea q̄ tumlibet remota: sicut etiam contingit in aliis viribus corporalibus: quia licet homo fortis possit portare duo talenta: non ideo poterit ferre decē talenta. Addunt autem singularia eiusdem speciei super se inuicem in apprehensibilibus sensibilibus: & in aliis viribus corporalibus: sicut patet omnibus: sed tamen ista terminū habent, nec in infinitum procedunt. Idem iudicium est in apprehensibilibus intelligibilibus humanis. Addūt enim singularia eiusdem speciei sup singularibus aliis: & hoc manifestū est & notum apud sapientes, intantum q̄ vnus homo ductu proprię inuestigatiōis inueniet aliquod nouū qd̄ alius homo nunq̄ poterit intelligere: licet multotiens ei exponatur: & per multiplicēs similitudines, & in tēpore lōgo. Et huiusmodi differentia nō tendit in infinitū: sed intellectus humanus terminum habet vsq̄ ad quem poterit sine dubio peruenire & in eo stare. Sunt & quedam quę probantur homini esse impossibilia vt sciatur ab eo: nec inuenit animam suam cupidam sciendi ea: quoniam cognoscit esse impossibile vt sciat ea. Nec habet portam per quā intret ad sciendum ea, sicut ignoramus astrorum numerum: vtrū sint paria an imparia: & ignoramus numerū vinorū & metalorū & plantarū & similitū. Quedā vero sunt quorū videt homo aīam suā cupidam vt sciat ea: & persequitur intellectus scientiā veritatis ipsorū: & inquisitione ipsorū inuenitur in hominibus speculatoribus sapientię in omni tēpore. Et in illis multiplicanē scientię & opiniones hoīm speculatorū, & inter eos incidit cōtrarietas & multiplicanē dubitationes: quia intellectus pendet de scientiā illarum rerum: id est cupiditas ipsius intellectus. Et quia quilibet eorū putat se inuenire vīā scientię veritatis: & nō p̄t intellectus human⁹ inducere probationē sine metu sup hoc cōtradictionis in rationibus: præter stultū qui cōtradicit in cōtrario qd̄ vocat cōtrariū pbabile: sicut qdā cōtradicit in sphericitate terre & rotūditate cœli & in similib⁹. Et isti tales nō habēt ingressum in hac ratione & illa, in quibus remouatur dubi

Nota q̄ se-  
cūdu Ale-  
xandru tria  
impediunt  
apphēdere  
veritatem.

tatio huiusmodi sunt multa in genere rerū spiritualium: & pauca in rebus naturalibus: & defi-  
cient in rebus disciplinalibus. Dixit Alexander. tria sunt quæ impediunt apprehendere verita-  
tem rei: sicut est amor multitudinis seu magnitudinis & strenuitatis. Secundum est subtilitas  
& profunditas rei inuestigandę. Tertium est ignorantia inquisitoris, & breuitas potentię eius  
in apprehendendo qđ sibi conuenit vt apprehendat. In nostro autem est tempore quarta causa  
quā non numerauit Alexander: quia non erat in tēpore suo: hoc est societas & nutritura: quo-  
niam in natura hominis est amor sequendi illum cum quo habet societatem: & diligere ea in  
quibus nutritus est: adeo qđ videbis habitatores villarum, licet sint in illis in fordibus & in de-  
fectu delectationum, & in malitia ciborum: vt odiant habitationem ciuitatum: nec delecten-  
tur in delitiis earum: & eligunt potius in quibus nutriti sunt q̄ ea in quibus non sunt nutriti:  
licet sint meliora. nec placet animę ipsorum morari in curiis deliciarum: nec vti pannis precio-  
sis: nec delectari in balneis, nec vnguentis & odoribus bonis. Simile contingit homini in scien-  
tiis & opinionibus. in quibus nutritus est ab infantia: quoniam diligit illas & confirmat ratio-  
nes ipsarum: & anxiat in cōtrariis. & propter istam rationem deficit intellectus hominis in ap-  
prehensione veritatis. & sequitur, Ea in quibus nutritus est: sicut cōtingit genti in corporeita-  
te: & multis modis spiritualibus sicut postea explanabimus. Et hoc accidit propter societatem  
& nutrituram cum eis: quorum opinio firmatur in illis: & inducunt plana sua super corporei-  
tate & super cogitationibus vanis & infirmis. Sed dicta fuerūt per viam similitudinis propter  
causas, quas postea dicemus. Et non putes qđ hoc quod diximus de breuitate intellectus hu-  
mani: & de termino in quo stat, est dictum secundum legem tuam: sed iam dixerunt hoc Phi-  
losophi: & inuestigauerunt inquisitione diligenti in sine inquisitionis præter legem & opinio-  
nem: & est verū. nō dubitat in ea nisi stultus, qui nescit ea quę probantur. Hoc autem capitulū  
non præmissimus: nisi vt sit stramentum eorum quę sequuntur.

De difficultate intelligendi. Capitulum. XXXI.

**S**Cito tu inspector tantum, quoniam accidit apprehensioni intelligibilem: quia pen-  
dent de materia: simile eius qđ cōringit apprehensioni sensibilem: quoniam cum inspe-  
xeris oculos, rem apprehendes ex ea qđ est in potestate visus vt apprehendat: qđ si præ-  
seris visum tuum & acueris ipsum, vt inspicias longius q̄ sit in potestate visus, vel si  
laboraueris in figuris literarum valde subtilibus quas non potes apprehendere secundum po-  
tentiam visus tui: & prefferis visum vt veritatem illius rei percipias: non solum deficies in  
apprehensione ipsius rei: sed debilitabitur visus in comprehensione istius rei quam poteras an-  
te comprehendere. Similiter omnis qui intenderit in aliquam rem: si multiplicauerit cogitatio-  
nes suas circa rem illam, debilitabit intellectus eius: & non intelliget tunc qđ poterat prius in-  
telligere. Ratio etenim omnium virtutum corporalium in huiusmodi eadem est. Simile huic  
accidet tibi in apprehensionibus intelligibilium: quia si steteris circa aliquā dubitationem & nō  
deceperis animam tuam vt credas probatum qđ non fuit probatum: & nō festinaueris destrue-  
re vel contradicere illi cuius contrarium non potest probari: & non perseueraueris apprehen-  
dere qđ non potes apprehendere: tūc acquies intellectum humanum. Et eris in gradu de Ra-  
bi Aqiba: cuius ingressus & egressus fuit in pace in speculatione rerū spiritualium. Qđ si perse-  
ueraueris apprehendere amplius q̄ est in potentia tua, vel festinaueris contradicere rebus sine  
quarū definitione non inuenitur probatio: vel sunt impossibiles: & tamen cum possibilitate lon-  
ginqua, eris de societate Elifaa: & nō solum deerit tibi perfectio, sed eris imperfectior omnibus  
imperfectis. Et renouabitur tunc in te dominatio cogitationum sensibilem, & sequela defe-  
ctuum, & malitia morum propter debilitatem intellectus. Et quia extinguitur lux eius sicut  
contingit oculo in visionibus vanis, quę non sunt verę, in tempore debilitatis virtutis visibi-  
lis: & infirmo & laboranti in apprehensione rerum nimis splendentium vel in figuris valde sub-  
tilibus. Et propter hoc dixit Salomon. Mel inuenisti, comede qđ sufficit: ne forte cū satiatus fue-  
ris euomas illud. Mirabilis est ista similitudo in qua comestio assimilatur sapientię: sicut præ-  
diximus. Posuit autem dulcissimum gustabilem scilicet mel: cuius natura est: qđ si multū come-  
datur ex eo, parit fastidiū & vomitū. Ac si diceret, natura huius apprehensionis licet sit nobilis  
et preciosa: & in ea est finis pfectionis, si nō steterit homo circa terminū qui ei cōuenit, & nō cu-  
stodierit cor suum, conuerteretur in defectum & infirmitatem. sicut comestio mellis si fuerit si-  
cut expedit corpori, nutrit corpus & proderit ei. Si autem addiderit supra id quod debet,

nocebit. scđm hoc etiam dictum est, Comedere mel multum, non est bonum. cui consonat qđ  
dixit, Non ambulauit in magnis: neq; in mirabilibus super me. hoc est dictum a sapientibus, Al-  
tiora te ne scrutatus fueris: id est ne diffundat intellectus, nisi ad ea quę potest capere. Quod au-  
tem non est in natura hominis vt apprehendat illud, nocet danti operam ad hoc, sicut præ-  
diximus: & ad hoc fuit intentio eorum in dicendo. Qui considerat in quatuor rebus. & addi-  
derunt, Omnis qui non miseretur super gloria creatoris sui, expedit ei qđ non venisset in  
mundum. Et hoc est summa eius quod explanauimus: qđ non expedit homini vt festinet & in-  
tendat cogitationibus corruptis. Et cum inciderint ei dubitationes, & non inuenerit proba-  
tionem eius quod quærit, non obhorreat illud nec proficiat post tergum, & non festinet  
contradicere: sed consideret & propitius sit super gloria creatoris: & stet. & hoc iam expla-  
natum est. Et non est intentio in istis versibus: nec in verbis quę dixerunt sapientes & pro-  
phetę, vt claudatur porta speculationis omnino: vel prohibeatur intellectus ab apprehensione  
illius qđ apprehendere potest: sicut putat stulti & remissi, quibus placet ponere defectum suū  
& ignorantiam, perfectionem, & sapientiam, & perfectionem aliorum per defectum. Et recedūt  
a via legis, & ponunt tenebram lucem. sed intētio nostra est vt faciamus scire, qđ intellectus hu-  
manus habet terminum quem non potest transire. Et non disputes de verbis quę dicta sunt in  
hoc capitulo de intellectu & de aliis: quia intentio est ostendere cum illis rationem quam ex-  
quisiuimus: non explanare quid sit veritas intellectus: quoniam alia capitula sunt ad disputa-  
ndum super ista ratione.

De modo docendi paruulos. Capitulum. XXXII.

**S**Cias qđ incipere in ista sapientia scilicet spirituali multum nocet: et similiter expo-  
sio similitudinum quę inueniuntur in libris prophetarum: in hoc siquidem sunt ple-  
ni dictis prophetię. sed necesse est vt exerceantur paruuli & doceantur illi qui sunt  
breuis intellectus secundū potentiā suę apprehensionis. Si quis autem illos ostēderit  
se prouectum in intellectu suo, aptum isti gradui alto: qui est gradus speculationis probabilis &  
probationum intelligibilium verarum, deducet eum paulatim donec attingat perfectionem  
suam, vel per auxilium doctoris, vel ex virtute anime suę. Sed si tantum inceperit in ista scien-  
tia spirituali studere, non solum proueniet inde labor in opinionibus & credulitatibus: verum  
etiam proueniet ad incredulitatem manifestam. Hoc autē nō videtur aliter in oculis meis, nisi  
sic. sicut si aliquis vellet pascere infantem pane triticeo, & carne, & vino, sine dubio interficeret  
ipsum: non qđ sunt mali cibi: vel qđ non conueniunt naturę humanę: sed propter debilitatem  
comestoris: quia non potest eos digerere, vt inde proueniat vtilitas. Similiter istas veras opinio-  
nes occultauerunt sapientes: & locuti sunt de eis in parabolis: & docuerunt eas ingeniose sine  
expositione in omni genere morum: Non quia in ipsis aliquid mali lateat, vel qđ destruant fun-  
damenta legis: sicut putant stulti in quorum corda ascendit, quod attingit gradum speculatio-  
nis: sed celauerunt eas sapientes propter bonitatem potentię intellectus in initio recipiēdi illas,  
& posuerunt ex eis summas per quas sciat illa homo perfectus: et ideo vocata sunt secreta le-  
gis, sicut explanabimus: & hoc est causa propter quā lex loquitur lingua hominis. hoc est quia  
pręsto sunt vt incipiatur ab eis: & addiscant ea pueri, & populus, & mulieres. Et non est in po-  
tentia eorum vt intelligant verba secundū veritatem suam: & idcirco abundat in eis receptio.  
in omni opinione vera & cogitatioe & arbitrio, secundū qđ ostēdit cogitatio assimilatoria super  
essentia creatoris: non in apprehendendo veritatem substantię ipsius. Cum vero fuerit homo  
perfectus: & data fuerint ei secreta legis: & per se vel per alium pceperit partē ipsorū: tunc per-  
ueniet ad gradum in quo credit opiniones veras in viis veris: vel per viam demonstrationis in  
quibus oportet eam inducere: vel cum rationibus fortib; in quibus conueniat illas inducere.  
Similiter ascendet in cor eius verba quę dicta fuerunt ei similitudinarie, et cognoscet ea scđm  
veritatē suā. Sepe diximus tibi qđ dixerūt sapientes: qđ nō ratiocinabunt in Mercana: nec in vno  
solo nisi fuerit sapiens et intelligens sensu suo. Et tunc dabunt ei principia rationū, & ideo non  
expedit vt aperiat ista porta homini: nisi quatenus poterit intrare per eam. Et cū istis duabus  
cōditionib; hō nanciscetur voluntatē: quarū vna est vt sit sapiens et acquirat scientias, vt in-  
telligat ex eis antecedētia speculatiois. Secunda est vt sit intelligens & mundus in natura sua:  
& sentiat & intelligat modos cum paucitate summarū, & propter hoc dixerūt nisi fuerit in-  
telligens proprio sensu. Adhuc etiā explanabimus causam quę impedit ne doceatur populus

in via considerationis verę. Et q̄ non propalantur eis verba secundū q̄ sunt: & q̄ hoc expedit et necessarium sit q̄ ita sit, dicemus in capitulo sequenti.

De quinque causis quę prohibent incipere addiscere sapientiam spiritualem. Capitulum trigessimum tertium.



**C**ias q̄ quinque sunt cause quę impediunt vel prohibent incipere addiscere sapientiam spiritualem: & innuere vel significare quę expedit innui super illa & detegere quę sunt in ipsa, genti. Prima causa est profunditas, & subtilitas, & clausura rationum: sicut dixit Salomon, Alta profunditas, quis inueniet, & dixit, Sapientia vnde inuenta est. Et idcirco non oportet incipere a sapientia profunda & occulta, Et scias q̄ de similitudinibus vocis gentis nostrę vna est q̄ assimilauerunt sapientiam aquę: quā similitudinē exposuerunt multipliter sapiētes, Vno mō sic, qui scit natate ille potest extrahere gemas de profundo maris: & qui nescit natate: submergitur, & idcirco non expedit vt quis mittat se in periculū et natet, nisi exercitauerit animam suam addiscendo. Secunda causa est, breuitas intellectus humani in initio suo: quoniam non acquirit homo vltimā perfectionē in initio, sed perfectio est in eo potētia: et est in initio suo diminuta: sicut dictū ē, Pullus onagri homo factus est. Et non sequit de necessitate vt omne qd̄ est in potentia in aliquo, exeat de potētia ad actum: sed possibile est vt remaneat in imperfectiōe sua vel ppter impedimenta extrinseca, vel ppter defectū disciplinę & exercitiū, per quę procedat de potentia ad actum. Et propter hoc dictū est q̄ non multi sapientes: quoniā ea quę expediunt acquirere perfectionem, sunt multa & quę inducunt dubitationes, innumerabilia, & ex quo sic est: quomō poterit homo esse paratus p̄paratione cōpleta addiscere et exercere aīam suā: donec vacabit ei qd̄ est in eo in potētia exeat de potentia ad actū! **C**ausa tertia est multitudo stramentorum & antecedentium: quoniā habet homo in natura sua desiderium & amorem querendi finitates vel fines: & veller peruenire ad confinem cuiuslibet rei. Quandoq̄ vero anxiat̄ & abhorret stramenta. Scias autem q̄ si posses acquirere finitates absq̄ stramentis quę p̄mitti debent, nō essent illa stramenta, sed adiectiones laboriosę. Quilibet autem homo etiā stultus & fatuus cum expergefaciis eū ad intelligēdum sicut expergefaciunt dormientem: & dicis ei, Nonne desiderat anima tua intelligere modum spherarū celorū quot sūt & quę figura ipsorū & qd̄ est in eis: & qd̄ sunt angeli: & quomodo creatus fuit mundus in suo vniuerso: et quis fuit finis intentionis creationis ipsorum: secundum ordinem partium ipsarum: & quid est anima, & quomodo fuit creata in corpore: et vtrū anima hominis separabitur a corpore, et si separetur, cuiusmodi erit illa separatio: & ad quid reuertetur: & similia istis super veritate eorū: procul dubio inuenies animam ipsius cupientem scire ista cupiditate naturali: sed volet vt quiescat amor iste & perueniat ad desiderium suum in vno verbo vel in duobus. **Q**uod si imposueris ei vel omittat negocia sua in spatium vni⁹ hebdomadę vt sciat ista, non faciet. Videbitur autem ei q̄ abundat cogitationibus vanis & falsis: & placebūt animę suę: & abhorret cum dicitur ei q̄ quędā sunt in sapientia quę indigēt multis antecedentibus: & longo spatio ad inuestigandū & intelligendum. Tu vero scis q̄ quędam istorum sunt aliis connexa: quoniam in entibus non est nisi creator & creatura: & ipsa creata sunt quę cōmunicant in ente p̄ter ipsum, nec est via ad inueniēdum ipsum: nisi per creata sua, et ipsa probant ipsum esse: & ea quę necesse est credi de deo attribuendo vel remouendo ab eo. Et debemus de necessitate intendere in creata secundum q̄ sunt, donec accipiamus de quolibet intentione antecedentia vera & fidelia quę prodeunt in vestigatione nostrarum spirituum rationum. Omnia vero antecedentia accepta de scientia geometrię & de scientiis potentiarum arithmeticę ad inducendū demonstrationem ex eis super his quę debent remoueri a deo: et demonstrant hoc multiplici ratione super firmamento cœli et scientia naturali: non videtur q̄ dubites quin sint necessaria ad acquirendum comparationem mundi respectu regiminis dei: sicut est per viam veritatis, non secundum imaginationes. Sunt etiam multa speculatiua de quibus licet non accipiantur antecedentia ad cognoscendum mundū istum: tamē acutit et exercēt intellectū ad itelligēdū demonstratiōē & sciētīā veritatis in illis q̄ demonstrāt sup substantia creatoris, et tollunt laborem qui inuenitur in pluribus cogitationibus speculatorum in mixtione modorum per accidens cum eis quę per se. Tollunt etiam qd̄ renouatur per laborem illum de corruptione scientiarum et opinionum, & adiungitur etiam istis vt res intelliguntur secundū q̄ sunt: licet non sint radices in scientia spirituali. Similiter etiam non desunt

Prima cā ē profunditas. Sapia exemplum est assimilata aq̄. Secūda cā ē breuitas intellect⁹ humani.

Tertia cā.

Nota de naturali desiderio sciēdi.

De vtilitate et geometrię & trię arithmeticę ad sapiētiam diuinam.

ciunt in eis alia iuuamēta, in rebus q̄ ducunt hoīem ad illam sapientiam. Quicūq̄ vero voluerit acquirere perfectionem humanam, nullo modo potest hoc facere nisi prius exerceat animā suam in doctrina dialectices, postea in disciplinalibus scdm ordinem suum: deinde in naturalibus, postea in spiritualibus. Nos autem inuenimus plures hoīes quorū intellectus attingit partem cę, & artium istarum scientiarum, & ibi stat: & licet fatigata est aīa ipsorū, mors separat inter ipsos: & desiderium ipsorum eisdem & studentibus in parte stramentorū: & si non fuisset nobis consultum per viam receptionis, & nō duceremur ad rōnes per similitudines: & si nō sequeremur disciplinam perfectam in rebus veris: & non crederemus in iis quę necesse est cōcedi: nisi per p̄bationes: qd̄ non sequitur nisi post stramēta longa: perueniret ex hoc, q̄ morerent omnes homines anteq̄ scirent an mūdus habeat creatorē an non, nedum vt attribueres ei aliquid vel remoueres ab ipso defectū: nec euaderet aliquis periculū istud nisi vnus de ciuitate: duo de generatione. Singulares vero quos dñs vocat residuos non acquirūt perfectionem quę est finis: nisi per stramenta & antecedentia. Salomon autē exposuit q̄ necessitas cōpellit addiscere stramenta, & q̄ non potest perueniri ad sapientiam veram nisi post laborem disciplinę in discendo. Si rerufum fuerit ferrū & fuerit politum multo labore, exacuetur: & post industriam sequitur sapiētia. & dixit, Audi consiliū & addisce disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis. Est alia necessitas quę cōpellit addiscere antecedentia: quoniā multę dubitationes nascuntur in corde hominis in discendo, & similiter intelliget cōtraria cito: scilicet destructionē alicuius verbi q̄ est similis destructioni alii cuius fabricę, sed non prouenit firmitas verborum: & solutio dubitationū: nisi cum multis antecedentibus sumptis de stramentis ipsis. Speculator vero sine stramento similis est currenti vt perueniat ad locum aliquem: & incidit in currendo foueam profundam: & nescit quomodo exeat inde: donec moritur. Et si steteret in loco suo melius fuisset ei. Salomon multa dicit numerando diuersitates pigrorū: & totum hoc est similitudo ad illū q̄ nō laborat vt acgrat scientiam. Dixit autem in desiderio cupiētis acquirere intelligentiam: & nō laboratis, vt addiscat stramēta quę perducerent ipm ad fines illos: sed tantūmodo desiderat: desideria occidūt pigrum, quia manus suę nolunt operari: tota die desiderans desiderat. Iustus autē dat: & nō prohibet. Causa ergo quare desideria pigrum occidūt est scdm Salomonem: quia nō laborat, & nō querit aliquid quo extinguat desiderium illud: sed desiderat solūmodo & suspendit spem suā in eo quod naturaliter non potest apprahēdere. Et si recederet ab illo desiderio & dimitteret ipm: tunc euaderet. Et intellige finem huius similitudinis qualiter explanat qd̄ primo dixit. Iustus dat & nō prohibet. Iustus enim nō est contrarius pigro: nisi sicut p̄diximus q̄ iustus est, qui dat vnicuiq̄ qd̄ suum est: id est totū suum tēpus dat vt acquirat sapiētiam: & nihil prohibet de tēpore suo ab addiscēdo, ac si diceret, Iustus dat tēpus suū sapiētię & non prohibet. & hoc est simile illi qd̄ dixit. Nō des mulieri fortitudinē tuā, multi vero sapiētes q̄ famosi fuerūt in sciētis, laborauerunt hoc vitio, scilicet inuestigando infinitates, & loquēdo in ipsis sine speculatione stramentorum. Et sunt quidam illorū quos stultitia ducit vel inquisitio rerum grandium ad repudiandum stramenta ipsa: quia potentia ipsorum breuiatur inuestigatione stramentorum, vel cessat ab inquisitione stramentorum: & laborat probare quę dānosa sunt, vel quia non est vtilitas in ipsis: & veritas nota est intelligenti. Causa quarta est altitudo naturalis, probatum enī est quoniam cōplexio corporis est stramentū morum anime, & in nullo hoīe possunt esse mores intelligibiles, & perfecti: nisi in illo qui eligit mores bonos, & exercet illos, & habet sensum quietum, & pacatum. Sūt autē multi in quibus est cōplexio naturalis, cū qua nullo modo cōuenit perfectio intellectus, sicut est aliquis cuius cordis natura est calidissima, & fortis robore, quā comitatur iracundia, licet ille exerceret aīam suā in fine exercitiū & disciplinę. Et sicut ille cuius humorū natura est calida & humida, & ipse est fortis robore. Dico quoniam iste vix potest consequi sanctitatem, licet exerceat animam suā in fine exercitiū & disciplinę. Similiter etiam inuenies alios, quos, qui sunt fortes & leues, & habent modos inordinatos, & laboriosos: per qd̄ probatur malitia compositionis & cōplexionis eorum, & in talibus nunq̄ inuenitur intellectus perfectus. Et laborare cum eis vt addiscant istam disciplinam est stultitia doctoris, quā illa sapientia sicut tu scis, non est sicut Arithmetica vel Physica: etsi non est quilibet homo aptus & paratus vt illa recipiat propter rōnes supradictas. Et idcirco non potest hoc esse nisi p̄mittatur stramētum appetitudinis morum, donec homo sit in fine rectitudinis, & perfectionis, sicut dictum est, Abominatio domini stolidus, & cum recto secretum eius. Et ideo non expedit, vt doceamus illam adolescentē, nec ipsi possunt eam recipere, propter inconstantiam naturę suę, & quia cogitationes

Exemplum

Pulchrū simile.

Salomon

Quarta cā est q̄ cōplexio aliqua naturalis impedit a p̄ceptione sapiētię spūalis.

Non expedit vt adolescentē in sapientia spirituali.

eorum ardent in igne adolescentiæ: donec extinguatur flâma motiua ipsorū, & attingant gradum sapientiæ intellectus, & frangat corda eorum: & cōplexio cōquiescat: & tunc regent & ducent animas suas ad gradum istum, qui est apprehensio creatoris: hoc est ad gradum sapientiæ spiritualis, quæ vocatur opus de Mercana. Et propter hoc dictū est, Prope est dñs contritis corde, & iterum. Altus & sanctus quiescam super humilem & quietum, & propter hoc dictū est in Talmud. Non dabuntur initia rationum: nisi dño stolæ qui vocatur dñs iudicii. Et q̄ cor eius sit triste intra ipm, & premat cor suum, & humiliet se cum humilitate addita & adiuncta sapientiæ, & propter hoc dixerunt. Non dabūt occulta legis: nisi consiliario & sapiēti magistrorum, & intelligenti incantationem. Ista vero indigent natura parata & apta ad recipiendum sapientiā. Nonne scis q̄ est aliquis inter homines qui est debilis in consiliis, & tñ est multum intelligens: & est alius cuius consilia recta sunt in agendis, & talis vocatur cōsiliarius: & tamen nullius est intellectus? Et si applicaretur ad intelligibilia prima quæ etiam pueri intelligunt, inueniretur ignorans, & multum nescius: & non potest aptari? Est alius intelligens & purus in natura qui potest intelligere de facili rationes cum explanatione leui, & talis vocatur intelligens incantationem: sed non laborat in sapientiā, nec acquirit eam. Qui vero habet scientias in actu, vocat sapiens magistrorū, & pro ipso dictum est, q̄ cum loquitur, omnes absurdi sunt. Pone cor tuū: & vide quomodo induxerunt conditiones hominis perfecti ex verbis scripturæ in regimine ciuitatis, & in scientiis speculatiuis cum natura munda, & intelligentiā & solutione ad sciendas rationes in summis, & tunc dabūt ei occulta legis, sic etiam dixerunt. Dixit Rabi channa arabi alazar. Veni & docebo te opus de Mercana, qui respondit, nondū incanui, i. senui: & adhuc in me feruorē corporis & naturę leuitatem iuuenilem inuenio. Appone cor tuum, & vide quomodo conisixerunt conditiones annorum conditionibus morum. Et ex quo sic est: quomodo ergo expedit loqui, & reuelare secreta huius sapientiæ vniuersitati populi in quo sunt p̄ maiori parte familiæ & mulieres? Causa quinta est negocia hominū & necessitates corporū quæ sunt prima perfectione: q̄to magis si coniungantur istis necessitates vxorū & filiorum, q̄to magis si coniungat istis persecutio super adiectione victus in quo laborat efficaciter homo scdm vsu & malitiam consuetudinū: quoniā homo etiam perfectus sicut diximus, si voluerit laborare in talibus quæ sunt multum necessaria: q̄to magis in iis quæ nō sunt adeo necessaria: et si creuerit cupiditas, in illis debilitabitur desiderium animæ in apprehensione sapientiæ: & submerget in mari cupiditatum, & amor eius ad sapientiā erit cū debilitate voluntatis & cordis, & ideo non acquirit qd̄ habet in potentia vt apprehendat: vel possibile est q̄ acquireret apprehensione laboriosa & mixta inter apprehensionē & defectum. Igitur scdm has omnes opiniones fuerūt secreta ista necessaria solis & singularibus qui sunt paucissimi nō vniuersitati gentium. Et ideo celant illa incipientem addiscere, & prohibēt ipsum attingere illa: sicut phibēt puer paruulus ne comedat cibos duros, & ne portet onus graue.

¶ Nihil cōmune Creatori & creaturæ. Capitulū. XXXIII.

**N**on putes q̄ in omnibus quæ præmisimus in capitulis præmissis de pulchritudine & altitudine sapientiæ spiritualis, & de occultatione eius: & de elongatione a populo: cōtineatur elongatio corporeitatis, & vtrium corporalium a creatore: quia non est ita: Quoniam sicut expedit excitare pueros & clamare alta voce in populis, q̄ creator est sublimis & gloriosus & vnus: nec est seruiendum alii nisi ipsi: ita oportet vt recipiant de ore doctorum q̄ creator non est corpus: nec est cōparatio vel similitudo vllō modo inter ipm & creaturā: nec est essentia ipsius: sicut essentia illorū, neq̄ ei⁹ vita sicut vita cuiuslibet alterius viuētis: nec est ei⁹ sapientiā sicut alterius sapientis. Et differentia quæ est inter ipsum & creaturā non est in paucitate & multitudine solūmodo, vel in fortitudine & debilitate: quoniam ista vbi inueniunt ibi est aliqua similitudo in specie tribus modis, & coniungunt in aliquo cōmuni. Similiter non est cōparatio: nisi inter res quæ cōmunicant in aliqua specie, & istud probatum est in scientia naturali. Quicquid autē attribuimus ipsi, elōgatum est ideo a nobis, adeo q̄ nihil sit nobis & ipsi cōmune vllō modo. Similiter essentia eius & essentia de aliis dicta, equiuoce dicitur: & nō cōmunicant nisi in nomine sicut postea explanabimus. Istud ergo sufficet pueris & populis, vt quiescat intellectus ipsorum in scientia ista q̄ est ens perfectus, qui non est corpus: neq̄ potentia in corpore: & ipse est creator & nullus defectus est in eo, nec aliquid est in eo in potentia, & ideo nō est factus. Sed loqui decet de dispositionib⁹ & quō elongabunt ab eo: q̄ est rō dispositiōis &

Nota tripliam differētiā hoīm.

Quinta cā.

no. 14.

¶ nihil ē commune creatori & creaturæ.

numeri qui debet ei cōparari. Et similiter loqui in creatione illorū quæ creauit, & via regiminis in mundo isto: & quomodo est curę eius ad exteriora, & ratio voluntatis suę & apprehensionis & scientiæ ad omnia quæ scit. Et sic rationes & gradus prophetiæ, & rationes nominū quæ demonstrāt eius vnitatem: licet ipsa sint multa, omnia inquā ista sunt rationes profundæ: & sunt occulta legis in veritate. Et ista sunt secreta de quibus semper fit mentio in libris prophetiæ & in dictis sapientū: & non est loqui in istis nisi dando initia rationū, sicut diximus, & cū homine qui est idoneus ad ista. Sed remotionem corporeitatis & similitudinū & potētiarum operatiuarum a creatore necesse est palam detegi: & docere quemlibet secundum intellectum suum: & facere vt recipiatur a paruulis, & mulieribus, & ignaris: sicut receptū est ab eis q̄ creator est vn⁹ & q̄ non est seruiendū alii nisi ipsi, quomodo nō habet vnitatem nisi q̄ non habet corpus. Nam corpus non est vnū, cum sit compositum ex materia & forma: & sunt duo in numero: & etiam diuiditur. Cum autē intellexerint istud pueri & receperint, & fuerint in hoc exercitatu, & in hoc exercuerint, & prius dubitauerint in versibus prophetiæ: tunc explanabūt eis rationes, & exercitabūt se ad intelligēdū expositiones: & percipient se super æquiocatione & transumptione & accommodatione noīm: donec firmetur in eis fides in vnitatem creatoris. Et q̄ credāt in libris prophetiæ. Siquis autem non poterit intelligere opiniones & sententias versuum & conuenientiam nominum cum varietate rationum: necesse est vt dicatur ei, adhuc intelliges hanc expositionem. Sed tu scis q̄ creator est excelsus: & non habet corpus, nec est factus passibilis: quoniam factum est mutabile: & in creatore nulla cadit mutatio: & est similis alicui rei, & non communicat cum creatura in aliquo: & q̄ vera prophetiæ sunt verba, & habent expositiones & sensum: & doceant illum istud solūmodo: & non expedit, vt figurat in corde hominis, vt credat q̄ creator habet corpus, vel q̄ est in eo aliquid de his quæ accidunt corpori, nisi secundum q̄ cōuenit credere q̄ non erat deus in mundo, vel dare ei comparisonem, vel seruire alii ab ipso.

Non habet vnitatem nisi q̄ non est corpus.

¶ Ira in Deo qualis sit.

Capitulū. XXXV.

**A**d huc explanabo tibi cum loquar de dispositionib⁹ corporis, quare dicimus q̄ aliquid placet creatori, vel q̄ irascitur. Nam eodē modo dicitur q̄ hominibus placet deus vel irascatur eis. hoc autem non est intentio mea in hoc capitulo: sed mēs mea est vt dicā tibi. Scias q̄ cum inspexeris in tota lege & in libris prophetarum: non inuenies q̄ ira, vel furor, vel indignatio deo attribuatur: nisi pro idololatria. Nec vocatur inimicus dei, vel angelorum, vel odiosus, nisi per idololatriā: sicut dictum est, Seruietis diis alienis. Et, egredietur furor domini super vos, & iterū. Prouocastis eum ad iracūdiam in operibus manuum vestrarum, & iterū. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus: & irritauerunt in vanitatibus suis, & multa talia dicuntur, quia opinio ista falsa est, s. seruiendū idolis. Qui autem opinatur q̄ aliquis stas sedet: non tantum distat a veritate, quātum ille qui credit q̄ ignis est sub aere: vel aqua sub terra, nec iste tantum distat a veritate quantum ille qui credit q̄ sol est de igne: vel q̄ cæli est medietas spherę, vel similia. Nec iste tantum elongatur a veritate quātum ille qui credit q̄ angeli comedunt & bibunt: nec elongatio istius est a veritate, sicut illius qui credit qd̄ seruiendum est alii q̄ creatori. Quoniā cum stultitia vel blasphemia depēdet de re digniori, s. cuius essentia est firmioris & nobilioris: est durior & fortior, q̄ si dependeat de re viliori. Blasphemia vero est credere aliud de creatore q̄ sit in eo. Stultitia vero vel ignorātia est ignorare quod possibile est sciari. Ignorantia siquidem ignorantis solem esse rotundum, non est similis ignorantiæ illius q̄ ignorat deum esse, vel mundum habere creatorem. Nec blasphemia illius est similis blasphemiæ dicentis plures esse creatores. Tu vero scis q̄ omnis qui seruit idolis, non facit hoc: quia credit q̄ sit alius deus præter deū, nec ascendit in cor alicuius qui fuit vel erit q̄ forma sculptilis vel dolati tii sit illa forma cuius potentia creauit cælos & terram, & regit ea: sed seruit illi formę sicut mediatori inter nos & deum. Nam scriptura dicit de creatore. Quis non timebit te regem gentiū in omni loco? suffumigatio applicata nomini meo: quod conuenit primæ causę secundū ipsos, hoc iam explanauimus in expositione nostra magna. Nullus gentis vestrę cōtradicit sup istis. Nam isti blasphemi credunt creatorem esse: sed blasphemia eorū dependet de eo qd̄ cōuenit ipsi soli, scilicet in seruitio & honore: sicut dicit scriptura, Seruietis domino vt firmet eius essentia in cordibus gentium. Crediderunt autem isti blasphemi q̄ seruitium istud conueniebat alii q̄ ipsi: ex hoc autem sequebatur priuatio essentię rei. Exaltetur creator super eo q̄ gentes cre-

¶ in lege v' pphetiis nō attribuitur ira deo vel indignatio, nisi pro idololatria.

Quid ē blasphemia.

¶ idololatrię non creditur q̄ sit alius de⁹ præter deum.

dunt, quoniam ipsi non apprehendunt nisi opera seruitorum: non rationes eorum, neque veritatem illius cui seruitur per ipsa. Et haec fuit causa propter quam merebantur mortem: sicut dicit scriptura, Nullum referues vitae. Et causa & ratio est explanata, ut tollatur ista opinio falsa: ut non maculent alios cum ista, sicut dictum est. Non docebunt nos abominationes suas. Et vocat eos inimicos & odiosos & angustiatores: & dicit quod omnis qui hoc facit, prouocat ad iram, ad indignationem & furorem. Ex quo ergo sic est, quid erit qui blasphemat in substantia creatoris, non credens ipsum esse, vel credens duos esse, vel esse corpus, vel quod sint in eo potentiae factae, vel attribuit ei defectum aliquem: quoniam iste sine dubio deterior est illo qui seruit idolis: credens quod idolum est mediator vel propitiator vel potes nocere. & ideo scias quod cum credideris quod creator habet corpus, vel aliquam de dispositionibus corporis, quod tu es prouocator ad iram & odiosus & inimicus & angustiator: & succendens ignem irae: & multipliciter deterior illo qui seruit idolis. Quod si ascenderit in cor tuum quod nos in bonam partem iudicabimus illum qui creatorem credit habere corpus: vel propter hoc, quia in hoc nutritus est, vel propter breuitatem, vel ignorantiam sensus sui: similiter debes credere de idolis seruiente. Et si dixeris quod plana legis inducunt primum in istas opiniones: Similiter debes recte credere de secundo, scilicet idolis seruiente, quod ad hoc induxerunt eum cogitationes vanae, & defectus sensus. Et non est mirandum de illo qui non recipit a speculatoribus veritatis, si deficit in apprehensione veritatis: quoniam ego non reputo blasphemum qui non inducit probationem super remotione corporeitatis a creatore: sed reputo illum blasphemum qui non credit istud praecipue: cum inueniamus expositionem Anqelos & Ionatan filii Oziel, qui remouet corporeitatem a creatore, & haec est mens huius capituli.

## Facies seu vultus. Capitulum. XXXVI.

**F**acies est nomen equiuocum: & proprie significat facies rerum viuentium: sicut dicitur, Mutabuntur omnes facies. Significat etiam iram: sicut dicitur, Vultus domini super facientes mala. Dicitur etiam de loco hominis & statu eius: sicut dicitur, Super facies fratrum suorum habitabit, & iterum. Coram facie populi gloriabor, & iterum. Nisi in facie tua benedixerit tibi, id est in statu tuo & in loco essentiae tuae, & secundum hoc dictum est: Locutus est dominus cum Moyse facie ad faciem, id est non est inter eos mediator vel interpres, sicut dictum est: Veni & videbimus nos facie ad faciem. Et de Moyse dictum est. Audiuit vocem dicentem ei. Et iam expositum est quod auditus vocis sine angelo mediatore dicitur facie ad faciem, & secundum hunc modum dictum est, Faciem meam non videbunt, id est non apprehendent veritatem essentiae in esse sicut est. Facies etiam dicitur secundum quod conuenit loco, hoc est dicere, coram ipso & in sua potestate. Et multiplicauerunt verba in hoc secundum hunc modum, & dixerunt coram domino.

Secundum hoc etiam dictum est, Faciem meam non videbunt. Sed in opinione de Anqelos & eius translatione dicitur: Et qui coram me non videbuntur: cuius summa est, quod in statu alto sunt creata excelsa, quae non potest homo comprehendere: sicut sunt quae sunt intelligentiae abstractae: & dicit quod semper stant coram creatore propter magnam firmitatem curae quae super eos est. Ea vero quorum esse veritas apprehendi potest sunt alia quae sunt sub hoc gradu in dignitate essentiae, id est in substantia materiae & formae. Et idcirco exposuit Anqelos: & videbis posteriora mea, id est creata, quae sunt ac si ea reliquisset & projecisset post me, & dictum est per viam similitudinis quia multum distant ab essentia creatoris. Adhuc autem audies opinionem meam in eo quod petiuit Moyses dicendo, Ostende mihi gloriam tuam. Scias etiam quod facies significat pulchritudinem & honorem, & secundum hunc modum dictum est, Coram domino faciem eius ad te, & det tibi pacem. hoc est ut adiungat gloriam suam vobis.

## Post. Capitulum. XXXVII.

**P**ost est verbum multipliciter dictum. Et dicitur de loco: sicut ibi, Post tabernaculum: & misit lanceam post illum. Dicitur etiam de tempore: sicut ibi, Post illum non surrexit similis ei. Quod autem dicitur, Ambulabitis post dominum deum vestrum, id est in seruitio eius: & assimilari viis ipsius, & secundum hoc dictum est, Videbis post me, hoc est apprehendes quod ex me manat, & sequitur, Ex voluntate mea, ac si diceret omnes creaturas meas sicut explanauimus in quibusdam capitalis huius libri.

## Cor. Capitulum. XXXVIII.

**C**or est nomen multipliciter dictum. Significat enim membrum quod est fundamentum vitae: omni habenti cor. Et quoniam hoc membrum est in medio corporis: transumptum est

Quod intelligitur abstractas non potest homo comprehendere

ad significandum in qualibet re. Significat etiam cogitationes: sicut cum dicitur, Non estis post corda vestra, id est cogitationes. Significat etiam concordiam seu conuenientiam gentis: sicut dicitur, Omnes reliquiae Israel cor vnum: ac si diceret in vna concordia. Et iterum, Non mutabitur cor vestrum, id est consilium, & iterum. Non recedat ab hoc corde, id est hac cogitatione. Significat etiam voluntatem, sicut ibi: Dabo vobis pastores secundum cor vestrum, & iterum. Si enim cor tuum rectum, id est voluntas tua. Accommodatur etiam creatori secundum hunc modum: Faciet sicut est in corde meo, id est voluntate. Significat etiam intellectum, sicut ibi, Cor sapientis in dextera eius, id est intellectus sapientis in rebus rectis & perfectis, & multa talia. Et secundum hanc significationem accommodauerunt creatori vbiq. Nam fere vbiq. dictum de deo significat intellectum, exceptis paucis locis in quibus significat voluntatem. Similiter etiam cum dicitur, Reuertetur ad cor, & iterum. Non reuertitur ad cor. Et in omnibus similibus significat intellectum, quod autem dictum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: Scias quod eius expositio est secundum me, cum omnibus viribus cordis tui, id est membrorum omnium: quorum fons & principium est cor. Mens vero est ut ponas finem in omnibus operibus tuis apprehensionem illius, sicut alibi exposuimus.

## Spiritus ventus. Capitulum. XXXIX.

**S**piritus est nomen multipliciter dictum. Significat enim aera motum: ut ibi, Spiritus domini ferebatur super faciem abyssi. Significat etiam flatum venti, sicut dicitur, Spiritus tuus, id est ventus ab occidente vehemens valde. Significat etiam spiritum vite, ut ibi, Spiritus vadens & non rediens, & ibi, Omnis creatura in qua est spiritus vite. Significat etiam illud quod remanet de homine post mortem eius & non moritur, ut ibi, Spiritus reuertetur ad dominum. Dicitur etiam de splendore spiritualis intellectus qui dabatur prophetis cum quo prophetabant: sicut explanabimus quando de prophetia loquemur, secundum quod loqui debeamus in hoc libro: sicut dicitur, Immitam super te de spiritu, & iterum, Spiritus domini loquitur in me, & multa talia. Dicitur etiam de mente hominis & cogitatione, sicut dicitur: Totum spiritum suum profert stultus, id est totam mentem suam, & ibi, Tabetet spiritus Aegyptiorum inter ipsos: & dissipabo consilia eorum, id est confundetur consilia eorum & cogitatio. Et iterum, Quis adiuuit spiritum domini, & eius consiliarius fuit: & quis est qui sciat praeparationem voluntatis eius, vel apprehendat viam regiminis eius ad omnia creata sua: & faciat nos scire: sicut explanabimus postea cum loquemur de Regimine & Cura dei. Et vbiq. spiritus deo attribuitur, est secundum quintam rationem. In quibusdam tamen locis dicitur secundum vltimam acceptationem, id est secundum quod significat voluntatem. Explanabitur autem vbiq. secundum quod conuenit illi loco.

## Anima. Capitulum. XL.

**A**nima est nomen equiuocum, & significat animam viuentem nutritiuam omnis viuus sensibilis. Significat etiam sanguinem, sicut ibi, Non comedas animam cum carne. Dicitur etiam de anima rationali quae est forma hominis. Significat etiam illud quod remanet post mortem de homine, sicut ibi: Erit anima domini colligata cum colligatione vitae. Dicitur etiam de voluntate, sicut ibi: Non dabitur in animam inimicorum suorum, id est voluntatem, & iterum. Si steterint Moyses & Samuel coram me: non erit anima mea ad populum istum, id est voluntas mea. Secundum hunc modum accipitur anima cum dicitur de creatore, secundum hanc rationem exponetur quod dictum est. Abbreuiata est anima eius in labore Israel. Et expositio illius scripturae plana erit si sic accipatur: quoniam in principio sermonis dicitur, quod curam suam prohibuit ab eis donec perierunt, & clamauerunt: & non saluauit eos. Misertus est eorum: & prohibuit voluntatem suam ne perpetuaretur labor eorum: & ut non cresceret angustia ipsorum, & idcirco bona est haec expositio.

## Viueret & Mori. Capitulum. XLI.

**V**iuere conuenit omni augmetabili & sensibili. Significat etiam receptionem sanitatis de forti aegritudine: sicut dicitur, Vixit de infirmitate sua, & iterum, Steterunt in loco suo in castris donec vixerunt, id est sanati sunt. Et ita dicitur, Caro viuat, id est sana. Similiter mors significat mortem: & significat duram infirmitatem: sicut dicitur, Emortuum est cor eius inter ipsum, & hoc significat fortitudinem infirmitatis, & ideo ad differentiam huius dictum est: Fuit infirmitas eius fortis adeo quod non remansit in eo halitus. Quidam Hispanus dixit, quod retinuit anhelitum suum donec nullo modo anhelabat: sicut contingit in praefocatione matricis in mulieribus: adeo quod nescit vtrum illa cui contingit viuat, vel non: & haec infirmitas durat per unum vel duos dies. Et quoniam vltimum

Mirabile de reterioe anhelit, & praefocatioe matricis i mulieribus.



**Q** scientie sunt illi qui inuenitea. & multa talia. Et secundum hoc scientia vera & recta vocantur vita. Scientia vero corruptionis dicuntur mors: sicut dictum est: Vita hodie ante te. Et expositio boni vita est: & malum mors. Sic etiam secundum me intelligendum est quod dictum est, Ut uiuatis: sicut etiam in expositione recepta, ut bene faciat tibi, & bene sit tibi in seculo, quod totum est bonum: & propter longum usum in huiusmodi accommodatione sibi in lingua nostra dixerint. Iusti etiam in morte sua dicuntur uiuere: mali autem in vita sua dicuntur mortui.

## Ala. Capitul. XLII.

**A**la est nomen aequiuocum ad significandum alam cuiuslibet volatilis: postea transfertur ad extremitates & angulos panis, sicut dicitur: Super quatuor alas pallii tui. Dehinc accommodatum est extremitatibus terrae & finibus eius, qui distant a locis in habitis: sicut dicitur, Ab ala terrae cantica audiuius, id est ab angulo. Dixit etiam quidam expositor, quod principaliter pro absconsione & celatione detorsimus & pro defensione, & haec expositio bona est. Et secundum hoc accipitur quod dictum est, Non reuelet alam patris sui. & iterum. Expansas alas tuas super ancillam tuam, id est expandes umbram protectionis tuae super ancillam tuam. Et secundum hunc modum, ut credo, accommodauerunt alam creatori & angelis: quoniam angeli non sunt corpora, sicut postea exponemus: & quod dictum est, Protegat in velamento alarum tuarum, id est sub absconsione eius. Similiter ala cum dicitur de angelis, significat occultationem. Nonne vides quod dictum est: Duabus velabat faciem suam, & duabus pedes. & ita est in his quae sunt causae angelorum: & hi sunt pedes angeli, sicut praediximus in multiplicitate huius nominis pedes, quae causae sunt nimis occultae viribus intellectus: nec sunt scita signa ipsorum nisi post longum exercitium. Et hoc duabus de causis, ex parte angelorum, & ex parte nostra, scilicet propter debilitatem intellectus nostri & duriciem apprehensionis nostrae ad intelligentiam abstractam secundum veritatem eius. Quae autem dicitur, duabus volabat, adhuc exponemus in capitulo Sequente: quia dictum est quod angeli habent motum volationis.

## Oculus. Capitul. XLIII.

**O**culus dicitur aequiuoce de fonte: ut ibi, Super oculo aquae in eremo, id est super fonte. Et dicitur de membro cui conuenit visio: ut ibi, Oculo ad oculum. Dicitur autem de apprehensione & cura: sicut dicitur, Accipe eum: & pone oculos tuos super ipsum, id est, pone curam tuam super ipsum. Et secundum hunc modum dicitur de creatore ubique, sicut dicitur: Et erunt oculi & cor meum ibi, id est cura mea & mens mea, & iterum. Oculi mei diffusi sunt super omnem terram, id est curam suam communicat omnibus quae sunt in terra: sicut dicemus in capitulo de Cura. Cum autem verbum videndi coniungitur oculis in loquendo de creatore, sicut dicitur, Aperi oculos tuos & vide: vel Oculi eius vident: erit expositio eius apprehensio intelligibilis, non sensibilis: quia omne sensibile est factum: & recipit quod habet ab alio a se. Deus autem operator est, non operatus: ut probauimus.

## Audire. Capitul. XLIII.

**A**udire est verbum aequiuocum ad verbum auditum: sicut ibi, Vox audita est in domo Pharaonis. Ponitur etiam pro receptione, sicut dicitur: Non audierunt Moysen, & non audierunt verba tua, id est qui non receperunt. Similiter etiam ponitur pro scientia, sicut dicitur: Gens cuius linguam non audieris, id est non intellexeris verba eius. Et ubique audire dicitur de deo, si planum scripturae ostenderit, quod est secundum primam rationem, erit eius expositio apprehendere. Sed secundum tertiam rationem cum dicitur: Audite dominum & in verbo suo: ista querela, id est totum istud est apprehensio scientiae. Si vero planum scripturae ostenderit quod est iuxta rationem eius: erit eius expositio quod creator recipit vel non recipit orationem orantis: sicut dicitur, Audiens audiam clamorem eius, & iterum. Aperi domine aurem tuam & audi, & iterum. Non audiuit dominus vocem vestram, & iterum. Audiens & misericors ero, & multa talia. Ad hoc adducam in istis transumptionibus & similitudinibus rationem quae satiabit sitim tuam: auferet dubitationes tuas: & probabitur tibi omnis ratio eius, donec nulla remaneat dubitatio in verbis huiusmodi.

## Inquisitor & demonstrator. Capitul. XLV.

**R**ememorati sumus iam in quibusdam capitulis huius libri quod multum distat inter probationem quaerentis de sententia rei per signa, & inter inquisitionem demonstrantis per intellectum veritatem quaerentis & substantiae rei: quoniam prima probatio super entitate rei potest esse

tequitate.

tum ex eius accidentibus, tum ex eius operibus, tum ex comparatione nimis remota inter ipsum & id quod est extra. Huius rei exemplum est & similitudo. Si velles insinuare regem alicuius terrae alicui homini, cui ignotus est: multis viis posses hoc facere: vel dicendo quod rex est longus, albus, & canus. Et iste modus est insinuatio ex accidentibus. Poteris etiam dicere quod rex est ille homo quem circumstant hominum multitudo, equitum, & peditum, cum ensibus euaginatibus, & vexilla expansa super caput eius, & sonitus tubarum ante ipsum. Vel dices, quod ille homo est rex qui moratur in tali castro, & in tali terra. Vel dices, quod ille est qui praecipit fabricari murum suum, vel portum, vel similia istis de operibus ipsius, & sic nominabis eum per ea quae sunt extra ipsum. Poteris etiam demonstrare super entitate eius modis latetioribus: sicut si quaereret alius a te. Quod est signum quod terra ista regem habet? Respondebis ei. Numularius iste quem tu vides est debilis, & paruus corpore: & ante ipsum multum auri & argenti: & ecce alius fortis ac robustus & egenus stans ante numularium, petens ut det ei saltim obolum: & alius non vult ei dare: sed obiurgatur eum, & remouet a se cum duris verbis: & nisi esset metus regis, ille robustus posset alium expellere de loco suo: & interficere: & rapere quicquid est ante ipsum, & hoc significat quod terra ista regem habet. Ecce quod demonstrasti intentionem regis in dispositione & ordine diuersitatum in ciuitate: cuius causa est metus regis & timor poenae ipsius. In omnibus tamen praedictis non est aliquid quod demonstrat substantiam regis, quis sit: neque veritatem ipsius, quae est quiditas regis. Similiter accidit nobis cum docemus populos in libris prophetarum & in lege, quod creator est. Cum enim copulamus nos necessitas ostendere cunctis, quod creator est, & est in fine bonitatis & perfectionis: quia non est sicut caeli & terra: sed est & viuus, & sapiens, & factor, & potens: & similiter in aliis quae necesse est credi de eo: & adhuc explanabitur istud: Idcirco corda monstrant quod est inuentus in cogitationibus corporalibus: & similiter quod viuus in similitudine rei mobilis: quia gens non videt firmitatem essentiae rei: de qua non dubitet nisi corpus. Et quicquid non est corpus, sed est in corpore, similiter inuentum est: sed eius inuentio seu essentia minus apparet, quantum ad ipsos: quia essentia corporis: quia indiget corpore ad hoc ut sit. Quae autem non est corpus vel in corpore: non est inuentum villo modo in initio imaginationis hominis: nec etiam secundum cognitionem assimilationem. Similiter etiam non ascendit in cor gentis de ratione vitae nisi motus. Et quicquid non mouetur motu locali voluntario, non viuus: licet morus non sit de esse viuus, sed accidens in eo. Et similiter apprehensio nobis nota est in sensibus, scilicet in visu & aliis, & similiter nec scimus, nec credimus motum alicuius sententiae de corde ipsius in cor alterius, nisi mediante sermone: qui est vox formata lingua, & labiis, & aliis instrumentis. Et cum intellexerint cogitationes nostrae quod creator est apprehensor, & proueniunt aliquae rationes ab ipso ad prophetas: ut ab ipsis applicantur nobis: omnes credunt de ipso quod est videns & audiens: hoc est, quia est apprehensor diuersitatum visorum & auditorum: & scit ea: & significauerunt nobis quod est locutor, cuius ratio est quod ab eo proueniunt veris prophetis, & haec est ratio prophetiae. Et adhuc exponemus istud in fine expositionis. Et quia non intelligimus quomodo aliquid extra nos inuentum est & a nobis donec istud faciamus ideo de creatore dicitur quod est operator. Similiter etiam cum gens non apprehendit viuum, nisi sit animatum: dixerunt de creatore quod habet animam: licet nomen animae multipliciter dicatur: & eius ratio est: quia est viuus. Et quoniam omnia ista opera non inueniuntur in nobis sine instrumentis corporeis, attribuerunt ei illa instrumenta corporea in quibus est motus localis, scilicet pedes: & instrumenta sensuum: ut sunt oculus, & auris: & instrumenta operationis: ut sunt manus, digiti, & brachia. Et ex omnibus istis sequitur quod attribuerunt ista corporalia instrumenta creatori, ad ostendendum per illa, opera ipsius quae attribuerunt ei: ad ostendendum per illa perfectionem quae non est substantia operum ipsorum. Cuius rei exemplum est quod attribuerunt ei aurem, oculum, os, & linguam, ad significandum visionem & auditum: & ad ostendendum super ipso apprehensionem communem. Et ideo inuenies in lingua Hebraica quod apprehensio sensus vnus attribuitur alii, sicut dicitur in Genesi, Vos videte verbum domini, id est, audite: quia mens est apprehensio sermonis. Similiter, Videte odorem filii mei, id est, olfacite, quia mens est apprehensio odoris. Secundum hanc intentionem dictum est: Omnis populus videbat voces: licet iste status esset visio prophetiae: sicut manifestum est & notum in gente nostra. Attribuerunt etiam creatori opus & sermonem, ad significandum in illo splendorem qui effunditur ab eo: sicut postea explanabitur. Omne autem instrumentum corporeum quod inuenies in omnibus libris prophetiae vel est instrumentum motus localis ad significandum vitam: vel est instrumentum sensus ad significandum apprehensionem: vel instrumentum operationis ad significandum opus: vel instru-

mentum sermonis, ad significandum splendorem intellectus qui effunditur ab eo super prophetas: sicut explanatum est. Et causa omnium istorum quae sic attribuuntur deo erit, si imprimatur cordibus nostris, quod inuentus est creator viuis factor omnium: quae sunt extra ipsum apprehensor operum suorum. Adhuc etiam exponemus cum inceperimus remouere ab eo agnominationes quae omnia ista referuntur ad vnam rationem, scilicet substantiam creatoris solummodo. Quonia non est intentio huius capituli nisi ostendere rationes instrumentorum corporalium quae attribuitur creatori quae omnia dicuntur ad ostendendum super operibus ipsorum instrumentorum perfectionem nobis, & ad significandum quod creator est perfectus in fine perfectionis: sicut exposuerunt, dicentes. Locuta est lex more hominum. Instrumentum vero motus localis quod ei attribuitur est sicut dicitur: Scabellum pedum meorum, & locus plantarum pedum meorum. Instrumenta vero operationis quae attribuitur ei, sunt sicut dicitur: Manus domini, digiti domini: Opera digitorum tuorum, & posuisti super me manum: & brachium domini cui reuelatum est, & dextera tua domine. Et instrumenta sermonis attributa sunt ei: sicut dicit, Locutus est dominus: & aperuit labia sua tecum: & vox domini in veritate: & lingua eius sicut ignis ardens. Instrumenta vero sensuum, sicut dicitur: Oculi eius vident: & palpebrae eius interrogant filios hominum. Inclina domine aurem tuam & audi. Ignem succendisti in naribus nostris. De membris autem interioribus, non attribueruntur ei, nisi cor: quia est nomen aequiuocum, & significat intellectum: & est principium vitae in animalibus. Quod enim dicitur, Effuerunt viscera mea, hoc dicitur pro corde. Hoc enim nomen, scilicet viscera, specialiter dicitur de intestinis. Generaliter vero de omni membro interiori, secundum hoc dicitur de corde, quod probatur per hoc quod dictum est. Lex tua in visceribus meis: ac si diceret in corde meo. Rugitus autem non conuenit nisi cordi: sicut dicitur: Rugit in me cor vestrum. Nomen humeri non accommodauerunt creatori, quia hoc est membrum ueneris: & res lata iungitur cum latore, nec accommodauerunt ei instrumenta nutrimenti: quia in eis manifestus est defectus, etiam in principio cogitationis. Iudicium autem omnium membrorum istorum per viam veritatis, est vnum apparentium, vel ens, & latentium. Et omnia sunt instrumenta operationum anime quae variantur: quorum quaedam sunt ad conseruandum in esse ipsum singulare in tempore definito, sicut membra interiora: quaedam vero sunt ad conseruationem speciei, sicut vasa spermatis. Sunt etiam quaedam ex eis ad praeparandum necessaria homini, & ad explendum negotia eius: sicut manus, pedes, & oculi. Et omnia sunt propter perfectionem motus, & operationis, & apprehensionis. Necessitas autem motus in animalibus est ad acquirendum conueniens ipsi: & contrarium fugiendum, sed necessitas sensuum est ad apprehendendum conueniens. Necessitas autem operationum in homine est ad praeparandum sibi victum & vestitum, quae sunt necessaria naturae: id est opus ut praeparet quod sibi est vtile. Et aliquando inuenitur pars operatio in parte animalium, quae necessaria est illis. Non videtur mihi quod dubitet aliquis an creator eget aliquo quod iuuat essentiam, vel operationem ipsius: & ex quo sic est, ergo non habet instrumenta, id est non habet corpus: sed opera sua operatur per se sine instrumentis: nec est dubium quin virtutes conueniant de communi membrorum. Et idcirco non sunt in eo virtutes vel vires hoc est non habet aliquid quo operetur praeter substantiam suam, vel sciat, vel velit: quoniam ista non sunt nisi vires additae super substantiam rei. Et attribuerunt ei nomina, non aliud, & non est istud intentio capituli. Propter hoc dixerunt sapientes verbum commune quod expellit omnes dubitationes quae ascendunt per ista corporalia: de quibus mentionem fecerunt prophetae. Et est verbum quod demonstrat quod nunquam corporeitas quantum ad creatorem ascendit in corda eorum, & nihil fuit quod eos faceret laborare vel dubitare in huiusmodi ratione. Et ideo inuenies eos in toto Talmud, & in aliis locis ambulantes secundum plana prophetiae: quia sciunt quod in hoc nec est labor, nec dubitatio: nec timent errorem in hoc villo modo: quia sciunt quod totum dictum est secundum viam similitudinis, & demonstrationem intellectus quod deus est inuentus. Cum autem imprimatur similitudo in corde auditoris quod creator est similis regi qui praecipit, & prohibet, & punit, & benefacit hominibus suis: & habet seruos & ministros qui iussa eius implent. Sapientes similiter dixerunt per viam huius similitudinis ubique: & loquuntur secundum quod sequitur ex illa similitudine in loquela & in responso. Et cogitant secundum hunc modum sicut in operationibus regum, & tamen credunt quod nihil est in omnibus istis quod inducat laborem vel dubitationem. Verbum autem istud commune quod tetigimus est quod dictum est. Magna est virtus prophetarum, qui assimilant formam formatori suo: sicut dixit Ezechiel. Super similitudine throni, similitudo sicut visio hominis, & ostendunt quod omnes formae quas apprehendunt omnes prophetae in visione prophetiae.

Qualiter & quare ista instrumenta exteriora attribuerunt deo.

Membra interiora non attribuerunt deo nisi cor

Nota generaliter de instrumentis propter quod sunt.

Necessitas motus localis in animalibus.

sunt create quas deus creauit: quoniam omnis figura quae ascendit in cogitatione est creata. Quia mira sunt verba eorum in dicendo, Magna est virtus eorum, ac si miraretur super magnitudine huius rationis, quoniam sic consueuerunt dicere, commirantur super verbo vel facto inusitato, in cuius plano habetur aliqua deformitas, sicut dixerunt quidam, Facit tale factum solus, & in nocte, & dixerunt de eo, Magna fuit virtus, quia solus fecit: & idem est ac si dixissent, quia multum necessarium fuit hoc opus prophetis quod monstrarent super substantiam creatoris in creaturis quas ipse creauit. Et intende in hoc multum, & iam ostensum est quod ipsi mundi sunt a credulitate corporeitatis: & omnis forma & figura quae visa est in visione prophetiae, est creata: & ideo assimilauerunt formam suo formatori, sicut dixerunt sapientes. Quicumque vero voluerit eas deprimere vel suspicari aliquid mali de ipsis post praedicta propter malitiam morum suorum: & voluerit detrimentum facere gradui eorum, quorum mores non nouit, nec vidit: non nocet ipsis.

¶ Videre, Audire, & similia in deo. Capitulum XLVI.

**M** Vitoriis iam rememorauimus quod omne quod creditur a gente quia est defectus, vel non oportet ut cogitetur super creatore: non attribuerunt illud creatori libri prophetiae: licet indicant iudicium de rebus attributis de eisdem, quae ea quae dicuntur de eo imprimunt cordi hominis aliquam perfectionem, vel forte immittunt cogitationem quae sunt in eo. Ideo expediret secundum hanc considerationem ut ostendamus quia attribuerunt creatori auditum, visum, & olfactum: & non attribuerunt gustum, neque tactum. Nos vero scimus quod verum est iudicium in remotione quinquagesimo sensuum, & omnes sensus sunt imperfectiores secundum probationem intellectus: etiam quantum ad illum qui nihil apprehendit nisi per eos: quia sunt operati receptores ab eo quod est extra ipsos. Et aliquando sunt impediti & debiles sicut & alia membra. Ratio autem quare diximus quod creator videt & audit: & quod comprehendit visibilia & audibilia: pari ratione posset ei attribui gustus, & tactus, quod esset dicere quod apprehendit gustabilia, & tangibilia: quia iudicium apprehensionis eorum quantum ad ipsum idem est. Quod si remouerimus ab ipso apprehensionem vnius eorum, debemus omnes remouere. Quod si attribuerint ei apprehensionem vnius illorum, debet omnes ei attribuere. Inuenimus autem scriptum, Vidit dominus, audiuit dominus, & odoratus est dominus, & non inuenimus, gustauit, vel tetigit dominus. Ratio vero omnium istorum est, quia infixum est cogitationi hominis cuiuslibet quod creator non coniungitur corporibus, sicut corpus corpori: quia non vident ipsum. Isti vero duo sensus, id est gustus, & tactus, non apprehendunt sua sensata nisi tangant ea. Visus vero, & auditus, & odoratus apprehendunt sua sensata: & corpora in quibus sunt ipsae sensibiles qualitates a remotis. Et receptum est hoc in cogitatione gentis. Praeterea intentio in attributione istorum sensuum creatori fuit ad significandum quod ipse est apprehensor operum nostrorum, & auditus & visus sufficiunt ad hoc, id est ad apprehendendum quicquid fecit homo, vel dicunt sicut dixerunt sapientes per viam probationis & cautelae. Scias quod super re est oculus videns, & auris audiens, tu vero scis quod est idem iudicium in omnibus: & qua ratione remouemus ab eo gustum & tactum: eadem ratione remouemus ab eo visum, & auditum, & odoratum: quoniam omnes sunt apprehensiones corporales, & virtutes operatae variables. Pars autem ipsorum demonstrat defectus suos. Alia vero pars reputatur perfectio: sicut apparet in perfectione cogitationis assimilatiuae. Et non apparet imperfectio cogitationis intelligibilis & intellectus: ideo non attribuerunt creatori cogitationem primam sed intelligibilem: & dixerunt, Cogitauit dominus, & dixerunt, intellectu suo ostendit celos. Illud autem visitatum est in apprehensionibus sensibilibus manifestis: quorum quandam partem attribuerunt ei: aliam vero non attribuerunt, sicut in idiomate hominum, quod credunt perfectionem, attribuunt ipsi: quod autem apparet imperfectio, non attribuunt ei. Et secundum viam veritatis nulla dispositio substantialis vera est addita super substantiam ipsius, sicut postea probabimus.

¶ Quomodo audiuit & vidit Deus. Capitulum XLVII.

**Q** Vicquid attribuitur deo ratione auditus, Angelos remouet ab eo: & expositione eius ponit, quod illud peruenit ad eum: etsi de oratione dicatur quod auditur a deo, id est recipitur: vel eius contrarium: & exposuit. Audiuit dominus, id est auditu fuit ante ipsum, & Audiens audiam clamorem, id est recipiens recipiam, & sic procedit in omni sua expositione. In eo autem quod ratione visus attribuitur deo, mirabiliter variauit. Nec aperte intelligo intentionem ipsius.

Nā alicubi exponit sic, Vidit dominus, id est vidit. alicubi sic, vidit dominus, id est reuelatū est ante ipsum. Sed expositio huius, Vidit dominus, est valde manifesta: quoniam verbum vidēdi in lingua nostra est cōmune, & significat apprehensionem intellectus sicut apprehensionem visus. Vellē scire quare in quadā parte fugit & exposuit, Reuelatum est ante dominū: sed cū aspexi in translationibus Detargū, cū eo quod audiui in tēpore in quo addiscebam, inueni quod cum ipse inueniebat aliquid dictum in iniuria, vel damno, vel violentia, exponebat, reuelatū est ante dominū. Et non est dubium quoniam in illa lingua ponitur videre pro apprehendere rem apprehensam secundum quod est apprehensa. Et inueni quod exposuit in lege ubique videre dictum de domino, per videre, exceptis iis quae dicam, ut Vidit dominus afflictionem meā, exposuit, id est reuelatū est ante dominū. Et vidit omnia quae Labam faciebat tibi, id est reuelata sunt ante me. Et licet angelus loqueretur, tamē non attribuit sibi apprehensionem: quia superbia erat. Et vidit dominus filios Israel, id est reuelatū est ante ipsum deseruitiū ipsorum. Et vidi afflictionē populi mei, id est reuelata est ante me. & vidi populū istū, id est detectus est ante me. Malitia eorum reuelata est ante me. Et vidit dominus, & iratus est, id est reuelatū est ante dominū. Et in his omnibus recte processit, sicut propheta dicit, Non potest videre fallum. & idcirco omne deseruitium & malitiā exponit sic, reuelatū est ante me. Ista tamen opinio bona & utilis in qua non est dubitatio, difficultatē ingessit mihi in tribus locis, in quibus secundū hanc opinionem exponendum erat, reuelatū est ante dominū, sed inuenimus in translationibus, vidit dominus, in istis. scilicet vidit dñs quod abominatus est. Et vidit quia multa malitia hominis esset in terra: & vidit terrā, quod corrupta esset. Sed sicut mihi videtur error fuit in translationibus: quoniam in istis non extat expositio de Angelos nisi dicamus quod alia fuerit eius opinio in istis. Quod autem exposuit, Dominus videbit arietem, id est reuelabitur ante ipsum: ideo hoc fecit ne crederetur quod ipse dominus debebat eum quærere vel præsentare, vel potest esse quod impossibile fuerit in prædicta lingua de Arā, quod apprehensio creatoris refertur ad rem irrationalem. Est ergo necesse ut diligenter quærat in veris translationibus res ista, & si sic inuentum fuerit sicut prædixi: nescio quare fuit mens ipsius.

## Incorporeitas Angelorum. Capitulum. XLVIII.

**S**cias quod Angeli non sunt corpora, sed sunt intelligentiæ abstractæ a materia corporali, id est certissime sunt operati: & creator est operator eorum: sicut postea exponemus. Sapientes autem dixerunt in expositione gladii flammei versatilis super nomine ministrorum suorum flamma ignis. Versatilis autē ideo dictum est, quoniam aliquādo dicunt viri, quandoque mulieres, quandoque venti, quandoque angeli. In hoc autem verbo ostēderunt quod non sunt corpora, nec habent fixam figuram corpoream sicut est figura corporis extra intellectum: sed totum dictum est in visione prophetiæ, & secundum opinionem virtutis cogitativæ assimilatiue, sicut dicemus in ratione veritatis prophetiæ. Quod autem dicantur quandoque mulieres hoc ideo est quod prophetæ quandoque vident angelos in visione prophetiæ in specie muliebri, sicut dixit Zacharias. Ecce duæ mulieres egredientes: & tertius ventus in alis ipsarum. Et tu scis quod apprehensio rei quæ immunis est a viribus corporalibus, est difficilis homini ut apprehendatur: nec potest apprehendi, nisi post longum exercitium: & præsertim ab homine qui non discernit inter intelligibile & similitudinem: & confidit pro maiori parte super apprehensione cogitationis assimilatiue. & apud ipsum erit ens quicquid ascenderit in cor eius secundum possibile esse, quicquid autem non inciderit in rete cogitationis eius, erit apud ipsum privatio: & eius inuentio impossibilis, quoniam tales, & maior pars speculatorum non stant super veritate rationis: nec habent unde solvant suas dubitationes. Et propter difficultatem huius rationis posita sunt verba in libris prophetiæ: de quorum plano videtur ostendi quod angeli habent corpora & moventur localiter: & habent formam humanam: & recipiunt mandatum a creatore: & perficiunt illud secundum eius voluntatem. Et totum hoc est ad ostendendum super inuentione ipsorum, & quod sunt viui perfecti sicut exposuimus in eo quod conuenit creatori. Sed si remaneret in hoc, secundum istam similitudinem solummodo viderentur similes in substantia sua & veritate, substantiæ veritatis creatoris in cogitationibus gentium. Sic etiā dicimus de creatore quædam, ex quorum plano videtur quod ipse habeat corpus viues mouēs se. Ideoque ostendit intellectus quod gradus inuentionis angelorum est inferior creatoris: quoniam comparauerunt figuras eorum in parte rebus viuis non loquentibus: ut intelligatur quod essentia creatoris est perfectior essentia ipsorum: sicut homo perfectior est animalibus irrationalibus. Nihil autem attribuerunt eis de figura rei viue nisi alas: quia non ascendit in cor ut volat.

spiritus.

letur sine alis: sicut nec ascendit ambulare sine pedibus: quia essentia talium rerum non ascendit in cor nisi cū istis quæ recipiunt de necessitate. Elegerunt autem motū volationis ad significandū ipsos esse viuos: quoniam iste motus est perfectior omnibus moribus animalium irrationalium: & etiā nobilior. Homo etiā reputat ipsum magnā perfectionē, adeo quod cupit volare: ut sit leuis ad accendendum vitile, & fugiendū contrariū. Et ideo attribuerunt angelis motū istū. Auis etiā quandoque appareret, quandoque latet: & appropinquat & elongatur in breui tēpore: & oīa ista rationabiliter credimus de angelis. Ista vero perfectio, scilicet motū volationis nullo modo attribuerunt creatori, quia est motus animalis irrationalis. Caue ne erres in eo quod dixit David. Et ascendit super Cherubim, & volauit: quia ipse cherub est qui volauit. & intentio in hac similitudine est velocitas descensus gloriæ eius, sicut cū dixit propheta, Ecce ascendit dñs super nubē leuē, vult significare velocitatē descensus ire sue super ipsos. Nec te faciat errare quod inuenit in Ezechiele, in ratione faciei bouis & leonis & aquilæ & plantæ pedis vituli: quoniam hæc oīa sunt alia opinio quā adhuc audies, nec ipse narrabat nisi super imagines: & ista adhuc explanabunt in summis profundis quæ percipiunt corda. Motus autem auis ubique inuenit in scriptura, non ascendit in cor nisi cū alis: & ideo dixerunt quod angeli habent alas: ad significandū rationē inuentionis ipsorum: non ad demonstrandū veritatē essentiæ ipsorum. Scias autem quod omne quod mouetur velociter, dicitur volare: ut ostendatur velocitas motus eius: sicut dicit scriptura, Volans sicut aquila: quæ velocior est omnibus aibus. Scias etiam quod alæ sunt causæ motus: & idcirco alæ visæ fuerunt secundum numerum caularum motus motoris, sed istud non est de intentione huius capituli.

Quare age  
lis attribui  
tur volat?

## Fides. Capitulum. XLIX.

**S**Cito quod non est fides ratio recepta, sed ratio impressa in anima, cū creditur secundum quod animæ demonstrat. Quod si suffecerit tibi ut opiniones rectas, vel cogitationes similitudinarias quæ apud te sunt recte, ut informes eas tantū in dicto: non erigendo ipsas super cogitationes tuas ut credas illas: & præsertim ut quæras in illis veritate: scias quod hoc facile est, sicut inuenies plures philosophorum & insipientes, qui sciunt opiniones: quas non intelligunt villo modo. Quod si fueris de illis quorum animus extollitur ad ascendendum gradum altum, scilicet gradum speculationis: & ad credendum quod creator est vnus vnitate non vna: in quem non incidit compositio villo modo, nec mensura, nec diuisio aliquo modo: necesse habebis scire quod nulla dispositio est impressa in creatore villo modo. Et sicut impossibile est quod habeat corpus, sic est impossibile quod habeat dispositionem inherentem sibi. Quicumque vero credit quod creator est vnus, & habet multas dispositiones, ore dicit quod est vnus: sed corde credit quod est multiplex: sicut est etiam verbum dicentis, quod est vnus, sed habet multas dispositiones: sed ipse & sue dispositiones sunt vnum cum elongatione corporeitatis ab eo, & credulitate quod est simplex vere, sicut si nostra intentio & inquisitio essent ad custodiendum dictum oris, non fidem cordis. Scitum est autem quod non est fides nisi post cogitationem intelligibilem: quia fides est credere quod ascendit intellectum: propter id quod est extra ipsum, & est secundum quod arbitratur intellectus. Et quando vnitur cum ista credulitate quod nullo modo debet mutari ista fides: nec inueniatur in corde locus ad expellendum ipsam: nec ut estimetur quod debeat ipsa mutari: tunc illud erit verum. Cum autem expuleris a te concupiscentias & mores peruersos & fueris intelligens quæ dicam in omnibus istis capitulis: quæ induco in te motione dispositionum a creatore: tu credes creatorem in veritate: & ingredietur tunc in cor tuum vnitas ipsius: & non eris sicut ille qui dicit ore, & cor eius vacuum est: & est de populo de quo dictum est: Prope est dominus ori eorum: & longe a renibus ipsorum. Sed necesse est ut hoc fit de populo qui intelligit veritatē, & apprehendit, licet non possit explicare sermone: sicut præceptum est iustis. Dicite in cordibus vestris, & in cubilibus vestris: & tacete semper.

## Entium diuersitas. Capitulum. L.

**E**ntibus sunt multæ diuersitates manifestæ: quarum quædam sunt intelligibilia prima, & sequuntur quædam istis propinqua: & si permitteretur homo esse in illis, sicut est motus & potentia in homine, & generatio, & corruptio, & naturæ rerum sensibilibus: sicut calor ignis, & frigiditas aquæ, & similia. Sed quoniam pars sapientum mundi conuenerunt in scientiis extraneis: vel propter doctorem qui induxit eos in errorem, vel propter breuitatē sapientiæ, contradixerunt cū illis opinionibus naturis entium, & apprehensioni sensuum, vel ut ostēderet esse quod non est. Et propter hoc necessarii fuerunt magistri sapientie ad corroborandū

que manifesta erant: & ad destruendum illas vanas cogitationes, sicut inuenimus Aristot. q̄ probat motum esse, propter illos qui destruebant ipsum: & inducit probationes super hoc q̄ atomi non sunt: quia alii asserunt eas esse. De huiusmodi genere est remotio dispositionum substantialium a creatore: quoniam ratio intelligibilis & prima est q̄ dispositio rei est preter substantiam illius cui attribuitur: & q̄ dispositio est res adiuncta substantie, & est accidens. Q̄ si dispositio fuerit substantia rei, de qua dicitur, erit tamen in nomine diuersitas, sicut si diceret, homo iste est homo, vel sicut definitio nominis, sicut diceret, homo est animal rationale: quia hoc est substantia hominis & unitas eius: & non est ibi tertium in ratione preter animal & rationale: & hoc est homo de quo dicitur animal & rationale, sed si dicat q̄ ratio huius attributionis est tantummodo expositio nominis, sicut si diceret, q̄ res q̄ dicitur homo ipsa est composita ex animalitate & rationalitate. Patet ergo q̄ dispositio non est nisi altero duorum modorum, vel ut sit substantia illius rei cui attribuitur: & tunc erit expositio nominis. Et nos non negamus istud de creatore secundum hunc modum. Vel erit dispositio preter illud cui attribuitur: sed est res addita super essentiam ipsam, q̄ est causa illius dispositionis ut sit accidens illi substantie. In remotione vero dispositionis accidentalis non destruitur essentia rei: quoniam omnis res addita super essentiam rei, est adiuncta ei, & non completur quidditate eius: & hoc est ratio accidentis. Preterea si illae fuerint dispositiones, sequitur ut multa fuerint ab eterno. Et scias q̄ non est vera unitas vlllo modo nisi secundum fidem credentis vnam substantiam simplicem, in qua non est compositio, nec aliqua multitudo: sed est vna quocumque consideres ipsam: & in omni probatione inuenies ipsam vnam indiuisibilem omnibus secundum omnem rationem: nec inuenies in ea multitudinem in intellectu vel extra intellectum, sicut postea probabit in hoc libro. Alii etiam de speculatoribus dixerunt q̄ dispositiones creatoris non sunt eius substantia: nec sunt extra substantiam eius. Et hoc simile est sententiae aliorum dicentium in rebus comibus q̄ neque sunt, neque non sunt. & sicut alii q̄ dixerunt q̄ substantia diuisibilis non est in loco, sed comitatur locum: & hoc non agit vlllo modo: sed attribuitur ei, & comparationem habet ad illud. Omnia vero ista dicuntur tantummodo sine ratione, & inueniuntur in ore, sed non in corde: ne dicantur ut habeant esse extra cor & intellectum. Sunt autem ut tu scis, & scit quilibet q̄ non decipit animam suam. Qui confirmant istas opiniones verbis & falsis similitudinibus & roborant eas vocibus, & opprobriis, & multis aliis modis contrariis veritatis. Cum vero tales qui sic eas roborant redierint ad cor ut probent credulitatem suam: non inueniunt in eis rationem: sed titubant, quia nituntur asserere q̄d non est inuentum: et volunt ponere medium inter duas contrarias immediatas, quod autem potest esse medium inter esse & non esse: vel inter duo q̄ sit alterum eorum medium inter ipsa? Tales autem sicut praediximus induxit ista vanitas cogitationum. Et q̄d est in aliis, quod ascendit in corde, omnibus corporibus inuentis quae sunt substantiae: q̄ omnis talis substantia de necessitate habet dispositionem, nec inueniunt aliquam substantiam corpoream simplicem sine dispositionibus. Et idcirco extenderunt cogitationem istam usque ad creatorem: & opinati sunt substantiam eius esse compositam ex multis & diuersis, quorum vnum est substantia sua, & alia q̄ sunt addita super substantiam. Sunt autem q̄d qui remouerunt ab eo similitudinem istam, & opinati sunt ipsum esse corpus habens dispositiones. Fuerunt etiam quibus non placuit ista opinio: & remouerunt a creatore corporeitatem: sed secundum ipsos remanserunt dispositiones in eo. Haec autem omnia contigerunt eis: quoniam sequuntur plana legis, sicut explanabo in capitulis quae super istis inducam.

Omnis attributio fit quinque modis, Capitulum. LI.

Primus modus.



mnis attributio fit aliquo quinque modorum. Primo per viam termini, seu definitionis sicut cum dicitur, homo est animal rationale. Et haec attributio seu nominatio demonstrat quidditatem rei & veritatem eius: & iam diximus q̄ haec est expositio nominis tantum. Haec autem attributio longe est a creatore secundum quolibet hominem: quoniam creator non habet causas priores, quae sunt causa essentiae ipsius, quibus definitur seu terminetur. Ideoque scitum est ab omnibus quod considerant veritatem: quia creator non habet terminum seu definitionem. Secundo modo, cum sit attributio seu nominatio ex parte definitionis, sicut cum dicitur, homo, vel animal, vel rationale: & iste modus longe est a creatore: quoniam si ipse fuerit pars substantiae, erit eius substantia composita. destructio vero huius secundum modum est similis destructioni primi modi. Tertio modo, cum attribuitur alicui quod est extra essentiam & veritatem ipsius, & erit hoc quod non est de perfectione substantiae: & erit aliqua qualitas quae est in re illa. Qualitas vero est vnum accidentium. Q̄ si talis attributio conueniat creatori, locus est accidentibus: vel satis apparet ex hoc elongatio eius unitatis & substantiae si habuerit qualitatem. Minor autem de dicente q̄ conuenit ei huiusmodi nominatio seu attributio quod remouet ab illo similitudinem & qualitatem: & qua ratione dicit q̄ non conuenit ei: nec est in eo qualitas. Et omnis huiusmodi nominatio

deus non est definitus & quare. Secundus modus. Tertius modus. Q̄ in deo non est accidens.

q̄ vere conuenit eiusque substantiae: vel erit intrinsecus in substantia eius, & erit vnum cum ea, vel erit qualitas illius substantiae. Quia vero qualitates sunt quatuor, sicut scis. Inducam autem exemplum cuiuslibet eorum, ut pateat tibi q̄ impossibile est aliquam illarum conuenire creatori. Primum genus qualitatis est dispositio vel habitus. Secundum genus qualitatis est potentia vel impotentia naturalis. Tertium genus est passio vel passibilis qualitas. Quartum genus qualitatis est forma & figura q̄ sequuntur quantitate. Cum autem intellexeris sufficere nullum est in natura praedictorum generum, inuenies q̄ impossibile est ut conueniat creatori: quoniam ipse non habet quantitate ut conueniat ei forma vel figura, q̄ sequuntur quantitate, nec est in eo passio vel passibilis qualitas: nec potentia vel impotentia naturalis: nec habet animam secundum quam insunt habitus & dispositio. Sic ergo patet q̄ nulla denominatio qualitatis potest vere attribui creatori. Iam habemus tres modos nominationis seu attributionis, quos impossibile est conuenire deo: quia omnes demonstrant compositionem in ipso quod probauimus esse impossibile. Quartus vero modus attributionis est, cum attribuitur alicui aliquid in respectu alterius, cum dicitur Pater alicuius vel socius, vel q̄ fuit in tali tempore, vel in tali loco. Iste autem modus non inducit multitudinem vel mutationem in re de qua dicitur. Quoniam ista talia non sunt de substantia rei, nec sunt addita super substantiam & in ipsa, sicut qualitates. In initio vero cogitationis apparet q̄ possumus talia verba dicere de creatore: sed ostendit impossibile in tempore inquisitionis & dispositionis speculatiuae. Creator siquidem non refertur aliquo modo ad tempus vel locum, & hoc manifestum est: quoniam tempus est accidens motus, & mensura eius, secundum prius & posterius. Vnum in eo est multitudo. Motus vero est accidens corpori: Creator vero non est corpus, & ideo non est comparatio inter ipsum & tempus: nec inter ipsum & locum. Locus autem inquisitionis & considerationis est ad sciendum si est aliqua comparatio vera inter creatorem & aliquam de substantiis creatis: ut ex ea denotetur creator: sed manifestum est in principio considerationis q̄ non est comparatio seu coniunctio inter creatorem & aliquam de creaturis ipsius: quoniam de proprietate & dispositionibus coniunctorum in aliquo est ut transmutetur ipse autem est necesse esse, & quicquid est preter ipsum est possibile esse, sicut exponemus. Ex quo sic est, ergo non est ibi coniunctio. Q̄ autem ibi sit comparatio aliqua, videtur q̄ hoc possit asseri. Sed non potest asseri, quoniam impossibile est ut ascendat in cor q̄ aliqua sit comparatio inter intellectum & naturam licet ambo comunicent in aliquo. In scientia nostra. Q̄d cum ita sit, quod ascendat in cor, q̄ comparatio sit inter illum qui nihil habet commune cum aliqua re: & re alia: cum non sit aliquid commune quod ea coniungat quoniam essentia secundum nos non dicitur de creatore & de aliis, nisi equiuoce pure: & non est aliqua comparatio in veritate inter ipsum & aliquam de creaturis eius. Comparatio namque semper inuenitur inter duas res quae continentur sub vna specie communi proxima illis, cum autem sub vno genere communi, non erit comparatio inter illas res, vnum non dicitur, iste rubor est fortior vel debilior illo pallore, vel aequalis illi: licet sint sub vno genere communi, colore. Cum autem duo aliqua fuerint contenta sub duobus generibus diuersis, non erit comparatio inter illa: etiam in initio cogitationis: licet illa duo genera contineantur sub aliquo genere communi, inter calorem namque piperis & centum cubitos nulla est comparatio quia vnum est in predicamento qualitatis: reliquum vero in predicamento quantitatis. Similiter etiam non est comparatio inter sapientiam & dulcedinem, vel inter humiditatem & amaritudinem: licet ista contineantur sub vno genere, scilicet qualitate. Q̄d cum ita sit, quomodo erit comparatio inter creatorem & aliquam creaturam, cum tanta sit differentia inter ipsum & creaturas in veritate essentiae, qua non potest esse maior: Q̄ si esset inter nos & ipsum aliqua comparatio, sequeretur q̄ coniungeretur ei accidens comparisonis: licet ipsa non sit accidens in substantia creatoris: sed vniuersaliter est accidens. Nec potest euadere quod error in attribuendo huiusmodi attributionem, scilicet comparisonis in veritate. Veritamen ista attributio est conueniens ut claudat oculum nostrum, ut illa nominetur creator: quoniam istud non inducit multitudinem aeternorum: nec sequitur ex hoc mutatio substantiae ipsius, sicut mutatio comparatorum. Quintus modus nominationis seu attributionis est, cum nominatur res ab opere suo: non ab opere cogitationis quae sit in illa re: sicut si diceret, Carpentarius, faber ferrarius, quoniam ista sunt de vno genere qualitatis, sicut praediximus: sed intentio mea est de opere operato: sicut si diceret, Iacob qui fecit istam portam, vel illam turrim, vel texuit pannum istum, & similia istis, quae sunt remota a substantia nominati. Ideoque conueniens est ut ab illis nominetur creator: ex quo sciueris q̄ ista opera variabilia nisi sint variabilia non sequitur ut sint operata modis variabilibus in substantiis eorum quae operantur, sicut explanabo. Omnia enim opera creatoris variabilia, omnia inquam sunt in sua substantia non in modo additionis, sicut praediximus. Ex hoc autem capitulo apparet q̄ creator est vnus, & non est in eo multitudo, neque dispositio addita super substantiam: & q̄ nominationes q̄ multipliciter variantur & inueniuntur in libris q̄ dicuntur de creatore, sunt ex parte

Quatuor sunt genera qualitatis, & q̄ nullum est in deo. Quartus modus. Q̄ creator non refertur ad tempus vel locum. Comparatio semper est inter duas res q̄ continentur sub vna specie.

multitudinis operum ipsorum, non q̄ propter hoc sit multitudo in substantia eius, pars etiā ipsa  
rum posita est ad ostendendum perfectionem ipsius, secundum q̄ nos reputamus perfectionem,  
sicut iam explanauimus. Si autē quæsieris: Vtrū possit esse vna substantia simplex in qua nullo  
modo est multitudo operum diuersorum: adhuc demonstrabitur illud per exempla.

Quæstio

Error credentium dispositiones corporales esse in deo. Capitulum. LII.

Opinio de  
attributis  
vocat noia  
tiones,

**Q**uod inducit ad credēdū dispositiones esse in creatore quēlibet q̄ hoc credit, est propin  
quū ei qd̄ inducit ad credēdū corporeitatē ī creatore quēlibet credentē istud. Nō enī  
credētē corporeitatē induxit ad hoc cōsideratio ītelligibilis: sed plana scripturę. & eadē  
est in dispositionibus & nominationib⁹. Cum enim inuenerāt libros legis & prophetarū in q̄bus  
attribuebant creatori dispositiones & noiationes, intellexerūt hoc secundū planū: & crediderūt  
q̄ creator haberet dispositiones: & cōuenirēt ei nominationes: & fecerūt hoc sicut si remouerent  
ab eo corporeitatē: & nō remouerēt ab eo illa ex quibus sequit̄ corporeitas, scilicet accidentia, hoc est  
dispositiones animę, quę sunt qualitates. Tu vero inuenies q̄ oīs dispositio seu nominatio attributa  
creatori, secundū opinionē credentis dispositiones īesse creatori, est de genere qualitatis: licet  
nō manifestauerūt q̄ assimilarent illis, in quibus excitati erāt, quę inueniunt̄ in omni corpo  
re animato. Sup̄ autē omnibus dictū est, Locuta est lingua hominis, sed ītērio omniū istorū est ad  
significandā perfectionē in creatore, nō attribuendo aliqd̄ substantię ipsius. Perfectionē dico secun  
dū q̄ inuenit̄ in re animata, sunt autē pro maiori parte dispositiones operū suorū variabilū.

In variatio  
ne effectū  
non variat  
cā efficiēs.

variatio autē operū operatorū nō variant̄ modi operatorū, cuius rei exemplū est in his quę ma  
nifesta sunt nobis, scilicet q̄ operator est vnus, nec habet volūtātē, nec electionē: & tamē proueniūt ab  
eo opera diuersa, quāto magis ergo si operet̄ per volūtātē: Ignis siquē quādā liquefacit: & quę  
quā coagulat: & quādā mollificat, & denigrat, & cōburit, & dealbat. Et si quis diceret de igne q̄ ipse  
est albor & denigrator & cōbustor: & similiter de aliis verū diceret. Siquis autē nō cognosceret  
naturā ignis, crederet q̄ in eo essent diuersę virtutes, quarum vna denigrat, altera dealbat, & sic  
de aliis: quoniā opera sunt penitus diuersa, scilicet opera operata. Qui vero scit naturā ignis credit  
q̄ per vnā qualitātē actiua, scilicet calorē, operat̄ prædicta omnia. Si ergo hoc inuenit̄ in operante p̄ na  
turā & sine volūtate, quāto magis in eo qui operat̄ per volūtātē: quāto magis in creatore qui  
est sublimior omni noiatione: cū apprehendimus de ipso respectus varios in gentibus: quia sapien  
tia est in nobis extra potentia, & potentia extra volūtātē. Qualiter ergo ista dicimus sequi de ne  
cessitate vt sint in eo diuersę species rerū, vt per vnā sapiat, & per alterā velit, & p̄ tertiā possit.

Ignis diuer  
si effectus,

Hęc est ratio nominationū quę de ipso dicunt̄. Quidā autē istorū iam reuelauerunt ista manife  
ste & numerauerūt res additas super substantiā. Quidā autē sapientū non exposuerunt ista: sed  
exposuerūt credulitatē: licet nō manifeste, sicut dixerūt qd̄ ex eis. Potens in sua substantia, vnus  
in sua substantia, volens in sua substantia. Inducā autē similitudinē & exemplū in virtute rationa  
li quę inuenitur in hoīe: & est vna potentia, nec est in ea multitudo. Et cum illa adunat homo  
sciētias & opa & cōstruit, & scidit ligna, & textit, & edificat, & scit arithmeticā, & regit ciues, &  
oīa ista opa tā diuersa sequūt̄ ex vna potētia simplici: ī qua nō est multitudo: nec numerari pos  
sunt alia operatiua diuersa, quę potētia ratiōnalis extra habet ad esse. Q̄ si ita est, quō remouebi  
mus a potētia creatoris sublimis & excelsi, q̄ ista diuersa quę operatur, proueniant ab vna sub  
stantia simplici in qua nulla est multitudo: nec aliqd̄ additū sup̄ ipsam: Ideoq̄ oēs noiationes quę  
inueniunt̄ in libris attributę creatori, noīabūt opera, nō substantiā ipsius. Vel ponunt̄ ad signifi  
candū p̄fectionē definitā: nō q̄ ibi sit substantia cōposita ex diuersis reb⁹, licet enī nō noīet̄ istud  
noīe cōpositionis: nō ideo tollit̄ rō substantiæ: hoc est dicere, noīationes & dispositiones. Sed hic  
est locus dubitatiois, q̄ necessitas iduxit eos ad hoc: & est illud qd̄ mō explanabo tibi. Scias ergo  
q̄ isti q̄ credūt in noīationibus, nō credūt in ipsis p̄pter diuersitatē operū. Dicūt enī q̄ verū est  
q̄ vna substantia operat̄ opa diuersa: sed dispositiōes q̄ sūt substantiales ī creatore nō sūt de opib⁹  
ipsi⁹: quia nō est cōueniēs vt ascēdat ī cor q̄ creator creauit substantiā suā. Ipsi vero ī dispositiōni  
bus quas vocāt substantiales, dissentiūt, scilicet ī nūero earū. Oēs enī sequunt̄ qd̄ scriptū est. Nūc autē di  
cā tibi illud ī quo oēs cōueniūt, & credūt q̄ ē ītelligibile: & ī hoc nō posuerūt aliqd̄ post dictū p̄  
phete. Quatuor sūt noīa, viuū, potēs, sapiēs, volēs, & dicūt q̄ istę rōnes sūt diuersę, & sūt p̄fectio

Quatuor  
noīa quorū  
sūt diuersę  
rationes,

nec vnū pōt̄ deesse creatori: & nō oportet dubitari de ista sicut de vniuersitate operę ei⁹: & hoc ē  
qd̄ apper̄ de opinioe ipsorū. Qd̄ autē debes scire, est q̄ mod⁹ sapiētīę ī creatore est ī specie vitę: quia  
q̄ apphēdit substantiā suā ē viu⁹ & sapiēs vno mō. Et istud erit cū fuerit volūtās nra ī sapiē

tia aprehēdere substantiā suā: & substantia aprehēdes eadē est cū aprehēsa sine dubio. Quoniā  
secūdū sensum nostrū non est compositus ex duobus, scilicet apprehendente & nō apprehēde  
te: sicut homo qui componitur ex anima apprehendente & corpore non apprehēdere. Cum er  
go fuerit intentio nostra in dicendo ipsum sapientem esse: quia est apprehensio suę substantiæ,  
erit vita ipsius & sapientia res vna. Ipsi vero non intendunt huic rationi: sed attendunt appre  
hensionem ipsius erga eius creata. Similiter etiam sine dubio nec potentia nec voluntas inueni  
tur in creatore ad substantiam ipsius: quia non est potens super substantiam suam, nec volēs ad  
eamdem substantiam suam, & hoc non ascendit in cor hominis. Dispositiones autem & nomina  
tiones cogitauerunt in probationem diuersarum operationum inter creatorem & sua causata:  
quoniā Creator potest creare quod creat: & vult facere creata esse secundum quod fecit ip  
sa esse: & scit ea quę fecit esse. sic ergo probatur tibi q̄ istę dispositiones non conueniunt ei  
cum intendimus in substantiam eius: sed cum intendimus in creata ipsius. Et idcirco nos so  
cietas mentium in veritate dicimus q̄ sicut non dicimus q̄ in substantia creatoris est res ad  
dita per quam creauit cęlos, & res alia per quam creauit quatuor elementa, & res tertia per  
quam creauit intelligentias abstractas: sic non dicimus q̄ in eo est res addita, per quam est res  
volens: & res secunda, per quam est potens: & res tertia alia, per quam scit creata sua: sed  
substantia ei⁹ est vna, simplex, super quam non est res aliqua addita villo modo. Et ipsa sustan  
tia creauit quicquid creatum est: & scit id quod scit, non per rem aliquam additam villo modo.  
Nec multum refert q̄ istę dispositiones & nominationes sunt secundum opera, vel secundum  
varias operationes inter ipsum & operata. Per viam autem quam exposuimus de veritate com  
parationis, quia est cogitatio nō vera: hoc est quod necessarium est credi in dispositionibus, de q̄  
bus fit mētio in libris p̄phetarū: vel vt credat̄, in parte ipsarū: q̄ sunt dispositiones q̄ demonstrat̄  
sup̄ p̄fectione p̄ viā similitudinis in p̄fectione rerū quę intelligunt̄ a nobis sicut explanabim⁹.

Moyes duo petiit a Deo. Capitulum. LIII.

**C**ito q̄ dñs sapientū Moyes magister noster duo petiuit: & accepit rñsum sup̄ vtroq̄.  
Vnū q̄ petiuit a creatore vt notā faceret sibi substantiā suā & veritatē. Alterū qd̄ post  
petiuit, vt notas faceret sibi vias suas. Sup̄ vtroq̄ vero rñdit sibi creator, q̄ pmisit ei q̄  
notas faceret vias suas, quę sunt opera eius. Et ostēdit q̄ substantia ei⁹ nō pōt̄ comprehendī sicut  
est: verū rñ signauit ei sup̄ speculatione q̄ ap̄hēderet de eo, qd̄ hō pōt̄ ap̄hēdere ī sine appre  
hensionis suę. Qd̄ enī ipse ap̄hēdit: nō ap̄hēdit ali⁹ ante ipm: sed petitio qua petiuit vt notas  
faceret sibi dispositiōes suas ē, qd̄ dixit, Notas fac mihi vias tuas, & cognoscā te. Aduerte qd̄ iue  
nit̄ in hac cōiūctione verborū. Notas fac mihi vias tuas, & Cognoscā te: quia est de secretis mi  
rabilibus. hoc enim significat q̄ creator cognoscitur per vias suas. Et cum sciuerit hō vias eius:  
cognosceret eum. Quod autem dixit, Vt inueniā gratiā in oculis ei⁹, demonstrat q̄ omnis qui  
scit creatorem, inuenit gratiam in oculis eius, nō q̄ ieiunat vel orat solūmō. Oīs autē q̄ scit illū in  
uenit gratiā, & est p̄pe ipm: qui autē ignorat cōsequit̄ eū ira ei⁹, & est lōge ab eo. Scdm̄ vero sciē  
tiā & ignoratiā q̄ est in eo, erit volūtās, & ira, & appropinquatio, & elōgatio. Sed quia digressi su  
mus, reuertamur ad intentionē capituli. Dicā ergo q̄ cū petiuit Moyes sciētia dispositiōnū dei  
vt p̄pitius eēt sup̄ p̄p̄o suo: respōsum accepit de venia vel cōcessa. Postea petiuit vt ap̄hēderet  
substantiā dei: & hoc est qd̄ dixit, Ostēde mihi gloriā tuā. Ad primā ergo petitionē q̄ fuit: Notas  
fac mihi vias tuas, respōdit & dixit, Faciā q̄ añ te trāseat oīs bonitas mea. Ad secūdā vero peti  
tionē respōdit: Nō poteris videre faciē meā. Qd̄ autē dixit, Oīs bonitas mea, significat q̄ ostēderet  
ei oīa creata: de qb⁹ dictū est, Vidit dñs cūcta q̄ fecerat: & erāt valde bona, qd̄ est dicere: quia cum  
ostēderet ei illa, faceret ipm scire naturas & vires ipsorū: & colligationē p̄tis cū p̄te: & sciret regiā  
mē ipsorū quō est: & cōiūctionē, & definitionē ipsorū. Et huic rōni cōsonat qm̄ dixit, Fidelis est in  
oīni domo mea. hoc est dicere q̄ ipse ītellexit essentiā toti⁹ mūdi, ītelligētia vera & firma: qm̄ ap  
prehēso sciētiarū q̄ nō est vera, nō firmat. Opera vero ipsa sunt eius dispositiōes: quia p̄ illa scit.  
Probatio vero q̄ opa creatoris sūt ea q̄ pmisit Moyſi q̄ faceret ipm scire, ē quia ea q̄ fecit ipm scire  
sūt dispositiōes operū verę, sicut dicit: De⁹ pius: gratiosus, auferēs scelera. Sic ergo pbat̄ q̄ vie  
quas petiuit vt sciret, & de⁹ fecit eū scire, sunt opa q̄ pueniūt ex p̄te creatoris: & sapiētes vocāt  
ea dispositiōes vel mores. & dixerūt q̄ sūt tredecim: & vtimur hoc noīe sup̄ naturis & potētis  
quę sunt ī hoīe: neq̄ ratio hui⁹ dicti exigit q̄ ī creatore sint nature, vel dispositiōes, vel mores:  
sed q̄ faciat opa similia illis q̄ proueniūt ex morib⁹ seu dispositiōnib⁹ nostri de potētis Ade, nō

Moyſes  
ītellexit oīa  
creata,

q creator habeat in se virtutes animales. Et certissime abbreviauit verba: & non fecit mentionem nisi de tredecim dispositionibus: licet apprehenderit omnem bonitatem ipsius, id est opera eius: quoniam ista sunt opera quae proueniunt ex virtutibus animalibus: non q in creatore talia sint: sine dubio non posuit dispositiones dei, praeter illas quae sunt conuenientes essentiae hominum & regimini eorum: & istud fuit finalis intentio petitionis ipsius: quoniam consummatio verbi est. Et cognoscam te vt inueniam gratiam in oculis tuis. Et vide q populus est gens ista: ac si diceret, necesse habeo regere illos cum operibus similibus tuis in regimine ipsorum. Iam patet q dispositiones & viae sunt opera quae proueniunt a creatore in hunc mundum. Omnis autem qui apprehendit aliquod operum ipsius nominat creatorem nomine dispositionis ex qua prouenit illud opus: & vocatur nomine sumpto ab opere illo. Huius rei exemplum est: q cum apprehendit pietatem regiminis eius in generatione nati in utero matris: cui virtutem dedit augmentatiuam per quam cresceret postquam natus esset & euaderet periculum mortis: & custodiret eum ab omni malo, & daret ei necessaria: cuius operis simile non prouenit a nobis, nisi post pietatem in anima existentem. Et propter hoc creator dicitur misericors, sicut dictum est: Quomodo miseretur pater filiorum. & iterum, Miserebor vestri, sicut pater miseretur filiorum. non q creator

Quare, & quod deo dicitur misericors.

Quare dicitur gratiosus.

Quare dicitur zelotes & ultor.

Plura debet esse operae pietatis in rectore ciuitatis: quae est apprehensio creatoris. Et in omnibus istis opus est q opera pietatis & gratiae & indulgentiae q proueniunt a rectore ciuitatis sint plura q opera poenae. Quoniam oes istae tredecim dispositiones sunt pietatis praeter vnam, quae est Visitatio patrum in filios. Et scias q istud non intelligitur dictum, nisi de vno peccato tantum: quod probat per illud quod dicitur in decalogo super tertia & quarta generatione iis qui oderunt me. Et non dicitur odians, nisi qui seruit idolis: sicut dixit. Quoniam omnia quae abominatus est dominus, fecerunt idolis suis. Sed breuiauit verbum suum super generationem quartam: nec addidit amplius: quoniam finis posteritatis suae quam potest homo videre, est generatio quarta solummodo. Et cum interfecti fuerint homines ciuitatis qui seruerunt idolis: erit oculosus idololatra senex: & filii filiorum suorum, qui sunt generatio quarta. ac si diceret, q de vniuersitate praceptorum suorum, q diffiniuit: quae sunt de communi operum suorum: sine dubio est vt deleat poste-

ritas idolis seruientis: licet sint paruuli in vna parentum suorum. Inuenimur autem q secundum hanc rationem lex praecedit vbiq: sicut dixit super ciuitate perditam. In qua sunt homines perditis moribus viuentes: vt destrueretur omnis memoria quae possit ipsis esse damnosa: sicut exposuimus. Vbi tamen digressi sumus aliquantulum: sed exponamus quare breuiauit verbum suum in rememoratione dispositionum istarum. Et non addidit amplius: & q sunt necessariae in regimine ciuitatis: quia finis excellentiae hominis & gradus ipsius, est vt assimiletur creatori secundum potentiam suam. i. vt opera nostra assimilentur operibus ipsius: sicut diximus in expositione legis in illo loco, Sancti eritis. Et dixerunt sapientes: Sicut ille est graciosus, sic & tu eris graciosus: sicut ille pius, sic & tu. Ratio autem est q istae dispositiones quae attribuuntur ei, sunt dispositiones operum suorum, non q ipse sit qualitatibus subiectus.

Corporeitas omnis remouetur a Deo. Capitulum. LIII.

**N** multis locis huius libri praemisimus iam q omne illud ex quo sequitur corporeitas necesse est vt remoueatur a Creatore: Similiter & omne creatum, quoniam omnia operata consequitur necessario mutatio. Et q factor operatorum non est operatus sine dubio: & si creator esset operatus aliquo modo operationis, esset extra ipsum operator ipsius & motor. Si militer necesse est vt ab eo remoueatur omnis priuatio: & q non sit in eo aliqua perfectio quae, & quandoq desit. Quoniam si hoc contingeret esset eius perfectio in potentia: & omnem potentiam comitatur priuatio de necessitate. Quicquid autem exit de potentia ad actum, necesse est vt aliud quod est in actu, extrahat ipsum de potentia ad actum. vnde necesse est vt perfectio eius inueniatur in ipso actu: & nulla perfectio sit in potentia villo modo. Quilibet enim scire debet q remoueri debet ab eo similitudo. i. vt non assimiletur alicui creaturae. In libris autem prophetarum explanatur elogatio similitudinis: sicut dictum est. Cui assimilastis me, et cui adaequalistis me. Et iterum, Cui assimilastis factorem: & iterum, Non est similis tui in diis domini: & multa talia. Radix igitur verbi erit q oes ex quo sequitur aliquod istorum quatuor necesse est vt remoueat ab eo probatione vera. Quatuor autem ista sunt haec. Primum quod inducit corporeitate. Secundum ex quo sequitur vt sit operatus & mutabilis. Tertium quod inducit priuationem: ac si esset aliquid in eo in potentia & postea in actu. Quartum quod inducit assimilationem eius ad creatura sua, & hoc est totum de vtilitatibus communibus quae proueniunt ex scientia naturali in sapientiam diuinam. Quilibet enim qui scientiam naturalem ignorat non cognoscit imperfectionem rerum operatorum: nec intelligit rationem eius quod est in potentia & illius quod est in actu: & ignorat q priuatio est coniuncta in eo quod in potentia. Omne vero quod est in potentia, est imperfectum eo q mouetur vt exeat de ipsa potentia ad actum. omne autem quod mouetur est imperfectum cum comparatum fuerit motori suo per quem exit ad actum. Quicumq autem scit ista & non per proprias probationes, non sciet singularia quae sequuntur ex illis antecedentibus consequentibus necessaria. Et ideo non intelliget probationem creatoris nec consecutionem ad remouendum ista ab eo. Postquam ergo praemisimus hoc stramentum, incipiamus aliud capitulum: & loquar de remotione ipsius quod putant illi qui credunt dispositiones substantiales creatoris. Hoc autem non intelliget nisi qui exercitatus fuerit in arte dialectica & in natura creationis.

Quatuor q necesse est remoueri a creatore.

Quid similitudo.

Similitudo & Comparatio inter quae sint. Capitulum. LV.

**S** cito q similitudo est comparatio inter duo: & omnia duo inter quae non est comparatio non ascendit in cor q sit inter ea similitudo vlla. Similiter inter quae non est similitudo nec inter ea est comparatio. cuius rei exemplum est q non dicitur q ille calor est similis huic tincturae. Nec illa vox est similis huic dulcedini: & hoc est notum per se: quoniam ergo nulla comparatio est inter nos & Creatorem, nec potest esse. i. inter ipsum & id quod est extra ipsum: sequitur q nulla sit similitudo. Scias autem q oia duo quae continentur sub vna specie, quorum. i. quidditas est vna praeter q interea est diuersitas in multitudine & paucitate, vel in fortitudine et debilitate: & in similibus, dicemus de ipsis q sunt similia: licet inter ea sit diuersitas praedicta. Huius rei exemplum est, quia granum sinapis & sphaera stellarum fixarum assimilantur sibi in tribus dimensionibus: licet vnum sit in fine magnitudinis, & alterum in fine paruitatis. Et ratio essentiae dimensionum in eis est eadem. Similiter etiam cera liquefacta per calorem solis, assimilatur naturae ignis in calore: licet vna caliditas est in fine fortitudinis: & altera in fine debilitatis: sed ratio essentiae huius qualitatis est eadem in ambobus. Hoc igitur intelligere debet q crediderit q substantiales dispositiones sunt quae conueniunt creatori. Sicut si dixeris q ipse est ens viuus, potens, sapiens, & volens: quoniam ista non attribuunt nobis & ipsi eodem modo. Nec est

diuersitas inter illas dispositiones & nostras in multitudine & paucitate, nec in perfectione et imperfectione: vt sit eius essentia perfectior q̄ nostra, & vita ipsius firmior q̄ nra, & potentia ei⁹ maior q̄ nra, & ei⁹ sapiētia maior q̄ nostra, & eius voluntas cōior q̄ nostra. Et q̄ vna diffinitio cōiungat ambas sicut isti putauerūt: quia nullo modo sic se habet res: quoniā aduerbiū magis nō dicit nisi de duobus: de quibus aliquid dicit secundū cōuenientiā. & cū ita fuerit, sequet̄ similitudo. Scdm̄ ergo intellectū ipsorum, qui crediderunt q̄ Creator habet substantiales dispositiones: sicut sequit̄ q̄ eius substantia nō est similis aliis substantiis: sic etiā necesse est q̄ ei⁹ dispositiones, quas ipsi credunt, nullis aliis assimilentur dispositionibus: et q̄ nō cōiungat eas eadem diffinitio. Sed isti nō recte sentiunt, immo credunt q̄ cōis est eis terminus q̄ est similitudo inter ea. probatum autē est iam intelligenti rationē similitudinis, q̄ ens non dicitur de Creatore & de eo qd̄ est extra ipsum, nisi equiuoce vere. Similiter etiā sapiens, potens, viuus, & volēs nō dicitur de eo: sed de oī alio cui cōueniūt nisi equiuoce pure: quia inter ipsum & alia nulla est similitudo aliquo modo. Nec putes q̄ illa nomina sint ambigua: vel per transumptionem dicta, quia nomina quæ sic dicuntur conueniunt in duobus inter quæ est similitudo aliquo modo: & illud in quo conueniunt est accidens, & non intrat in substantiam alicuius istorum. Ista vero q̄ attribuuntur creatori non sunt accidentia secundū quēlibet magistrum speculationis. Dispositiones autē illæ q̄ nobis conueniunt, omnes sunt accidentia secundum sensum loquentiū velle scire, nolle, vnde prouenit similitudo p̄ quā cōtingat ea terminus idē: & dicantur conuenire sicut putant. Et hæc est probatio vera, vt sciatur q̄ inter istas dispositiones quæ attribuunt̄ ei, & inter alias dispositiones quæ apud nos sunt, nulla est participatio nisi in nomine tantū. q̄ si ita est, non est credendū q̄ aliqua sint addita super substantiam ipsius secundū similitudinē dispositionū additarū super substantiā nostrā: quia cōicant tantum in nomine. Ratio ista est preciosa apud sapientes: & idcirco scias eam, & intendas illi sicut oportet: & erit præsto tibi ad ea quæ docebo te.

De vnitatem & multitudie

Deus est necesse esse, Entiūq̄ q̄ sit vnitas & multiplicitas. Capitulum. LVI.

**N**ominationibus est aliquid profundius q̄ ea quæ p̄missimus. Scitū est q̄ in oībus entibus causatis accidit ea vt essent qd̄ est aliud q̄ sua substantia. Vnde ex se non sunt. Qd̄ autem non habet causam sui esse, istud est Creator solus. Et hæc est ratio propter quam dicitur de ipso q̄ est necesse esse, quia sua inuentio in esse, est sua substantia, & sua veritas: nec est substantia cui acciderit esse: quia tunc sua inuentio esset res addita sup̄ illā essentiam, sed est necesse esse semper cui nihil accidit, & idcirco est nō in essentia: & viuus non in vita, & potens non in potentia, & sapiens non in sapientia. Et hæc omnia in idem redundant: quia non est in eo multitudo, sicut explanabitur. Quod autē necessarium est tibi scire, est q̄ vnitas & multitudo sunt accidentia quæ cōtingunt omnibus entibus ex parte suæ vnionis & suæ multiplicationis, & hoc explanatū est in metaphysica, & sicut numerus non est substantia numeratorum: sic & vnitas nō est substantia rei quæ est vna: quoniam illa sunt accidentia de genere q̄tatis quæ comitantur entia q̄ sunt parata recipere huiusmodi accidentia. Quod autē necesse est esse, est simplex natura, cui non accidit cōpositio vllō mō, sicut em̄ remouet̄ ab eo accidēs multitudinis: sic & accidēs vnitatis. i. vnitas non est res addita super substantiā eius: sed est vn⁹ non in vnitate. Huiusmodi vero rationes profundas quas cogitationes non apprehendunt non inquit in verbis vnitatis quæ sunt magna causa erroris: quoniam latitudo expositionis multum coangustatur in quolibet idiomate, adeo q̄ non ascendit in cor nostrum ratio expositionis nisi per cōtrarium: sicut cū vluerimus ostendere q̄ Creator nō erat multa: & loquens de hoc non potest dicere, nisi q̄ est vnus, licet vnum & multa sint species quantitatis. Et idcirco volumus examinare rationem dicti, & ostendemus intellectui veritatem in dicēdo q̄ est vnus non in vnitate: sicut dicimus q̄ est antiquus: vt ostendamus q̄ non est nouus. In dicēdo autē q̄ est antiquus celauimus qd̄ est occultum, qd̄ est notum & manifestum: quia antiquū non dicitur nisi de eo qd̄ est in tēpore: qd̄ est accidēs motus qui adheret corpori: & est de cōcomitanti bus, quia dicere antiquum in tēpore: simile est ei qd̄ dicitur longū vel breue in linea. Omne vero cui non accidit tempus non dicitur de ipso vere antiquū vel nouū: sicut non dicitur de dulcedine curuum vel rectum: nec de voce falsum vel insulsum. Hæc autē nota sunt illi qui se exercuit in intelligendo rationes scdm̄ suam veritatē, & probauit eas per apprehensionem intellectus, nō p̄ virtutē vocabulorum. Quicquid autem inuenieris in libris dictum de Creatore,

q̄ est primus & nouissim⁹. simile est ei qd̄ de ipso dicitur q̄ habet oculos vel aures. Intentio autē in hoc est q̄ nō accidit ei mutatio, & nihil renouatur in eo, non q̄ ipse sit sub tempore, vt sic inter ipsum & id qd̄ est extra ipsum est aliqua cōitas de eo qd̄ inuenitur in tempore & qd̄ est primum & nouissimum: sed omnia verba ista sunt de idiomate hominum. Similiter dicimus q̄ est vnus: & hoc est dicere q̄ non habet secundum, non q̄ vnitas sit cōiuncta substantiæ ipsius.

Negationes de deo sunt vere, sine dubitatione: affirmationes autem ambiguae. Capitulum. LVII.

**C**apitulum istud profundius est aliis quæ p̄missimus. Scias q̄ enunciatio de Creatore per verba negatiua est vera, in quā non cadit dubitatio: nec est in ea diminutio in veritate Creatoris vllō modo, sed enunciatio de ipso per verba affirmatiua partim est in æquiocatione: partim est in imperfectione sicut exposuim⁹. Et necesse est vt in primis explanē tibi quomodo negatiua ostendant aliquid de Creatore vno modo: & qualiter differunt ab attributiuis: postea vero explanabo tibi qualiter non habemus viā ad enarrandū ipsum: nisi per negatiuam solummodo. Dicam igitur q̄ agnominatio non separat agnominatum solummodo vt nō cōicet cum eo aliud præter ipsum: sed agnominatio potest esse agnominati, licet aliud cū eo cōicet in illa: & nō erit per ipsam terminatum & separatū ab alio. Hui⁹ rei exēplum est: si videris hominē a longe & quæsieris quid est hoc, respondebitur res viua: & hoc est aliqua agnominatio sine dubio: licet non sit separatam ab eo qd̄ est extra ipsum, sed posuisti quendā terminum ei. s. q̄ res viua non est de numero plantarum, vel metallorum. Similiter cū in aliqua domo fuerit homo: & scis q̄ ibi est corpus: & nescis cuiusmodi corpus: & quæris quid ē in hac domo: & respondens dicit, q̄ non est ibi planta vel metallum: hoc est terminus quidam per quem scies q̄ intus est res viua: licet ignores cuiusmodi viuum. Et secundū hunc modū cōmunicant abnegantes cum affirmationibus: quia non potest esse vt nō terminetur per aliquem terminū: licet nihil sit ibi determinatiuū: nisi remotio eius qd̄ abnegauim⁹: qd̄ non deputabim⁹ esse abnegatum. In hoc autē differunt abnegationes ab attributionibus: quia attributiones licet non sint determinate: significant tamen aliquid de vniuersitate rei cuius cognitio quærit̄: vel aliqua de substantia ipsius: vel aliquod accidēs de accidentib⁹ ipsius. Negationes vero nō significant de substantia quæsitā quid sit aliquo modo: nisi per viam accidentis: sicut ostendimus in exemplo. Postq̄ ista p̄missimus dicemus semper probatū esse: q̄ creator necesse est esse: in quo non est cōpositio: sicut probabimus: & nō apprehendimus nisi essentiā eius nō quidditatē ipsius. Et idcirco non conuenit ei agnominatio attributiua: quia nō habet essentiā q̄ exigit terminū quidditatis: nisi agnominatio significat illā: qd̄ si ita est, nulla agnominatio cōuenit ei aliquo mō. Verū negatiuæ affirmationes sunt necessariae intellectui, in quibus laborat vt p̄ eas demonstrat qd̄ oportet credi de Creatore, ex parte quarū non accidit ei multitudo aliquo modo: & significat intellectui finem eius qd̄ homo potest apprehendere de Creatore. Huius rei exēplum est. Iā pbatum est nobis q̄ necesse est alia esse præter substantias quæ sensibus apprehendunt. Apprehensionis vero cognitio est intellect⁹: & idcirco dicimus q̄ est inuentus, hoc est dicere q̄ hoc est remotio priuationis suæ. Post hoc apprehendimus q̄ iste ens non est sicut essentia quatuor elementorum quæ sunt corpora mortua: ideo dicimus q̄ est viuus: hoc est dicere q̄ non est mortuus. Post hoc apprehendimus q̄ eius essentia non est sicut essentia coeli qd̄ est corpus viuū, vnde dicimus q̄ non est corpus. Postmodum apprehendimus q̄ non essentia intellectus: qui non est corpus: nec est mortuus, sed est creatus. Et dicimus q̄ Creator est antiquus: hoc est q̄ non habuit causam quæ dedit ei esse. Post hoc apprehendimus q̄ huius entis essentia nō est eiulmodi: vt sibi soli sufficiat vt sit sic: sed emanauerūt ab eo entia multa, nec illa emanatio est sicut calor ab igne proueniens: neq̄ sicut lux a sole: sed est splendor largitans, iuuans, & firmans ea cū regimine intelligentis & propriantis, sicut explanabimus. Et propter istas rationes dicimus de eo: quia est potens, & sapiens, & volēs. Nostra vero intentio est in istis agnominacionibus q̄ nō est piger, nec insipiens, nec impetuofus sine ratione. q̄ autem dicimus, quia nō est piger: hoc est, quia sua essentia sufficiens est vt faciat alia esse extra ipsum, q̄ autē dicimus, quia nō est stultus: hoc est quia est apprehensor. i. viuus: quia omnis apprehensor est viuus. Et q̄ diximus, quia non est impetuofus: hoc est creata ordinantur & reguntur: neq̄ sunt creata casu: sed quicquid voluit Creator in eis facere, est cum intentione & voluntate recta. Post hoc vero apprehendimus q̄ ille ens non habet similem: & dicimus q̄ est vnus: qd̄ est vt remoueat ab ipso multitudo

Q cœli  
sunt cōposi  
ti ex mate-  
ria & sofa.

Jam patet igitur q̄ agnominatio attributa creatori: vel sumit̄ ab opere: vel erit ei⁹ ratio impos-  
sibilitas suę priuatiōis, si fuerit intentio in illa apprehensio suę substantiæ non operis. Ista vero  
nomina negatiua non consueuerunt attribui creatori: nisi scdm̄ modum scdm̄ quē remouetur  
aliquid ab alio: quod non est aptum vt̄ inueniatur in ipso: sicut dicitur q̄ paries non videt. Tu  
vero scis q̄ cœlos istos, qui sunt corpora mobilia, non mensurauimus palmis & cubitis: & inquit  
suimus scientiam mensuræ partis illorum & plures motuum illorum. Differunt autē penitus  
sapientes in apprehensione substantiæ ipsorū, licet nos sciamus q̄ sunt cōpositi ex materia &  
forma: sed non ex materia simili nostræ: & idcirco non possumus exponere ipsos nisi p̄ noīa quę  
non demonstrant quidditatem ipsorū nisi p̄ attributionem cōmunem. Dicimus enim q̄ cœli  
non sunt graues, neq̄ leues neq̄ facti: & ideo non recipiunt actionem ab aliquo extra ipsos:  
neq̄ sunt alicuius saporis vel odoris, & dicimus ipsis similia istis, hoc autē totum dicimus sic:  
quia nescim⁹ naturā ipsorū. Qd̄ si ita est, aut quę erit ratio scientiæ nostrę & intellectus cū cona-  
ti fuerint apprehendere immunē a materia & simplicē in sine simplicitatis, qui est necesse esse, q̄  
non habet causam, nec accidit ei res addita sup̄ essentiā suam perfectam: cuius perfectionis ra-  
tio est impossibilitas imperfectionis ipsius tantummodo: & q̄ est ens cui nihil est simile eorum  
quibus dedit esse, & nō participat eis aliquo et non est in eo multitudo: nec abbreviatur eius po-  
tentia: vt̄ non faciat esse alia extra se: et q̄ comparatio ipsius ad istum mundum est sicut com-  
paratio gubernatoris ad nauē: hoc est non est cōparatio vera neq̄ similitudo p̄fecta: sed vt̄ ostē-  
dat intellectus: quia Creator regit creata: hoc est q̄ mouet ea & cōseruat ordinē suę dispositio-  
nis secundū q̄ cōuenit. Ad hæc etiam explanabitur illa ratio verbis dulcioribus id est laudetur  
Creator in cuius essentiæ apprehensione inquisitio scientiarū abbreviatur. & cū intenderit in  
illud qd̄ sequitur ex operibus eius cū voluntate ipsius, sapientia ignorantia reputat. Et cū labo-  
rant lingua vt̄ exalcent eum in speciebus narrationis, elegantia verborū fatuitas reputatur.

Questio: quomodo cognoscatur Deus. Capitulū. LVIII.

**Q**uisquis queret & dicet si non exeat via ad apprehendendā veritatē substantiæ Crea-  
toris & ex probatione sequitur q̄ cōprehensum est tantūmodo quia est: quoniam no-  
minationes attributiue remouentur ab eo, sicut probabitur. In quo ergo pars appra-  
hensionis p̄fertur alii parti? Qd̄ si ita est, quod apprehēdit Moyses magister noster & Salomō  
idem apprehender vnus ex discipulis: nec erit sup̄additio. Notū est autē apud tenentes legē,  
& etiam apud philosophos q̄ magna est p̄minentia vnus hominis ad alium in hac re. & sci-  
as q̄ ita est: & similiter p̄minentia partis apprehēsorū ad alios magna est. Quicquid enim ad-  
dideris agnominatōibus nominati, erit magis determinatū: & appropinquabit apprehensio-  
ni veritatis illius. Similiter etiam qcqd̄ addideris noībus negatiuis respectu Creatoris, appro-  
pinquabit apprehensioni eius: & eris ei propinquior q̄ ille qui ignorat remouere agnominatio-  
nes: de quibus probatum est q̄ debent ab eo remoueri. Ideoq̄ laborat homo multis annis vt̄ in-  
telligat aliquam scientiam: & vt̄ sciat veritatem eorum quæ p̄mittuntur in ipsa, donec sciat  
ipsam vere: & erit cōclusio ipsius sciētiæ totius phibere & remouere illud de quo scitur p̄ p̄ba-  
tionē q̄ vanitas est ipsum attribuere Creatori. Et est aliquis de speculatoribus cui nō cōstat p̄  
verā probationē: & erit dubiū apud ipsum: vtrum illa res sit inuenta apud Creatorem an non.  
Aliquē enim de insipientibus inducit illa res cuius impossibilitas probata est: quō probabo q̄  
non est corpus. Alius vero dubitat & ignorat vtrum sit corpus an non. Alius vero p̄cise iudi-  
cat q̄ habet corpus: & recipiet & videbit faciē dei sui, & viuit in hac opinione. Vide igit̄ quāta  
sit p̄minentia quorundam ad alios. Primus etenim propinquus est creatori. Secundus vero re-  
motus ab eo. Tertius autē magis distat ab eo. Similiter cū inuenimus quartū cui verificatur p̄  
probationē impossibilis rerū factarū varietas respectu creatoris: Primo vero qui remouit corpo-  
ritatē ab eo non constitit hoc ipsi per p̄bationem: Quartus igitur propinquior est Creatori q̄  
prim⁹. & sic semp̄ donec inueniemus aliquē hoīem cui ostenditur per probationē impossibilitas  
rerū multarum respectu Creatoris: q̄ secundū nos possibiles sunt esse in ipso vel q̄ proueniant  
ab eo: quāto magis si crederemus q̄ ista sunt necessaria in eo: Et idcirco scim⁹ q̄ ille homo per-  
fectior est nobis omnibus sine dubio. Igitur iam patet tibi q̄ tanto perfectior eris q̄to de pluri-  
bus probare poteris q̄ abnegari debēt a Creatore. Quicquid autē attribueris ei quasi superad-  
ditū elongabit te a scientia veritatis eius. Secundū hunc ergo modū necesse est vt̄ appropinque-  
tur ei, vt̄ cōprehendatur cum inquisitione p̄ abnegationē, donec sciatur remotio eorum quæ

sunt ab eo remouenda: non q̄ attribuat̄ ei aliquid nō additū super substantiā eius: vel q̄ id  
qd̄ attribuit sit perfectio in ipso: quia inuenitur perfectio in nobis. Omnis enim species p̄fectio  
nis est acquisitio: nec oīs inquisitio inuenitur in quolibet inquisitore. Scias autē q̄ cū attribue-  
ris aliquid creatori elongaberis ab eo dupliciter. Vno modo: quia quicquid ei attribueris, nobis  
est perfectio. Alio modo, quia nihil aliud est in eo, sed sua substantia est sua perfectio: sicut ostē-  
dimus. Et quoniā quilibet sentit, q̄ non apprehendimus de Creatore qd̄ est in nostra potentia  
nisi apprehendamus per abnegationem: abnegatio vero non facit scire aliquid de veritate rei a  
qua sit abnegatio: iccirco conuenerunt sapientes q̄ scientiæ nō apprehenderūt Creatorem: & nō  
apprehendit quid est nisi ipse: & apprehensio nostra respectu ipsius est defectus appropinquan-  
di apprehensioni eius. Omnes autē philosophi dixerūt: Potuit super nos & terruit nos cū ma-  
gna laude sua: & celauit se a nobis grandi celatione: sicut sol celat se ab oculis debilib⁹ apprehē-  
dere ipsum. Multiplicauerunt etiam verba in hoc qd̄ nō est vtile vt̄ hic ponatur. Finis autē eorū  
quę dicuntur secundū hanc rationem est q̄ vbi Dauid dixit, Tibi mia, trāslatio habet. Te de-  
cet hymnus in Sion, tibi silentium laus, id est tacere laus tibi. Istud autem est verbū dulce in ra-  
tione illa, quicquid enim laudis vel exaltationis dicimus de eo, inuenimus q̄ per illud dimini-  
mus id qd̄ pertinet ad ipsum. Et videmus q̄ defectus est, & tacere melius est vt̄ abundet sup̄ ap-  
prehensione scientiarū: sicut p̄ceptum est perfectis, Dicite in cordibus vestris super cubilibus  
vestris: & tacete semp̄. Tu vero scis verbum sapientū: qd̄ est notum: & vt̄ inā omnia quæ dicta  
sunt, eēt illis similia, & faciā eius mentionē secundū planum suū, licet sciatur, vt̄ percipere te  
faciam rationes ipsius. Dixerunt quidam, Orabat Rabi hāna dicens, Deus potens, magne, me-  
tuende, honore, fortis: & multa similia, cui ipse vir honoratus dixit, Perfecisti omnes laudes  
domini tui. Nos autem non diceremus tres primas nisi Moyses magister noster dixisset eas, &  
quidam de schola magna dederunt eas aliis in consuetudine, tu vero dicis & sup̄addis. Simile  
illud assimilatur regi cōstanti ex carne & sanguine, qui habet mille millies talenta auri: & appre-  
ciantur ipsum pro argento. Nonne videtur tibi turpe hucusq̄ verba huius viri boni? Attende  
in primis magne tristitia: & ire ipsius super multiplicatione attributionis affirmatiuarum. Et  
intellige qualiter explanauit: quia si notationes relinqueremus plano intellectus nostri nunq̄ in-  
telligeremus eas, nec loqueremur de ipsis. Sed quoniam necessitas scripturę coegit homines vt̄  
cogitationes eorum apprehenderent aliquid de intellectu: sicut dixerunt, Locuta est lex lingua  
humana: iccirco necesse fuit vt̄ dicerētur de creatore scdm̄ rationē perfectionis suę. Finis autem  
noster est q̄ stemus circa verba ipsa: & non inuocemus nomen eius in illis: nisi in hora cū addi-  
scimus legem, sed cum venerunt homines de schola maiori, qui fuerunt prophete: & disposue-  
runt vt̄ rememorarentur in oratione: posuimus finem nostrum loqui de illis solummodo, ratio  
autē verbi qd̄ iste vir bonus dixit est q̄ propter duas causas necessarias verba ista posita sunt in  
oratione nostra. Vna est: quia inuenitur in lege: Altera vero, quia ordinauerūt ea prophete vt̄  
oraretur in illis, et nisi esset prima necessitas, non fecissemus mentionem de eis, & nisi esset neces-  
sitas secunda non remoueremus eas de locis: nec oraremus in illis: Et tu vis multiplicare nomi-  
natiōes. Qd̄ cum ita sit liquet tibi ex his verbis: q̄ quicquid inuenis de dispositionibus attri-  
butis Creatori in libris prophetarum, non licet nobis orare in illis, vel facere mentionē de illis:  
quia nō dixit, nisi quia Moyses dixit ea: & nō possem⁹ ea dicere: nisi quia homines de schola ma-  
iori ordinauerunt ea in oratione: & tunc licuit nobis orare in illis: nō sicut omnino stulti faciūt: **Cōtra mul-  
tiplicitates orationum**  
qui multiplicat & prolongant orationes quas ipsi composuerunt: & verba quæ ipsi ordinaue-  
runt, vt̄ appropinquaret per ea creatori secundū suam æstimationē. Et dicit de Creatore qd̄  
quæ si dicerent de homine aliquo, esset minoratio gradus ei⁹: quia ipsi intellexerunt istas ho-  
norabiles & sublimes orationes: sed sicut Propheta dixit, conculcauerunt creatorē linguis suis,  
Et locuti sunt de eo qd̄ opinabantur conueniens. Et multiplicauerūt rationes istas vt̄ perduce-  
rent ipsum ad hoc q̄ erat factus: & p̄cipue cum inueniebant verba prophetarum scdm̄ hanc  
rationem credebāt sibi licere inducere versus: & cogitare in illis quālibet opinionem, accipiētes  
ipsos scdm̄ suum planum: & p̄cidebant de ipsis verba quædam: ex quibus dabant originē rationi-  
bus quibusdā: Et fabricabant ex eis verba, donec hanc licentiam acceperunt cantores, vel illi q̄  
credebant se dicere canticum, adeo q̄ verba sua resonabant blasphemiam manifestā: & alia con-  
tinebant fatuitatem & malitiam cogitationis & sensus qui puocat hoīem ad risum secundum  
naturam suā, cū audit ea & plorat, quādo intelligit qualiter dicta sunt illa verba de Creatore,  
& nisi misertus essem super honore illorum qui talia dicebant fecissem mentionē de aliquibus

Qd̄ hō alia  
quid attri-  
buēdo crea-  
tori elonga-  
tur duplici-  
ter ab eo.

Silitudo  
pulcherria.

Cōtra mul-  
tiplicitates  
orationum



illorum, ut intelligeres in eis defectum. Sed sunt verba contineria defectum manifeste quantum ad intelligentem. Tu vero debes attendere si prohibitum est detrahere vel maledicere suo socio: quanto magis est in prohibitione plangere linguam, loqui de Creatore: & narrare de eo talia qualia sunt illa. Nec dico quod hoc sit transgressio tantummodo: sed est opprobrium in errore gentis audientis talia: & insipientis qui talia dixit. Qui vero cognoscit defectum talium verborum: & loquitur in illis: numeratur in oculis meis de illis de quibus dictum est, Scrutati sunt filii Israel verba quae non sunt sic, super domino Deo suo. & dixerunt loquendo de domino Deo errorem. Si autem fueris de illis qui sunt propitii super gloria Creatoris sui, non decet ut audias illa vltimo modo: nedum ut loquaris, vel cates in illis: quanto magis ut opereris in illis. Tu vero iam scis quantum peccatum sit loqui contra sursum. non expedit tibi ut applices te nominibus Creatoris, scilicet affirmatiuis: ut exaltes illum secundum intellectum suum: nec aliquid addas super illis quae ordinauerunt homines super schola maiori in orationibus & benedictionibus: quoniam sufficiunt illa secundum quod necessitas exigit: sicut dixit Rabi Hanina. Alias vero nominationes Creatoris quae sunt in libris prophetarum: necesse est ut legas, cum perueneris ad eas. sed credes in illis quod exposuimus, scilicet quod ab operibus dicuntur, vel ostendunt impossibilitatem suam priuationis. Et non expedit ut illud diuulgetur genti: sed consideratio ista est necessaria singularibus apud quos non est honor Creatoris: quod dicitur de Deo tanquam conueniens ei: sed ut intelligant illud secundum quod oportet. Nunc autem reuertat ut perficiat expositionem illorum quae dixit Rabi Hanina in similitudine praemissa. Non enim dixit quod diceretur de rege habente mille millies talenta auri quod haberet ipse centum talenta auri. Tunc illa similitudo significaret quod perfectio Creatoris esset perfectior quam illa quam ei comparamus: quia est eiusdem speciei: sed non est ita, sicut ostendimus iam, sed sapientia in similitudine praemissa, in dicendo talenta auri, quibus comparatur argentum, est ad ostendendum quod ista quae secundum sensum nostrum sunt perfectiones: nullo modo aliquid ex eis sunt in Creatore: sed omnia sunt imperfectiones in gradu suo: sicut dixi in praemisso exemplo. Nonne hoc est turpe. Iam ergo feci te scire: quia illud de huiusmodi nominationibus quod putaueris esse perfectionem, est defectus eorum quae conueniunt Creatori: cum fuerit de genere illorum quae sunt in nobis. Salomon autem ostendit nobis quod sufficit in hac ratione dicens, Dominus in caelo, & tu super terram: idcirco sermones tui sint pauci.

## Exemplum ad dei cognitionem. Capitulum. LVIII.

**I**n hoc capitulo volo tibi inducere exemplum per quod addetur tibi cognitio in hoc quod apprehensio plurium de dispositionibus Creatoris erit per nomina remota & elonga beris per illud ne credas nominationibus affirmatiuis quae attribuunt Creatori. Cogitauit animo quod quidam homo scit in veritate quod nauis est in mundo inuenta, sed non vidit eam: & ignorat cui conueniat hoc nomen: utrum sit substantia an accidens. Postea probatum est. Alii quod non est accidens. Alii vero quod non est de genere metallorum. Alii autem quod non est res viua. Alii vero quod non est planta quae terrae adhaereat. Alii autem quod non est corpus viuum coniunctione naturali. Alii vero quod non est figura lata sicut ostium. Alii vero quod non est cauata. Alii autem quod non est rotunda vel quadrata: alii quod non est alterius figure. Ecce iam scis quod ille vltimus scit formam nauis sicut est per supradictas negationes. Et qui opinatur quod est corpus ligneum, concavum, longum, compactum ex multis lignis, est aequalis ei qui scit nauem per nomina attributiuam. Sed quilibet priorum in exemplo praemisso magis distat a cognitione nauis quam alius qui sequitur ipsum: adeo quod primus scit nihil de ea nisi nomen. Sic ergo negationes applicabunt te cognitioni Creatoris: Et idcirco pone finem amoris tui in intelligendo: ut addas remotionem alicuius ab eo per probationem non nomine solo. Remotio autem cuiuslibet rei a Creatore quae non est in ipso cum tibi probata fuerit: faciet te appropinquare ipsi per vnum gradum sine dubio. Et secundum hunc modum aliqui homines appropinquauerunt ei multum aliis existentibus in fine elongationis, non quod ipsi sit appropinquatio, vel elongatio secundum locum, ut stulti putant. Intellige istud & scias & proficies in eo. Iam ostendi tibi viam per quam si ambulaueris appropinquabis multum Creatori: & nunc incedere per eam secundum voluntatem tuam. Verum in narratione ipsius per affirmationes est periculum magni: quia iam probatum est quod quicquid credimus esse perfectionem, licet illa sit in eo secundum sensum creditum in agnominationibus, non est de genere perfectionis quam nos opinamur: sed dicitur aequiuoce solummodo, sicut exposuimus: nec conuenit Creatori. Et idcirco de necessitate praecedes ad rationem abnegationis. Cum enim dixeris quod Creator scit ea quae scit scientia inuariabilis:

et quae non multiplicat: & scit variabilia quae semper renouantur sine renouatione scientiae: & scit quod est antequam sit: & postquam est in esse suo post suam priuationem scientiae quae non variatur. Iam ostendisti in his quod est sciens, non scientia similis nostrae: & ita sequitur ut sit non eo modo quo nos sumus. Iam induxisti ergo negationes necessario, nec inuenisti veritatem agnominationis substantialis: sed inuenisti quod credis: quia substantiam habet: & habet agnominationes quae non sunt scientiae: quoniam istas quae credis ei conuenire, remoues ab eo in similitudine illarum quae sunt apud nos scientiae. Quod si ita est, non sunt eius speciei. hoc autem est quasi induceret te ratio in debitam agnominationem: ut dicas quod Creator est fundamentum super quo sustentantur erecta super ipsum: nec est fundamentum sine illa: & erit finis apprehensionis nostrae in hac opinione vel aequiuocatio vel dubitatio: & nihil aliud: quoniam omne fundamentum est sustentator erecti super ipsum sine dubio. Et sunt duo in diffinitione: licet sint vnum in subiecto: quoniam alia est ratio fundamenti: & alia erecti super ipsum. Adhuc autem explanabitur in capitulis huius libri probatio super impossibilitate compositionis in Creatore: nec est in eo nisi simplicitas vera in fine simplicitatis verae. Et non dico quod qui attribuit agnominationes Creatori quod breuiat in sciendo vel apprehendendo ipsum vel quod participat ipsum: vel quod apprehendit ipsum aliter quam est: sed dico quod abstulit esse Creatoris de corde suo: nec tamen ipse sentit. Huius autem rei expositio est: quoniam omnis qui abbreviatur in apprehendendo veritatem rei, apprehendit aliquam partem de veritate ipsius: & alteram partem nescit apprehendere: sicut qui apprehendit de homine quia viuit: sed non apprehendit veritatem rationalem ipsius. In Creatore vero non est multitudo in veritate essentiae ipsius, ut scias partem de ipso & alteram ignores. Similiter & qui participat aliqua in alio, cognoscit veritatem alicuius substantiae secundum quod est: & attribuit ipsam veritatem alteri substantiae. Et istae agnominationes sunt secundum opinionem illius, qui putat quod non sunt substantia Creatoris: sed sunt res additae super substantiam. Similiter qui apprehendit rem aliter quam est, non potest esse quin apprehendat de ipsa aliquid secundum quod est. Qui vero putat quod sapor est quantitas, non dico quod putet rem esse aliter quam sit: sed dico quod non cognoscit neque scit essentiam saporis: nec intelligit de quo dicatur hoc nomen & est consideratio subtilis: & idcirco intende in illa. Secundum hanc ergo expositionem scies quod breuiat in apprehendendo Creatorem: & qui longe est a scientia eius, ille est qui ignorat remotionem rerum de quibus probatum est quod alius habet et sunt remotae ab eo. Quomodo igitur plura nomina negativa dixeris, apprehensio ipsius erit nobis propinquior: sicut exposuimus in principio huius capituli. Qui attribuit Creatori agnominationem, nihil scit nisi nomen ipsum, qui vero putat quod illud nomen cadit in ipsum: hoc non est in rerum natura: sed est cogitatio vana, sicut si diceretur illud nomen de non ente: quia non est in entibus quod ita se habeat. Cuius rei similitudo est, quod quidam homo audiuit nomen elephantis: & scit quod est res viua: & querit ut sciat figuram eius, & veritatem, & responderet ei qui facit ipsum errare: scias quod est res viua, habens vnum pedem & tres alas: & habitat in profundo maris: & corpus eius nitet sicut lux clara: & facies eius lata sicut facies hominis: & quandoque volat in aere: & quandoque natat sicut piscis. Ego non dico quod iste talis credit elephantem aliter quam sit: nec abbreviatur in apprehensione ipsius: sed dico quod ista cogitatio qua cogitauit rem esse talem cui conueniat hoc nomen est, cogitatio vana: & nihil tale est in entibus: sed est priuatio tantum: & attribuit ei nomen entis: sicut cum dicitur quod inuenta est auis mirabilis: & equus quod est homo: & similia istis in cogitationibus vanis quibus attribuitur nomen alicuius entis: vel nomen compositum. Similis & par ratio est huic quia Creator est: & probatum est, quia est necesse ut simplicitas vera sit in ratione essentiae entis, sed quod ista substantia simplex, quae est necesse esse, sicut diximus, habet agnominationes & res alias additas in ipsa, totum hoc nihil est, sicut ostensum est per probationem. Cum ergo dixerimus quod ista substantia quae nominatur Creator, est substantia in qua sunt res additae multae, & enarratur per illas, nos attribuimus hoc nomen non enti & priuationi. Vide igitur quantum periculum est in attribuendo agnominationes Creatori. Quod autem necessarium est ut credatur quod prouenit ex agnominationibus in libro legis: vel in libro Prophetarum: credas quod omnia dicta sunt ad demonstrandam eius perfectionem, non propter aliud: vel secundum agnominationes operum quae proueniunt ab ipsius virtute sicut exposuimus.

## Tetragrammaton. Capitulum. LX.

**O**mnia nomina Creatoris quae inueniuntur in libris sunt sumpta ab operibus. & hoc notum est, praeter vnum nomen, scilicet tetragrammaton: quod est appropriatum ei: & idcirco vocatur nomen separatum: quia significat substantiam Creatoris significatione pura: in quo non est

Oia nomina Creatoris supra sunt ab operibus propter Tetragrammaton.

...  
...  
...  
...

...  
...

...  
...  
...

Affirmationes de Deo sunt periculum Ioseph.

Oia nomina  
Creatoris  
pter Tetra  
gramatō &  
Adonay de  
cisa sunt ab  
operibus.

participatio. Alia vero nomina ipsius gloriosa significant cum participatiōe: quia sumpta sunt ab operibus quæ sunt inuenta: sicut & ipsa in nobis put exposuimus. & hoc etiam nomen scitū scilicet adonai: quod est agnominatio alterius nominis simplicis, cuius fecimus mentionē, est sumptum ab hoc nomine Adon, quod est Dominus: sicut scriptura dicit, Locutus est homo Dominus terre. nec refert dicere Adonay quod est Dominus meus: vel Adonay quod est Domini mei: quod sic dicitur causa honoris & gloria. Et sic locutus est Abraham angelo. Adonay, si inueni gratiam in oculis tuis: Hoc autē exposui in hoc nomine Adonay solum quod est agnominatio nominis Creatoris: quia magis abstractum est quod alia nomina quæ sciuntur de eo. Oia vero alia: sicut iudex, iustus, gratiosus, pius, heloi, manifestū est generaliter quod decisa sunt ab operibus. Nomen autē appropriatū quod scribitur & non legitur, nescitur in eo deciso nota: nec participat aliud cum eo. Et non est dubium quod istud honorabile nomē quod non dicitur (sicut scis) nisi in sanctuario & a sacerdotibus sanctis Domini tantummodo in benedictione sacerdotali: & a maiori sacerdote in die ieiunii: non est iniqua dubiū quod significat super ratione gloriosa in qua nihil aliud participat cum Creatore. Et fortassis significat secundum idioma de quo habetur parum apud nos: et secundum quod exprimitur ab ipso super ratione necesse esse. Dicam autem vniuersaliter quod gradus huius nominis et cura loquendi in ipso est grandis & timida: quia significat substantiā Creatoris: in qua significatione non participat cum aliquo suorum Creatorum: sicut dixerunt sapientes. Nomen meū separatum est mihi, sed alia nomina significant agnominations: quia decisa sunt ab operibus. & idcirco ista nomina faciunt ascendere in cor quod est in substantia: & res addita super substantiā: quia sic est omne nomen sumptum ab operibus, quoniam ipsum significat rem aliquam & alia super ipsam fundatam quæ non est de esse primæ rei: sed est ei addita. Cum autem probatum sit quod Creator non est fundamentum cui adiungantur res alia, scitum fuit quod nomina quæ de eo dicuntur sunt secundum comparationē operis ad ipsum: vel ad significandum intellectum super eius perfectione: & idcirco graue fuit a Rabi Hanina, Audite verba dicentis: nisi propter duo de quibus fecit mentionem quæ induxerunt hanc necessitatē: quoniam illa faciunt ascendere in cor quod sunt agnominations adiuncte Creatori: hoc est virtutes perfectionis quæ sunt inuenta in eo. Cū autē multiplicata fuerint hæc nomina ab operibus sumpta: induxerunt partē hominum ad credendū quod Creator habet agnominations multas secundum multitudinē operū a quibus sumuntur: ideoque promisit propheta hominibus apprehensionē intellectus quæ remouebit ab eis laborē istū dicēs, In die illa erit Dominus vnus, & nomē eius vnū: quod est dicere: sicut ipse est vnus sic vocabitur vno nomine tantummodo. Et hoc est illud nomen quod significat eius substantiam tantummodo, non quod sit decisa ab opere. In capitulis autem Rabi Eleazar dictum est, Antequam crearetur mundus erat Creator & nomē eius solummodo. Intellige ergo quomodo manifeste dixit quod omnia ista nomina ab operibus sumpta fuerunt inuenta post mundi creationem, et hoc est verum: quoniam omnia sunt dicta secundum opera quæ inueniuntur in mundo. Cum intellexeris substantiam eius quod simplex est ab omni opere non habebit nomen sumptum ab opere aliquo modo: nisi vnus nomen verum ad significandum substantiā ipsius. Nullū autē nomen est apud nos quod non sit sumptum ab opere: nisi nomen tetragrammaton: quod est sanctū, & precise dicitur separatum nomen: & non credas aliud nisi istud. Et non ascendat in cor tuum decisiones scribentium chartas experimentales: nec illud quod audieris ab eis in libris eorum risu dignis in nominibus quæ coniunxerunt: & nihil significant omnino & vocant ea nomina: et dicunt quod necessaria est in illis sanctitas & puritas & cū illis potest homo facere miracula: quoniam non oportet intellectualē audire talia nedū credere: et nullum nomen vocant separatum: nisi nomen Tetragrammaton quod scribitur: sed non legitur secundum suam ordinationem. Et manifeste dixerunt sapientes quod istud nomen separatum quod est quatuor literarum, ipsum solummodo est significatiuum substantiæ creatoris sine participatiōe cuiuslibet alterius rei. Ideoque de eo dixerunt, nomen meum separatum mihi. Ego autē ostendam tibi quod induxit homines ad credendum in istas diuersitates: nec vnus istorum: & exponam tibi radicem quæstionis huius: & detegam tibi arcana ipsorum donec non remaneat in ipsa labor, vel dubitatio: nisi velis dare animā tuam rationibus vanis, & hoc exponā in capitulo quod sequitur post istud.

† Eliezer

Ioth, He,  
Vau, He,

¶ Benedictio per nomen Domini Tetragrammaton. Capitulum LXI.

**M**andatū recepimus quod benedictio sacerdotalis fieret cum hoc nomine secundum quod est inscriptum quod est nomē separatum. Nec sciebat quilibet homo quomodo loqueretur in eo: vel qualiter deberet proferri quælibet literatum ipsius nominis: & vtrum stricte

vel alio modo debent proferri. Sapientes autem minus recipiebant ab alio modum doctrinæ: & quomodo loquerentur in eo, nec docebant illud aliquem hominem nec discipulum idoneum ad hoc, & id semel in septimana non amplius. Ego vero credo quod hoc dictū est: quia sapientes docebant filios suos & discipulos nomen quatuor literarum: & semel in septimana non est intelligendum quod docerēt eos solummodo quomodo proferrent illud: sed rationem a qua sumptum est hoc nomē quantum in ipso, sed est secretum spirituale. Apud ipsos etiā erat nomen, xii. literarum: cuius sanctitas erat in minori gradu quam sanctitas nominis, iiii. literarum. Mihi autem videtur quod non erat vnus nomen: sed duo vel tria coniuncta: & eorum literæ, xii. Et nominabant cum illis nomen, iiii. literarum: sicut nos hodie, cum hoc nomine Adonai. Nomen autem, xii. literarum sine dubio significabat aliquid magis separatum quam quod significat hoc nomen Adonai, & nullus sapiens prohibebatur scire illud: sed docebant illud: quoniam licet addiscere volentem, nomen autem, iiii. literarum non docebant nisi filios & discipulos: & semel in hebdomada. Cum autē multiplicati fuerunt homines deprauatores, & didicerunt nomen, xii. literarum cū quo dābant credulitates: sicut cōtingit oī qui non est perfectus nec attingit gradū sapientiæ: celauerunt hoc nomen nec docebant illud: nisi humiles sacerdotes: vt in ipso benedicerent populum in sanctuario: cum vero rememoratio nominis separati prohibita fuit a sanctuario propter praua opera hominum: benedicebat in nomine, xii. vel, xlii. literarum. Notū autem est apud quemlibet intelligentē quod non oportet vllō modo vt ex literis, xii. vel, xlii. cōponatur vnus nomen: sed erant plura nomina aggregata in quibus erant tot literæ. Neque dubium est quod illa nomina significabant aliquas rationes quæ perducebant hominem ad scientiam veritatis substantiæ Creatoris secundum modum quem diximus, sed illa nomina dicebantur vnus nomen propter vnā sem quæ significabant: sicut alia nomina ab operibus sumpta. Sed multitudo illorum nominum erat vt intelligeretur ratio quæ fortassis non poterat intelligi nisi per multa verba. Et idcirco intende istis, Scias autem quod res ista quam demonstrat scientia rationum quas illa nomina significant non erat planum sermonis literarum, & ideo nunquam dixerunt quod nomen, xii. vel, xlii. literarum erat nomen separatum: sed nomen separatum est quod est ei separatū: sicut exposuimus, alia vero omnia erant vtilia, & inducebant hominem in cognitionem Creatoris necessario. Cuius rei probatio est quod dictū est a sapientibus, nomē, xlii. literarum, est sanctum & sanctificatū: & non dabitur nisi humili: & qui dimidiauit dies suos: & non fuerit iracundus, nec ebriosus: nec fuerit subiectus moribus prauis: & qui loquitur suauiter cum creaturis. Et omnis qui scit illud & cauet sibi in illo, & custodit illud cum munditia est dilectus sursum, & desideratus deorsum: & timor eius cadit super creatura: & disciplina eius est perpetua in manu ipsius: & habitat duo secula præsens, & futurum hoc est quod scriptum est in Talmut. O quantum distat quod intelligunt homines ex his verbis ab eo quod fuit in mente dicentis, quoniam plures hominum putant quod sunt literæ in quibus loquuntur solummodo. Et quod non est in eis ratio per quam acquirant prædictos gradus sublimes: sed quod sunt necessariæ ad compositionem istorum modorum: de quibus sapienter prædictus fecit mentionem. Notum enim ac manifestum est cuiuslibet aliquo modo intelligenti ei & ponderanti rationes diuinarum rerum, literas & characteres seu figuras literarum etiā non stratum manu artificis scriptarum, esse puras creaturas, & ideo secundum in superioribus a nobis declarata, non habere vllam potentiā aut virtutē a se: nisi recidam ad ignoratiōem idololatrarum creaturas pro Creatore adorantiū: quorum peccatū demonstrauimus esse blasphemiam impiam & Deo abominabilem. Manifestum quoque est quod hoc totum non est nisi scientia spiritualiū rationū de vniuersitate rationum quæ sunt arcana legis: sicut exposuimus, iam autem ostensum est in libris compositionis de sapientia spirituali, quod istius scientiæ non potest obliuisci qui sciuerit illam quæ est apprehensio intelligentiæ agentis: et propter hoc dictum est scientia sua perpetua in manu ipsius. Cum autem homines prauis & insipientes inuenerunt ista verba, fuerunt potentes super mendacio dicentes: quod cum coniungerent literas quælibet possent facere hoc vel illud cui scriberent eas vel proferrent super tali vel tali re. Post hoc autem scripta fuerunt ista mendacia quæ inuenerunt de corde suo prædicti prauis & insipientes, & uenerunt in manus bonorum, & humilium & simplicium qui nesciebant discernere verum a falso: & celauerunt ea, credentes quod essent sancta & fuerunt inuenta ista nomina in arcanis ipsorum quæ remanserunt post ipsos, qui autē inuenerunt illa, crediderunt quod essent vera. Salomon autem dixit generaliter, Credit innocens omni verbo. Digressi sumus a consideratiōe nostra pura ad aliam consideratiōem ad referendum illa ridiculosa, quæ scit quilibet etiam incipiens

considerare quæ sunt vana: verum compulit nos ad hoc necessitas rememorationis hominum, & rationū ipsorum: & quod scitur de eis apud gentem. Nunc autē reuertar ad propositum, & dicā quod iam patefecimus quod oē nomē Dei de Creatore est decisum ab opere: præter nomē separatum. Neesse ē autē loqui de quodā noīe quod dictū est Moyſi, Sum qui sum, in capitulo separato: quia est ibi ratio profunda: per cuius viā incedimus, i. in remotione rationum a Creatore.

## De hoc nomine Sum qui sum, Capitulū, LXII.

**R**emittam tibi quoddam stramentum: & dicam quod quia dixit Moyſes, Dicent ad me quod est nomen eius: quid respondebo eis: ideo fuit ipsa ratio conueniens illi quæſtioni: ut quæreret quæ eſſet reſponſio quam diceret eis. Quod autē dixit: ecce nō credēt & nō audient vocem meam: quia dicent: Nō apparuit tibi dñs, hoc manifestum est: quia sic debet dici omni qui se iactauerit prophetam, donec adducat signa et portenta propter quæ credatur ei. Si autē res se habet sicut apparet, quod illud nomē simplex sit & loquatur in eo sicut cōſuetum est loqui in quocūq; alio noīe, neesse erit alterū de duobus contingere, scilicet quod vel Israelitę sciebant hoc nomen vel nunq̄ audierant illud. Si sciebant illud, non suberat ratio ad narrandū illis: quia scientia ipsius erat sicut & ipsorū. Si vero nunq̄ audierant illud: quæ erit probatio, quod illud est nomē Creatoris, si fuerit scia noīs sui probatio: Postq̄ autē Creator fecit ipsum scire hoc nomen, dixit ei, Vade & cōgregabis seniores Israel. Et dixit ei, audient vocē tuā, & postea dixit ei Moyſes, Ecce non credent, nec audient vocem meam. Et postea dixit ei, Quid habes in manu tua? Et reſpōdit virgā. Quod autē scire debes & deteget tibi omnia occulta est quod dicam tibi, iam scis opinionem gentis & aliorum quæ fuit temporibus antiquis, quoniam omnes idolis seruiebant paucis exceptis: hoc est credebant in virtute stellarū, & faciebant opera: vel opera coelorum & imagines cuiuslibet stellarū. In tēporibus autē illis, omnis considerator asserbat alterum de duobus: vel dicebat quod cōsideratio sua & intellectus ostēdebat ei quod vniuersus mundus habebat Creatorem: sicut Abraham, vel dicebat quod transierat per ipsum spiritus stellarū, vel angelus, vel istis filiā. Ante tēpus autē Moyſi non fuit scitū quod aliquis diceret se prophetā, & quod Dominus locutus fuisset cum eo: & quod misisset eum. Nec inducat te in errorē quod legitur de Patriarchis: quia Dominus loquebat cum eis: & ostendebat se ipsis: quia non inuenies in illis modū prophetiæ Moyſi, scilicet ut aliquis institueret hoīes: vel quod redderet eos cautos: vel quod Abraham, vel Isaac, vel Iacob, vel alius qui præcessisset eos dixerit hominib⁹. Dominus dixit mihi facite hoc: vel nō faciatis istud: vel misit me ad vos. Istud nunq̄ accidit ante: sed loquebatur cū eis in his quæ ipsis erāt necessaria, scilicet in sua perfectione & ostensione eorum quæ facere debebant, & in promittendo ad quid perueniret finis generationis ipsorum. Ipsi vero reddebant homines cautos per viam considerationis & discipline sicut notum est apud nos, scriptura testante quæ dicit animabus quas fecerunt in Pharā. Quādo vero Dominus apparuit Moyſi: et præcepit ut cōuocaret hoīes: & quod diceret eis nunciū suū, dixit: quod primo quæreret a me, erit ut ostendam eis vere quod Creator est in mundo. Et postea dicā eis: quia ipse me misit, tunc etenim omnes homines paucis exceptis ignorabant Creatore esse: & finis considerationis ipsorum non transcendebat cœlum, vel opera ipsius, vel potentiam: quia non recesserunt a sensu nec fuerunt perfecti perfectione intellectu. Et idcirco ostēdit ei Creator tunc scientiā quam faceret eos intelligere: per quā firmaretur eis essentia Creatoris: & hoc quod dixit Sum qui sum. Sum vero est verbū substantiuū: cuius expositio est essentia: quia verbū sui significat præterisse: nec refert si dixerit fuit vel fuit ens in lingua hebręa. Secretum autem est in repetitiōe verbi quod significat super essentiam in modo agnominationis: quia verbum quod dicit quod inducit rememorationem agnominationis quæ coniungitur ei quod hoc nomen, est imperfectum & eget perfectione rationis. Et idcirco posuerunt verbum primum: & illud est agnominationum sum: & verbum secundum quod est agnominator sum & ipsum est per se: & est ac dices res quod agnominationum est ipsamet agnominationis: & eius expositio est: quia est non in essentia, et hoc est deputatio ipsius rationis: scilicet ens qui est ens: ac si diceret neesse esse. Hoc autē est ad quod credendum inducit probatio de necessitate quod est neesse esse: quod nō deficit nec deficiet sicut ostendemus probatione. Cum autem Creator fecit scire probationes per quas astrueretur essentia sua apud sapientes illorum, postea dixit ei, Vade & congregabis seniores Israel, & promisit quod intelligerent quod diceret eis & reciperent illum, & hoc est quod dixit, audient vocem tuam. Cōuersus autem Moyſes dixit ad eū, Ecce nō credent mihi: quia Deus est propter

ista signa intelligibilia quæ erūt probatio mea quod ipse Deus misit me ad eos: & idcirco dedit ei probationē, iam autē patet quod huius dicti quod est nomē eius, nō est sua ratio: quis est de quo dicis quod misit te: Sed eius expositio est sublimitas & honor dicti: hoc est dicere quod nō est qui ignorat quod tua substantia & veritas sint inuenta. Si quæſierint a me de noīe tuo quam rationē de rationib⁹ dicā quod significat hoc nomē: quia remotū erat ab ipso ut diceret quod aliquis erat ibi qui ignoraret hūc entē: & posuit ignoratiā ipsorū in secreto noīs, nō eius quod noīatur per ipsum. Similiter nomē duarum literarū quod est sumptū a noīe quatuor literarū, est de rōne firmitudinis essentię: & saday est decisum a day: quod est sufficiētia & fin quod est, scilicet & ponit per qui: & rō saday hoc est qui sufficit hoc ē qui nō eget essentia alicui⁹ entis, nec eget alio extra se ad firmitatē eēntię suę, sed sua essentia sufficit sibi: & oīa noīa sunt isti⁹ modi. Nullū autē nomē cōuenit Creatori, quod nō sit sumptū ab opere vel dictū in participatiōe præter nomē quatuor literarū quod scribit & nō legit: quod est nomē separatū: quia nō significat agnominationē sed sup essentia simplici tantūmō de cōi cōditiōe essentię predictę est: quia debet esse in sempiternū pmanēs hoc est neesse esse: & nūc intellige finem verbi.

## De noīe Dei in generali & de nomine Adonai & Gloria, Capitulū, LXIII.

**S**cias quod hoc nomē Adonai quandoque dicitur de ipso noīe tantū: sicut dicitur, Nō assumes nomen Dei tui inuani: & multa alia filia. Quandoque est in ipso substantia Creatoris & veritas eius: sicut dicitur: Dicet mihi quod est nomē eius: Quis ponit per voluntate Creatoris: et erit nomē Dñi, sicut si diceret verbū Dñi: vel pceptū Dñi: sicut scriptura dicit de angelo: Quia nomen nostrū in ipso: hoc est verbū nostrū, vel pceptū in ipso. & rō est, quia est instrumētū voluntatis. Adhuc autē exponemus hoc verbum in æquiocatione angeli. Similiter, gloria Dñi: hoc est lux Gloria creata quæ ostēditur in aliquo loco rōne sanctitatis & sublimitatis in modū miraculi: sicut dicitur, Habitauit gloria dñi sup mōtē Sinai. Et iterū, Gloria Dñi impleuit tabernaculū, Quis dicitur de substantia & veritate Creatoris, sicut dixit Moyſes, Ostende mihi gloriā tuā, & reſponſum est: Non videbit me homo & viuet, hoc ostendit quod ista gloria de qua fit hic mentio est substantia Creatoris. Quis etiā ponit pro laude quā hoīes & alię creature dāt Creatori: quia laus eius vera est apprehensio ipsius: & oīs qui apprehendit maiestātē ipsius & perfectionē honorat ipsum scdm suā apprehensionē. hō vero tantū honorat dictis suis: ad ostendendū quod apprehendit intellectu suo: & reuelat alii extra se: quod autē nō habet apprehensionē sicut lapides & cetera, quæ nō hnt spiritū vitę laudāt ipsum: quia demōstrat in naturis suis sup potentia, & essentia, & sapiētia sua: & hoc est Creator ut honoret eū qui intenderit in ipsis siue dicat lingua, siue non dicat, si fuerit ex illis quibus non cōuenit loqui. Lingua vero hebraica ampliauit hanc rationē adeo quod attribuit verbū dicēdi rei quæ nō habet apprehensionē, & dicit de ea quod laudat Creatore: sicut Dauid dixit, Omnia ossa mea dicent Dñe quis similis tibi: cuius expositio est quod ipsa inducunt hanc fidē: & est ac si propterea diceret: quia per ipsa scitur. Secundū hanc igitur acceptionē glorię, dictum est de eo, Plena est oīs terra gloria eius: & equale ei quod dicitur est, Laudis eius plena est terra: quia laus dicitur gloria, sicut dictū est, Date gloriā Deo vestro. Et iterū, In domo eius oēs dicent gloriā: & multa talia. Et idcirco intellige hanc æquiocationē in noīe glorię: & scias in oī loco scdm quod exigit ratio eiusdem loci: & euades multas dubitationes.

## Sermo qui Creatori attribuitur creatus est, Capitulū, LXIII.

**R**ostq̄ ascendisti ad gradum istum scientiæ per Creator est ens non in essentia, & vnus non in vnitate: non puto quod indigeas ut exponatur tibi remotio agnominationis sermonis a Creatore: & multo magis propter hoc in quo conuenit gēs nostra, quia lex est creata: & eius intentio est hoc quod sermo qui attribuit Creatori est creatus: sed attribuerūt ei quod verba quæ audiuit Moyſes, Creator creauit ea de nouo: sicut & oīa alia creata sua. Adhuc adducā verba multa cū loquar de prophetia: sed intentio mea in hoc loco est ut faciā scire: quia cū dicim⁹ de Creatore quod loquitur simile est cum attribuimus ei opera similia nostris. In scientiis ostensum est, quia est scientia spiritualis Domini nostri quā apprehendunt prophete quasi Dñs locutus fuerit cū eis, ut sciamus quod rationes istę quæ perueniunt ad nos sunt a Creatore non de cogitationibus ipsorū, & iā præmissimus mentionē huius rationis. Intentio mea in hoc capitulo est quod verbū dicēdi vel loquēdi equiuocū est. Quādoque enim dicitur de verbo lingua plato sicut dicitur, Locutus est Moyſes. Et iterū dixit Pharaon, Dicitur etiā quis de cōceptu mentis licet nō exprimat sermone: sicut dicitur, Dixi in corde meo, et, Locutus sum in corde meo, &, Tibi dixit cor meum, & dixit Esau in corde suo: & multa talia. Ponitur etiam pro voluntate: sicut ibi: Et

Verbi dicendi vel loquēdi equiuocum est.

dixit vt interficeret Dauid. i. voluit interficere Dauid. Dicitur ergo & loquela q̄ attribuit Creatori sunt secundum duos vltimos modos. i. cū ponitur pro voluntate vel pro conceptu mentis siue sciatur per vocem creatam, siue per aliquam speciem prophetiæ: de qua loquemur postea. non q̄ Creator loquitur literatorie vel voce: nec q̄ habeat aīam, vel q̄ sit res addita sup̄ substā tiam ei⁹: sed ista referuntur ad ipsum sicut & alia opera: sed agnominatio sup̄ voluntate in di- cto et loquela, est sicut exposuimus cū loquebamur de æquiuocatione huius verbī p̄ viā simili- tudinis: sicut explanauimus in his que p̄missimus. Quoniā nō intelligit homo in initio cogni- tionis qualiter res fiat quā Deus vult facere cū simplici volūtate: sed in principio cognitiōis nō potest quin volēs faciat qd̄ vult facere vel per se: vel q̄ mādēt aliis vt faciāt. Et idcirco attribue- runt Creatori mandatū vt sit illud qd̄ ipse voluit vt esset. & dicunt q̄ ipse mādauit vt sic esset & hoc p̄ viā similitudinis adiunctum fuit operibus eius, p̄pter hoc q̄ huiusmodi verbū demon- strat voluntatē: sicut exposuim⁹. Vbiq̄ autē dicitur in opere de Beresit dixit, exponit voluit. alius autē dixit hoc & scitur a multis. Cuius rei p̄batio. i. q̄ illa dicta sunt voluntates nō loq̄le est: quoniā loq̄la ad aliquod creatū p̄fert: et tūc nō erat aliq̄ creatura. Silit̄ qd̄ dictū est, Verbo dñi coeli firmati sunt: simile est ei qd̄ sequit̄, Et spū oris eius oīs virtus eorū. & sicut spū oris & ipsum os sūt verba accōmodata ei: sic & verbū & dictū accōmodant̄: & hoc est dicere q̄ fuerūt inuenta cum intentione & voluntate ei⁹. Nullus autē sapientū nostrorū qui fuerūt famosi igno- rat illud: & nō est opus vt explanetur q̄ dicere & loqui in lingua hebraica idē sit.

## Tabule legis opera Domini. Capitulum. LXV.

**S**criptura dicit Tabule opera Domini sunt: & essentia ipsarum est naturalis nō artifi- cialis: qm̄ oīa opa naturæ, vocant̄ opera dñi: sicut dñs, ipsi viderunt opera dñi. Cū Da- uid etiā fecisset mentionē de rebus naturalibus, plantis, & aīalib⁹, ventis, & pluuiis, & aliis rebus, dixit, Qm̄ multiplicata sunt opera tua Dñe. & qd̄ postea dixit, Cedri libani quas plātauit. quare essentia earū est naturalis non artificialis, quia dixit, q̄ Creator plātauit eas. Si- militer dixit scriptura Domini. Et ostēdit q̄ scriptura attribuit Creatori: sicut dicitur scriptas digito Dei: qd̄ sile est ei qd̄ dictū est, Opa manū tuarū sunt coeli: de quibus dictū est q̄ verbo facti sunt: vt ibi, Verbo Dñi coeli firmati sunt. Tu autē iam scis q̄ versus scripturę accōmodant facturę rei verbū dicēdi & loquēdi. Nā de quo dictū est q̄ factū est verbo, de eodē dictum est q̄ est op⁹ digiti. Silit̄ ergo qd̄ dictū ē scriptas digito Dei, sile ē ac si diceret volūtate Dñi: vel ver- bo ei⁹. Angelos vero ī hoc nouā induxit opinionē dicēs scriptas digito Dei. Nā digitū vocauit potētā adiūtā Creatori. & exposuit digitū Dñi sicut mōtē Dñi vel baculū Dñi. vult em̄ dice- re q̄ digitus fuit instrumētū creatū qd̄ aperuit tabulas de volūtate Dñi. Ego vero nescio q̄ ne- cessitas induxit eū ad hāc expositionē: quia p̄pinqui⁹ erat si dixisset scriptas verbo Dñi: sicut dixit Dauid, Verbo Dñi. &c. Nunquid factura scripturę tabularū fuit magis mirabilis q̄ stella rū in celo: si ergo stellę factę sūt cū volūtate prima, & nō cū instrumēto: sic erit scriptura illa. Tu vero iā scis q̄ dixerūt sapiētes, q̄ decē res fuerunt create in ope de Beresit, de quarū vniuersita- te fuit scriptura illa. p̄ qd̄ p̄bat id in quo cōueniūt gens nostra q̄ scriptura tabularum est sicut omnia alia opera de Beresit: sicut dicimus in expositione de Misna.

## Dicere & quiescere Dei. Capitulum. LXVI.

**Q**uoniā accōmodauerūt volūtati Creatoris verbū dicēdi in oīb⁹ in sex primis dieb⁹: si- cut scriptum est, Et dixit. Et accōmodauerūt verbū acquiescēdi in septimo die: q̄ tūc nihil creauit: & idcirco dictū est, Requieuit die septimo. Cū em̄ loquēs cessauerit loqui vocat̄ quiescēs: sicut dicit̄, Cessauerunt tres amici Iob. i. respōdere ei. Silit̄ etiā in cessando a lo- cutione ponit̄ verbū quiescēdi: sicut dicit̄, Locuti sunt ad Nabal oīa verba hęc in noīe Dauid. Et geuerūt. i. cessauerūt loq̄: donec audirēt rñsum. De nullo autē labore facta est prius mētio a quo quiescere deberēt. licet etiā laborassent, verbū quiescēdi nō erat conueniēs huic loco sed extraneū valde. sed scriptū est ibi q̄ suauib⁹ & mollib⁹ verbis allocuti sunt eū: & tacuerūt. i. nō addiderūt loq̄. nec opus aliquod qd̄ induceret eū ad respōdēdi sicut respōdit. intētio autē narratiōis est vt faciat scire negtā illi⁹ q̄ fuit in fine negtę. Scdm̄ igit̄ hāc rōnē dictū fuit: Requieuit die septimo. Sapiētes autē & expositores posuerūt q̄si requiē: dicētes, Fecit quiescere mūdū die septima. i. cessauit creatio in illa die. & erit sensus: p̄petuauit creationē rerū sicut erat die septimo. Dicit̄ est autē q̄ in quolibet. vi. dieb⁹ noua renouabant̄ q̄ p̄cedebāt de virtute hui⁹ nature q̄ inuenitur modo in vniuersitate creatiōis. In die vero septimo p̄petuauit vniuersitatē & fecit eā stare sicut mō est.

**Q**uoniam in deo intellectus & intelligens & intellectū sunt idē. Capitulum. LXVII.

**A**m scis verbum manifestū qd̄ philosophi dixerūt de Creatore, q̄ ipse est intellect⁹ & intelligēs & intellectū: & q̄ ista tria sunt vnū in Creatore: & nō est ibi multitudo. Nos autē iā dixim⁹ in nra magna aggregatiōe q̄ istud est principalitas legis nostrę. hoc est q̄ est vnus solus & non adiungit̄ ei aliud. i. nihil est æternū p̄ter ipsum: & ideo dicimus vīus Dñs, non vita Dñi: quia vita eius nō est nisi substātia ei⁹: sicut exposuimus in rememoratione agnominatum. Non est dubiū q̄ quicunq̄ non considerat in libris de intellectu compositis: nec apprehendit quiditatem intellectus vel substantiam eius: nec intelligit de eo nisi sicut in- telligit de albo & nigro: difficile est ei intelligere rationem istā. Cum autē dicimus ei q̄ Creator est intellectus & intelligēs, & intellectū: vanū reputat, sicut si diceremus ei q̄ albedo, & albedo, & albatum, sunt idē. Qm̄ multi insipientes conātur destruere verba nostra p̄ illa hmōi: q̄ multi etiam qui sibi videntur sapiētes. Difficilis est ista ratio ad intelligendū: & vidēt q̄ sciētia verita- ris huius rei longe est ab apphensiōe cogitationū. Hęc autē ratio p̄bat esse vera probatione exa- minata: sicut exposuerunt philosophi sapientes. Volo autē docere te illud sup̄ quod induxerūt probationē. Scias autē q̄ homo anteq̄ intelligat, est intelligens in potentia. cū autē intellexerit aliquid sicut formā ligni spoliata a materia quā ipse spoliavit: quia hoc est opus intellectus, tunc est intelligens actu q̄ apphēdit in actu: est forma ligni quā spoliavit a materia, & est in aīa sim- plex & spoliata. Sic igit̄ patet tibi q̄ res intellecta est forma ligni simplex: & hoc est intellect⁹ ap- phēdit̄ actu. Neq̄ duo sunt intellect⁹ & forma ligni intellecta: quia intellectus in actu non est aliud nisi qd̄ intellexit. res autē p̄ quā homo intellexit formā ligni & spoliavit q̄ est intelligēs ē in- tellectus apphēdit̄ in actu sine dubio: oīs em̄ intellectus sua opatio est sua substātia: nec est in- tellectus in actu aliud, & aliud actus eius: quia veritas intellect⁹ & eius substātia est apphēsiō. Et nō putes q̄ intellectus in actu est res separata ab apphēsiōe: & q̄ apphēsiō est aliud: sed de- bes credere q̄ substātia intellectus & veritas eius est apphēsiō: & cū intellexerit qd̄ est intellect⁹ in actu, hoc est apphēsiō ei⁹ qd̄ intellexit. Hoc autē norū est ei qui in talib⁹ laborauit. Ergo iā patet q̄ actus intellectus qd̄ est ei⁹ apphēsiō est eius veritas & substātia. Qd̄ cū ita sit dicem⁹ q̄ illud quo spoliasti formā ligni, & apphēdit̄ eā, ipsum est intellectus & intellector ipsius, q̄ ipse intellectus est qui spoliavit & apphēdit formā: & hoc est actus ei⁹ p̄pter quē dicit̄ intelli- gens, & eius operatio est ipsius substātie. Et iste intellectus in quo conuenisti q̄ est intellect⁹ in actu nō habet nisi formā ligni: ergo probat̄ q̄ cū fuerit intellectus in actu, q̄ ipse intellectus est res intellecta: & p̄batur q̄ cuiuslibet intellect⁹ vel actus operatio q̄ est eius intelligentia ip̄a est eius substātia. Qd̄ cū ita sit igit̄ intellectus & intelligēs & intellectū sunt idē in substantia sem- per in omni eo qd̄ intelligit̄ actu. Si vero intellexeris de potētia, erunt duo necessario intellect⁹ in potētia, & intellectum in potentia: sicut si diceres, iste intellectus Isaac est in potentia: & illud lignum est in potentia intellectū. Ecce duo sunt sine dubio. Cū autem exierit in actu & forma ligni fuerit intellecta in actu, tunc erit ip̄a forma intellecta intellectus. Sic etiam intellectus qui est intellect⁹ in actu ipse est spoliatus & intellectus: quoniam omne qd̄ habet actum, est in actu. omnis autem intellectus in potentia & intellectum in potentia sunt duo, omne autem qd̄ est in potentia necessario eget subiecto in quo sit illa potentia: sicut homine ratione exēpli, & ita tria sunt hic homo, & idem est intelligens in potētia, & ipsa potētia: & ipsa est intellectus in po- tentia: & res apta vt intelligatur: & ipsa intellectu in potentia, sicut homo & intellectus princi- paliter & forma ligni: & sunt tria diuersa. Cum autem inuentus fuerit intellectus in actu tria efficiuntur vnū: nec inuenies intellectum & rem intellectam diuersa nisi cum fuerint in po- tentia. Cum autem verificatum fuerit. probatione q̄ Creator est intellectus in actu: & nihil est in eo in potentia vilo modo, sicut probatum est, non erit quandoq̄ intelligens & quandoq̄ non intelligens: sed semper est intelligens actu: & sequitur vt sit ipse & res apphēnsa, vnde & illud est sua substantia & actus apphēnsionis per se: propter quam dicitur intelligens ip̄a sub- stantia intelligentis & quiditas eius. & sic est intellectus, & intelligens, & intellectum semper. Similiter etiam probatur q̄ non solum in Creatore verū est intellectum & intelligentē & rem intellectam esse vnū numero: sed etiam in omni intelligente & in nobis ista tria sunt vnū cum fuerimus intelligentes in actu: veruntamen nō eximus de potētia ad actum interpolate. Intellectus vero abstract⁹. i. intelligentia agēs cū spedit̄ ab aliquo ne p̄ficiat opus suū: licet nō sit impedimentū ex ipso sed ab extrinseco, cōuenit aliquis mot⁹ ip̄i intellectui: sed scdm̄ accidēs.

Q̄ intellea- ct⁹ & intel- ligēs et intel- lectū sunt idem in sub- stantia in- oī eo quod intelligitur. Oē qd̄ est in- potentia eget subie- cto in quo sit illa potē- tia.

Non est autem intentio mea explanare modo ratione istam: sed intentio mea est ostendere quod illud quod est in Creatore solo, est ut sit intellectus semper in actu, non enim habet prohibens quod retineat ipsum ab apprehensione suorum apprehensorum, nec ex se nec ab extrinseco: ideoque sequitur de necessitate ut sit intellectus & intelligens: & intellectus semper per omnia secula: & sua substantia est intellectus, & ipsa est intellectus: & est intelligens: sicut contingit in omni intellectu in actu. Frequenter repetimus ratione ista in hoc capitulo: quoniam sensus humani elongant a se multum cogitatione ista. Ego non video quod in te dubitatio nasceretur ex cogitatione intelligibili & cogitatione assimilativa. Et ideo nolo loqui super similitudine sensati in potentia quae ascendit in cogitatione, quoniam iste liber non est compositus nisi illi qui profundavit in philosophia, Et scit quod probatur de substantia animae & universitatis potentiarum eius.

Quia causa prima Deus. Capitulum LXVIII.

**P**hilosophi sicut scis vocant Creatorem causam primam. Et isti & loquentes pariter sciunt istud & vocant eum operatorem: & putant quod multum differt inter causam & operatorem. Dicunt enim quod si dixerimus quod Creator est causa, sequitur ut causatum sit: & hoc inducit antiquitatem mundi: & quod mundus est creatus necessario. Si autem dixerimus quod Creator est operator: non sequitur ex hoc ut sit opus semper cum eo: quoniam operator erit ante opus suum: & non ascendat in corda hominum quomodo operator sit operator, nisi sit ante opus suum. Hoc autem verbum illius qui non distinguit iter illud quod est in potentia: & illud quod est in actu. Quod autem necessarium est tibi scire: est quod non est differentia inter causam & operationem secundum hunc modum. cum enim intellexeris causam in potentia, similiter ipsa praecedit causatum in tempore. & cum fuerit causa in actu, erit causatum suum in actu. Similiter etiam cum inuenerim Creatorem in actu sequitur necessario suum operatum ut sit aedificator. Etenim antequam aedificet non est aedificator in actu sed in potentia. Cum autem aedificat est aedificator in actu: & sequitur tunc necessario ut aedificatum sit. Nulla vero utilitas sequatur si demus preminentiam nomini operatori super nomen causae, nostra vero intentio est in hoc loco ut adaequemus ista duo nomina operatorem & causam: igitur sicut vocamus ipsum operatorem: licet operatum sit non ens: ex quo non habet impediens vel prohibens quando operatur illud cum voluerit: Similiter oportet ut vocetur causa secundum hunc modum: licet creatum sit non ens. Quia autem philosophi vocant Creatorem causam & non operatorem, non est propter suam opinionem in antiquitate mundi: sed propter alias rationes quas aggregabo tibi in hoc loco. Probatum est iam in scientia naturalis: quod omne creatum habet causam: Causae autem sunt quatuor. scilicet materia, forma, efficiens, & finis: & quaedam est propinqua, & quaedam remota. De credibilitate vero ipsorum et opinione cui ego non contradico, est: quia credunt quod creator est causa efficiens & forma finis: & ideo vocauerunt ipsam causam ut coniungant in ipso tres causas: & sit ipse factor mundi & forma & finis. Intentio vero mea in hoc capitulo est explanare tibi quoniam Creatorem dicimus factorem, & formam, & finem mundi. Tu autem in hoc loco ne dubites in hoc, utrum mundus sit novus an quod sequatur de necessitate, ut sit de ipsius potentia secundum ipsorum opinionem. adhuc enim inducam multa verba in hac ratione. Sed intentio mea est nunc ut faciam scire quod creator est factor singularium entium quae sunt in mundo: sicut est factor mundi in suo universo. Et ideo dico quod si scitum est in scientia naturali quod sunt quatuor species causarum, oportet ut una causa habeat aliam causam: & erit tunc in quo liber Creatore ille quatuor causas propinque ipsi: & ille quatuor causas habebit alias causas, & ille alias donec perveniatur ad causam primam, sicut dicimus quod istud est factum: & factor eius sit eius cuius est alius factor & sic unum post alium, donec perveniatur ad primum motorem, ipse est verus operator omnium mediorum. Cum enim a moueat a b, & b a c, & c a d, & d a b, & hoc non praecedit in infinitum, stabimus ergo in e, & dicemus causa exempli quod ipsum est finis: & non est dubium quod e, mouet a & b, & c, & d. Et vere possumus dicere quod e, est operator motus a. Secundum igitur hunc modum attribuerunt Creatori omnino operatum: licet operetur illud quicquid operator propinquus, & ipse Creator causa ultima omnium causarum efficientium. Similiter in formis naturalibus generalibus & corruptibilibus cum disputaverimus inueniemus quod quilibet istarum praecedit alia forma quae praeparat materiam ut recipiat illam formam: & secundam praecedit alia: & sic deinceps donec perveniemus ad ultimam formam quae est necessaria ad hoc ut sint mediae formae quae sunt causa propinqua formae de qua loquimur. forma vero ultima in universitate entium Creator est. Tu vero non putes cum dicimus quod Creator est ultima forma totius mundi, quod sit illa forma de qua dicit Aristoteles in metaphysica quia nec est generabilis nec corruptibilis: quia illa forma de qua fit ibi metio, naturalis est: nec est intellectus separatus. Quod ergo dicimus de Creatore quod est ultima forma mundi non intendimus

Causae sunt quatuor.

Quia in Deo coniungunt tres causas.

Quia creator est factor singularium.

De recursum formarum in formam ultimam.

Quia Deus non est forma rerum mentalis.

dicere quod sit forma in materia: ut per hoc sit forma corporis: sicut materia: sed sicut omne quod est formatum non est substantia sua: nisi in forma sua qua corrupta corrumpitur, & destruitur essentia: sic & Creator est ad omnia principia factorum etiam remota: quoniam in esse Creatoris est omne quod est: & ipse iuvat ea secundum firmitatem per modum qui vocatur splendor: sicut explanatur in parte capitulorum huius libri. Et si ascenderet in cor hominis quod Creator esset non ens, essent omnia non entia: & destrueretur substantia causarum, quae sunt ab ipso remotae, et causa ultima, & omnia quae sunt in medio. Quod cum ita sit, dicemus ergo quod sicut est, comparatio formae ad rem cuius est forma: quoniam ex ipsa est id quod est: & per ipsam perficitur eius veritas & substantia: sic est comparatio Creatoris ad mundum istum. Secundum igitur hunc modum dicimus quod ipse est forma ultima quae est forma formarum: hoc est quia ipse est essentia omnis formae quae est in mundo: & decor eius ex ipso in ultimitate: & in ipso est decor eius, sicut forma est decor rei formatae. Et ideo vocatur in lingua nostra vita seculorum: hoc est vita mundi, & firmitas eius: sicut postea explanabimus. Similiter enim est in omni fine: quoniam omnis finis est alius finis: sicut si dicatur causa exempli: quod materia sedis est ligna: factor vero carpentarius: forma vero, quadratio: finis autem, sedere super ipsam. Cum autem quaeris quare sedet aliquis super sellam: respondebit ut eleuet sedens super eam, & non sedeat in terra. Huius autem finis ut sit gloriosus in oculis videntium: cuius finis est ut timeat ab iis qui vident eum: huius vero finis est ut obediant mandatis eius: cuius finis est ut arceant hostes ab iniuriis: ut sit ipsorum esse secundum ordinem rectum, & sic semper in omni fine contingit donec pervenitur ad simplicem voluntatem quae est voluntas creatoris: sicut ei visum est secundum quod postea explanabitur. Erit autem ultima responsio qua respondebitur tibi: quia sic disposuit sapientia Creatoris: & ideo reducetur ordo cuiuslibet finis ad voluntatem & sapientiam Creatoris secundum istas opiniones: in quibus ostenditur secundum nostrum intellectum quod sunt ipsius substantia: & quod est eius voluntas: & sapientia non est aliud nisi eius substantia. Quod cum ita sit: ergo Creator est finis ultimus omnium rerum. Finis autem intentionis universorum est, ut assimilentur ipsius perfectioni in quantum est eis possibile. Et haec est ratio voluntatis eius quae est ipsius substantia: sicut postea explanabitur. Secundum hunc igitur modum dicitur quod est operator & forma & finis. Ideoque vocauerunt nomen eius causam non operatorem tantummodo. Scias autem quod quidam de magistris speculationis de numero istorum loquentium ausi fuerunt & induxit eos stultitia ipsorum & dixerunt quod si intellexerimus privationem Creatoris, non ideo sequeretur privatio rerum quas creavit, scilicet mundi: quia non sequitur destructio operis privationem operatoris postquam operatus est opus illud. Quod autem dixerunt verum esset, si esset tantummodo operator, & res operata eo non egeret in perpetuitate firmitatis suae: sicut si moreretur carpentarius non destrueretur ideoque arca quam fecit: quia non iuvat eam in sua firma permanentia. Sed cum Creator sit forma mundi sicut exposuimus: si ita est, ipse est adiutor in firmitate & perpetuitate rei: nec potest esse ut pereat firmator & remaneat firmatum: quod non habet firmitatem nisi quantum iuvatur a firmatore. Hic autem est finis eius quod necessarium fuit ut diceretur in essendo ipsum operatorem tantummodo: nec finem, nec formam formarum intelligibilium.

Ascendere est verbum aequivocum. Capitulum LXIX.

**A**scendere est verbum aequivocum: cuius prima ratio est ascensus super bestiam super quam consuevit equitare: sicut dicitur, Nonne ego asina tua, & super me ascendisti? & ipse ascendens super asinam suam. Postea vero accommodatum est ei qui dominatur super aliqua re: quia dominatio ipsa est ascensio: sicut dicitur, Faciat eum ascendere super altitudinem terrae. Et iterum, Faciam te ascendere super altitudinem terrae: id est, faciam te dominari. Et iterum, Faciam Effraim ascendere: id est dominari. Secundum hanc rationem dicitur de Creatore, Ascendens coelos, id est dominans super coelos. Et iterum, Et qui ascendit super coelum coeli, id est dominatur super ultimum coelum. Quod dicitur in hebraico Araboth: quod est coelum circundans alios. Verba vero sapientum ubique demonstrant septem esse coelos: & quod Araboth est altissimum circundans alios. Et non mireris quod dixerunt quod sunt septem: cum sint plures, licet enim dicunt unam esse rotam: & tamen sunt plures, sicut notum est studentibus in hac scientia: & sicut ego explanabo, sed intentio mea in hoc loco est ut faciam te scire quod ipsi semper dicunt in expositionibus suis, quod Araboth est sublimis aliis, de quo dicit, Exaltare ascensorem Araboth, & de eo dictum est, Ascendes coelos in adiutorio tuo: & dixerunt sapientes, Araboth altus & excelsus habitat super ipsum: sicut dicit, Et altare ascensorem Araboth. Et quoniam dicit, Ascendes coelos: pro eo quod dicit, Ascendes Araboth, la igitur patet

Si ponatur causa prima non esse sequitur nihil esse. Forma est causa esse & veritatis rei. Quod Deus dicit esse forma. De recursum omnium finium in ultimum finem: quod est voluntas Creatoris.

Quis finis intentionis universorum? Opinio quorundam erronea.

Ascendere dicitur equitate dominari.

Opinio qd  
Creator est  
anima coeli

Qz de<sup>9</sup> est  
habitaculu  
mundi, non  
mundus ha  
bitaculum  
eius.

q tota sua intentio refertur ad vnam rotam, & ipsa est circundans omnia, sicut faciam te au-  
dire secreta rationis eius. Attende autem ad illud qd dixerunt, Habitans super ipsum: & non  
dixerunt habitans in ipso: quia si hoc dixissent, sequeretur ex hoc qd haberet locu, vel qd esset po-  
tentia in ipso: sicut putat genus Zabiorum: qui dicuntur Cardin: qui dicunt qd Creator est aia  
coeli & species eius. In eo vero qd dixerunt sapientes habitans super ipsum, fecerunt scire qd Creator  
est separatus a coelo & non est potentia in ipso. Scias aut qd accommodauerunt ei verbu ascendē  
di vel equitandi coelos secundum admirabile qd est: quia ascensor vel equitator est honoratior  
q ascensum vel equitatum. Et equitator est motor bestiae et ducit eam secundum sua volunta-  
tem: et est ei ipsa tanq instrumentu quo faciat quod opus est fieri: & est separatus ab ipsa. & nō  
vnitur: sed est extra ipsam. Sic & Creator est motor altissimi coeli: in cuius motu mouentur oia  
quae sunt in ipso: & ipse est separatus ab eo: nec est potentia in ipso. Dixerunt ergo sapientes in  
expositione scripturae quae dicit, Habitaculu deus ante: quia ipse est habitaculum mundi sui: nō  
mundus habitaculu eius. Dixerunt ergo, Equus est sub potestate equitantis: & nō econuerso.  
Hec sunt verba ipsorum. hec est expositio illi<sup>9</sup> qd ppheta dixit. Cū ascēderis sup equos tuos. Attē  
de igitur in hoc & intellige, quō exposuerunt cōparationē Creatoris ad mundū: & quod est ei  
instrumentum quo disposuit entia. Quicquid autē inueneris dictū a sapientibus qd in tali coe-  
lo est hoc: & in tali est illud: non intendunt qd alia corpora sint ibi preter coelos: sed intendunt  
dicere qd potentie q faciunt hoc, vel illud, & cōseruāt viam dispositionis suae, proueniunt a coe-  
lis. Cui<sup>9</sup> rei probatio est qd dixerunt qd in Araboth est iustitia, & iudiciu, & arcana vite, & pa-  
cis, & benedictionis aia iustorū: & animae & spūs quae debent causari: & ros cū quo Creator vi-  
uificabit mortuos. Manifestū est autē qd omnia quae hic posita sunt non habent naturā corporū  
vt locū repleant, nisi ros: q etiam nō est ibi scdm suum planū. Intellige autē qd dixerūt de coelo  
isto: quia sunt in eo, s. in Araboth. Et non dixerūt qd sunt sup ipsum: sicut si dixissent, qd ista quae  
sunt in hoc mundo, non sunt ibi nisi a potentiis venientibus ex Araboth: quas Creator dedit ei  
primo: & fixit eas intra ipsum, de quarū vniuersitate est depositū vite. & hec est veritas pbara:  
quoniā omnis vita cuiuscūq viui prouenit ab istis viuis sicut postea explanabo. Attende etiam  
ad id qd dixerunt, Aia iustorū: & animae, & spūs quae sunt causandae, q honorabilis est ista scien-  
tia apud scientes eam: qm anima quae remanet post mortē, prorsus non est illa substātia q est  
in hoīe tēpore vite eius. Ista em quae inuenit in hoīe in tēpore vitae ei<sup>9</sup>, est potentia preparatiōis  
tantummodo. Illa vero q remanet separata post mortem ab ipso, est res in actu: & aia creata nō  
est ipse spūs creatus. Et idcirco narrauerunt in vniuerso creaturarū aias & spūs: sed separatae  
sunt quiddā vnū. Iam explanauimus equiuocationē spūs: & exposuimus in fine libri Sapientie,  
aequiuocationē quae inuenitur in istis nominibus. Tu vero diligenter intende istis rationib<sup>9</sup> mi-  
ris & veris ad quas peruenit consideratio cuiuslibet philosophi: & quō sunt dispersae in verbis  
sapientum: quibus cum intenderit sapiens, q non concedit veritatem, deridet eas in principio  
cōsiderationis: eo qd in plano literarum sint verba remota a veritate rerum. Cuius rei causa est:  
quia locuti sunt in parabolis profunditatem istarum rationum propter intellectu gentiū: sicut  
sepe diximus. Nunc autē reuertar ad perficiēdū qd incepi: & dicam qd sapientes acceperūt ver-  
sus de scriptura: vt ostenderent esse ista q dixerunt in Araboth. Et dixerūt, Vnde habemus qd  
est ibi iustitia & iudiciū? Cui questionī respondetur qd scriptura dicit, Iustitia & iudiciū ppara-  
tio sedis eius. Sic etiam induxerunt probationem super alia de quibus fecerunt mentionem,  
quae attribuntur Creatori: & sunt cum ipso. Intellige hoc in capitulis Rabi Eliezer. Dixerunt  
Septem coelos creauit Creator: ex quibus omnibus non elegit sedem gloriae regni sui nisi Ara-  
both, sicut dictum est, Exaltate illum, sicut qui ascendit super Araboth. Haec sunt verba ipso-  
rum: & tu intellige ea. Scias autem qd omnes bestiae equitate vocantur quadriga: & huiusmodi  
multra: sicut dicitur. Alligauit Ioseph quadrigam suam quadriga secūdi quae ad ipsum. Et ite-  
rū. Quadrigae Pharaonis. Probatio vero qd hoc nomen cadit super plures bestias nō super vnā  
est illud qd scriptura dicit. Et ascendit et exiuit quadriga de Aegypto. m. de siclis argenteis. Et  
haec est probatio qd quadriga dicitur de quatuor equis: & ideo dico qd cum dicimus quare di-  
ctum est qd thronum gloriae ferunt quatuor imagines, vocauerūt sapientes nomen eius merca-  
ua: quod interpretatur quadriga vel equitatio: vt assimiletur quadrigae, quae est in quatuor be-  
stias: & istud est finis illius qd consecuta sunt verba in hoc capitulo. & non potest esse quin sint  
ibi rationes aliae expergeficientes intellectum super huiusmodi ratione: sed intentio hu-  
ius capituli propter quam circūimus loquendo, est id quod dicitur, Ascendens coelos in

adiutorio tuo, ratio sua est: quia ipse mouet caelum altum circundans: & reuoluit ipsum po-  
tentia sua & voluntate. Sic etiam qd dictū est in fine versus eiusdem, Et cum altitudine sua cae-  
los eius, expositio est, qd altitudine sua reuoluit caelos. Et dixit Araboth in verbo ascensionis cae-  
los & nomine altitudinis: quoniam in motu, caeli alti. s. in motu diurno mouentur omnes caeli si-  
cut mouetur pars in toto: & hoc est imperium forte qd mouet omnia. Et ideo vocauerūt nomē  
eius altitudinem. Oportet autem vt ista ratio sit praesto semper in corde tuo propter illa quae ti-  
bi explanabo: quoniā haec est probatio maior omnibus aliis probationibus ad sciendum qd crea-  
tor est circuitio vel reuolutio caeli, sicut explanatum est in probatione: & tu intende in hoc.

Scientia apud Hebraeos esse deperditam: & non nihil de Talmud. Cap. LXX.

**S**Cito qd scientiae profundae quae fuerunt in gente nostra in cognitione veritatis ista-  
rum rationum, fuerunt deperditae in longitudine dierum: & in dominatione gentis in-  
sapientis super nos. Et quia non erat licitum cuilibet homini scire illa verba, sicut ex-  
posuimus, nisi libros sanctitatis. Tu autem scis qd liber Talmud receptus, nō erat scri-  
ptus in diebus primis, propter rationem quae erat in vsu apud gentem nostram: quae est, quia di-  
ctum est, Verba quae dixi tibi cordetenus, non potes ea dicere scripto. Et istud fuit finis sapientiae  
in lege nostra: quoniam vitabant illud in quod postea inciderunt. i. multitudinem scientiarum, &  
diuersitatem opinionum: & diuisionem credulitatum, & dubitationes: quae inciderunt in expo-  
sitionibus scripturarum: & rationem cōtrarietatu inter homines: & facta sunt schismata: & acci-  
dit labor in illis. Diuiserunt autem rationem in omnibus istis rebus cognitioni capituli, qd vo-  
catur Domus magni iudicii, sicut exposuimus in aggregatione nostra in Talmud: & secundum  
q versus in lege ostendit. Qz si sapientes de Talmud nolebant scribere in libro vt posset sciri a  
quolibet, propter damnum qd postea secutum est: quanto magis nolebant scribere aliquid de ar-  
canis legis, vt liceret cuilibet illud scire: sed singulares electi recipiebant ab ore singularium ele-  
ctorum, sicut explanauit tibi de verbis eorum, quibus dixerunt: Non dabunt arcana legis nisi  
si consiliario sapienti: Et haec est causa quare illae principalitates magnae perierunt de gente  
nostra: nec inuenitur de eis nisi summa verbi ad expergefaciendum intelligibilem: & sum-  
mae quae sunt posita in Talmud, & in aliis locis. Et sunt duo vel tria genera, quae sunt quasi  
corda super quibus sunt cortices multi: adeo qd laborauerunt homines in corticibus illis:  
& putauerunt qd non erat fructus inter illos villo modo. Illud autem modicum quod inuenies  
in verbis eoru in ratione vnitatis: & qd comunicat in hoc apud quosdam de sapientibus: & apud  
Menim. s. sectas quasdam Iudaeoru: sunt verba quae receperunt a loquentibus Mauroru: & sunt  
paucissima respectu illorum quae Mauri composuerunt in hac ratione. Contigit qd quando in-  
ceperunt Mauri viam istam: fuerunt quidā q vocabantur Separati, a quibus receperūt loci no-  
stri: & inceserunt per viam ipsorum. Post illud tempus fuerunt alii de Mauris, qui vocabantur  
Sentientes: & renouatae sunt opiniones quaedam, de quibus nihil inuenitur apud socios nostros:  
quoniam ipsi praelegerunt primam super secundam. Cum autem contigit illis qd reprobaue-  
runt opinionem primam, receperunt eam: putantes qd erat probationibus roborata. Hispani vero  
de gente nostra omnes conueniūt in verbis philosophorum: & sequuntur eorum sensum, dum  
non destruunt radicem legis. Et non inuenies qd ipsi aliquo modo incedant per aliquam viam lo-  
quentium: & idcirco conueniunt in multis rationibus sensui nostro in hoc libro. Scias autē qd  
ea quae dixerunt Mauri tam Separati q Sentientes in hac materia, omnes sunt opiniones funda-  
te super antecedentibus sumptis de libris Graecorum: & Cacedini qui laborauerunt in cōtradi-  
cendo dictis opinionibus philosophorum, vt repellerēt verba eorum. Cuius causa fuit, qd cum re-  
gnum Christianorum diffusum fuit super regna eorum, & sensus philosophoru diffusi fuerunt  
in gentibus simul: & exiuit ex eis prophetia: & nati fuerunt reges ex ipsis, qui venerabant fidem  
istam: & sapientes Graecorum & Cacedini temporum illorum viderunt qd istas credulitates de-  
struebant opiniones philosophorum destructione vehementi: & fuit in eis scientia Dialectica:  
& ceperunt scribere antecedentia, quae sunt vtilia credulitati eorum: & responderūt illis opini-  
onibus quae destruunt fundamenta legis & fidei suae. Et cum superuenit lex Maurorum, & tras-  
tulerunt in linguam suam libros philosophorum: transtulerūt similiter in linguam suam respo-  
siones illas, quas adiunxerunt libris prophetiae: & inueniunt verba cuiusdam sapientis qui vo-  
catur Lahye grammaticus: & quorūdā aliorū, qui locuti sunt de hac materia: & roborauerūt  
illa: & consecuti sunt voluntatem grandem, secundum qd aestimabant. Elegerunt etiam de sen-  
d y

Quaedam sunt  
cōia tribus  
sectis.

su philosophū antiquorū omnia quæ sibi videbantur vtilia: quibus vltimi philosophi induxerint probationes super destructione illius opinionis in parte & in toto: & viderūt q̄ omnia ista sunt æquiuoca verba: & antecedētia quæ sunt necessaria cuilibet sciēti legē. Post hoc dilatauerūt verba sua: & secuti sunt vias altas mirabiles, quæ nunq̄ fuerunt scitæ a sapientibus græcorū loquentium: nec etiam ab aliis: quoniam tempus illorum sapientum fuit vicinum tempori philosophorum. Post ista vero exierūt a gente Maurorum verba credulitatum separatarum ad opus legis suæ: & necesse fuit eis omnino vt roborarent illas: & fuit inter eos cōtentio orta in hac materia: & qualibet secta ipsorum scripsit antecedentia vtilia sibi in assertione opinionis suæ. Non est autem dubium q̄ quaedam sunt communia tribus gentibus, scilicet Christianis, Iudæis, & Mauris sicut fides de creatione mundi, & nouitate ipsius: quoniam in assertione huius firmantur signa & prodigia, & quaedam alia. Aliæ vero rationes in quibus laborauerunt istæ duæ gentes, vt inquirerent in eis, & effunderent se in illis: sicut inquisitio sapientum illorum in ratione trinitatis & inquisitio cuiusdam partis istarum in vnitatem, donec necesse fuit eis scribere antecedentia. Et asserunt in illis quaedam quæ multiplicata sunt ad inquirendū: & quaedam propria cuiuslibet gentis illorum, quorum nō est necesse facere mentionem. Generaliter autem dicimus q̄ omnes primi loquentes Græcorum qui receperunt legem Christianorum vel Maurorum: non fuerūt cōsecuti planum rationis in creatione in principio suorum antecedentiū: verum considerant qualiter oportet q̄ sit esse rerū huiusmodi: q̄ per ipsum probetur veritas huius opinionis: vel q̄ nō destruat eam. Cum autem firmatur & verificatur in eis ista cogitatio: cōuenerūt q̄ esse rerum est secundum hanc formam: & cōeperūt inducere rationes super assertione credulitatum suarū, quæ sumptæ sunt ab illis antecedentibus, per quæ firmatur illorum opinio, vel non destruitur. Similiter fecerunt intelligentes qui secuti sunt istam consuetudinem, & scripserunt in illis & dixerunt, q̄ consideratio pura & munda induxit eos in hoc: non reuerentia fidei alicuius, vel legis, vel sensuum antiquorū. Posteriores vero qui inspiciunt in libris illis, ignorant ista: & inueniunt in illis libris antiquis quādoq̄ probationes validas, & laborem difficilem in assertione vel destructione rei: vel putant q̄ ista ratio non est necessaria vilo modo ad asserendum vel destruendum fundamenta legis: & q̄ antiqui non fecerunt hoc nisi vt ponerent difficultatem in sensu philosophorum, & vt ponerent dubitationes in eo quod credunt esse probationem. Isti vero qui talia dicunt, nec senserunt, nec sciuerunt q̄ res non est ita sicut ipsi putauerunt. Verum primi laborauerunt in assertione illius qd̄ destruendum erat, de quo credebant q̄ erat destructiuū opinionis quā volebāt asserere & firmare: etiā post antecedētia. Et isti antiqui loquentes obtinuerunt originem damni. Generaliter autem dicam tibi q̄ nō sic est sicut dixit Themistius. Ipse enī dixit quia esse rerum non sequitur rectas opiniones: sed opiniones rectæ sequuntur ipsum. Cum autem inspexi diligenter in libris istorum loquentium, secundum q̄ potui, sicut inspexi in libris philosophorū, inueni omnes vias loquentiū: vnā in specie, licet sint multæ particulares. Quoniam radix omnium est, q̄ non oportet vt probatio accipiat ex vniuerso ente secundum qd̄ est: quia tale est qd̄ potest variari in intellectu. Ipsi etiā in pluribus locis sequuntur imaginationē, & vocant ipsam intellectū. Et cū præmiserint antecedentia ista quæ dicā tibi, præcise iudicauerunt in probationibus suis: q̄ mundus est nouus. & cum hoc astruitur, astruitur etiam sine dubio quia factorem habet qui fecit ipsum de nouo. Postea vero inducunt probationē q̄ ille factor est vnus, ex assertione autem vnitatis astruunt q̄ non est corpus. Hac via cuiuslibet loquentis Maurorum in qualibet istarum rationum. Similiter etiam illi de gente nostra qui similes fuerūt eis, & ambulauerunt in viis eorum. Genera vero probationum suarum & antecedentiū in assertione nouitatis mundi: & in destructione antiquitatis eius sunt diuersa. Id autem in quo conueniunt omnes, est assertio & renouatio mundi: & in renouatione ipsius astrueretur q̄ creator est. Cum autem intuitus sum viam istam, longe recessit ab ea anima mea: & necesse est vt fugiatur ab ea: quoniam quæ dicunt esse probationes in nouitate mundi, accident in eis dubitationes: & non est ipsa probatio demonstratio præcise: nisi ei qui nescit differentiam inter demonstrationē & vltimam de nouitate vel antiquitate mundi non peruenit homo per demonstrationem cetrā: sed

Quod ad scientiam de nouitate vel antiquitate mundi non peruenit homo per demonstrationem cetrā: sed

sunt in hoc rationes intelligibiles: & adhuc loquemur de istis multa. Multa quidē habes de huiusmodi quæstione: quia philosophi diuersorum temporum fuerūt diuersi in assertione antiquitatis mundi a tribus milibus annorum vsq̄ ad tempus nostrum secundum illa quæ inuenimus in libris & verbis ipsorum. Quod si ita est, quomodo faciemus hanc quæstionē antecedens vt super ipsam ædificemus inuentionē creatoris? Nonne vides, q̄ hoc esset sup̄ rē dubiā nō certā, nisi sub eo pacto quo fuerit mundus nouus, erit & creator: & si fuerit antiquus, nō erit creator: & omnino velerit istud, vel credemus per probationem nouitatis mundi: & pugnabimus super hoc omnibus modis, donec dicamus, & asseramus q̄ scimus creatorem per probationem. Sed hæc omnia remota sunt a veritate. Ratio vero apud me vera, ipsa est via roborata probatione, in qua nō est dubitatio per quam astruamus essentiam creatoris & vnitatem eius: & remoueamus ab eo corporeitatem per vias philosophorū, quæ sunt viæ fundatæ super antiquitatem mundi: nō q̄ ego credam antiquitatem mundi, vel conueniam cum eis in hoc: sed quia per vias illas astruitur probatio & veritas perfecta inuenitur in viis tribus, scilicet q̄ creator est, & q̄ est vnus, & q̄ non est corpus, absq̄ eo q̄ iudicemus præcise an est mundus antiquus an nouus. Cum vero firmatæ fuerint istæ tres quæstiones honorabiles & difficiles, per veram probationem reuertemur postea ad nouitatem mundi: & dicemus in ea quicquid rationis ratiocinatores inducunt ad hoc, q̄ si fueris de illis quibus sufficit qd̄ dixerint loquentes: & sciueris q̄ probatio firmata est super hoc q̄ mundus est nouus, bene est. Si vero non astrueretur probatione: sed q̄ credas q̄ est nouus per id qd̄ recepisti a prophetis, non est hoc malum: & non dicas quomodo firmabitur prophetia si fuerit mundus antiquus, donec audias verba nostra in arcanis prophetiæ in hoc libro, nec est interio nostrā loqui modo de hac materia. Quod autē necessariū est tibi scire q̄ antecedentia per quæ putauerūt loquentes astruere nouitatem mundi, quia in ipsis est peruersio mundi, & variatio prioris dispositionis, vel q̄ audies a me quia necesse habeo modis omnibus facere mentionem antecedentium ipsorum, & viæ probationum suarū. Sed via mea per quā incedo est, q̄ narrabo tibi generaliter & dicam tibi q̄ est impossibile quin mundus sit antiquus vel nouus, q̄ si est nouus, habet nouitatem & creatorem sine dubio: & hoc est intelligibile primū: quia renouatū nō renouat seipsum: sed alius extra ipsum renouat ipsum ex quo sic est: ergo renouator mundi est creator. Si vero mundus est antiquus, sequitur de necessitate secundum vnam probationem, & alterā, q̄ aliquid est præter omnia corpora mundi, qd̄ nec est corpus, nec potentia in corpore: & est vnum sempiternum: nec habet causam, nec est mutabile: & hoc est creator: ergo iam patet tibi q̄ demonstrationes essentię creatoris & vnitatis eius quia nō est corpus, necesse est vt accipiamus a radice antiquitatis: & tunc probatio istorum inuenitur perfecta, siue mundus sit antiquus, siue nouus. Et idcirco videbis qd̄ ego dico semper in omnibus quæ composui de libris de Talmud: non conuenit mihi memoratio fundamentorum fidei: quia incipio astruere q̄ creator est per verba quæ conueniunt antiquitati: non q̄ credam antiquitatem, sed volo astruere q̄ creator est: & firmare in cordibus vestris per viam probationis, vt ista opinio vera cuius comparatio est valde chara nō sit sustentata super fundamentū qd̄ quilibet homo posset mouere, & contendat eradicare. Alius vero credat q̄ hoc fundamentum fuit fabricatum nedū vt sint ipsæ demonstrationes quæ sint per viam prophetiæ quæ sunt fundatæ super istis tribus quæstionibus, acceptæ de natura entium qd̄ est norum: nec habet contradictorem nisi secundum respectum aliarum intentionū. Demonstrationes vero loquentium acceptæ sunt ab antecedentibus quæ contradicunt naturæ entium qd̄ est manifestum, donec oportuit eos asserere q̄ nihil habet naturā vilo modo. Separabo tibi quoddam capitulum in hoc libro, loquar de nouitate mundi: & explanabo tibi in ipso demonstrationem super nouitate mundi: & in ipsa demonstratione perueniam ad finem, ad quem peruenit verbum cuiuslibet loquentis: absq̄ eo q̄ non astruam naturam entium: nec contradicam Aristote, in aliquo super quo induxit demonstrationem: quoniam demonstratio quam induxerūt quidam de loquentibus super mundi nouitate, est fortissima omnium demonstrationum earum, quæ non firmatur donec tollant naturam entium: & contradicant illis quæ philosophi exposuerunt. Ego vero perueniam ad demonstrationē similem illi: & non contradicā naturæ entium: nec erit opus mihi vt tollam sensibilia. Visum est etiam mihi vt rememorarem tibi antecedentia loquentium communia per quæ astruunt nouitatem mundi, & q̄ creator est, & vnitatem eius, & remotionem corporeitatis ab ipso: & ostendam tibi viam per quam ambulat: & explanabo tibi quod sequitur ex responsione ad quodlibet antecedentium ipsorum. Postea vero proponā tibi antecedentia philosophorū quæ sunt huic rationi propinqua: & ostendā tibi viā per quam

ambulāt. Tu vero ne quæsieris a me in libro isto vt astruā vel verificē antecedētia philosophorū que rememorabo tibi: qm̄ hoc plus est de scientia naturali. Non expectes etiā vt in hoc libro nar rem tibi rationes loquentium super firmitate veritatis antecedētium suorum: quoniam in hoc finierunt dies suos: & finientur dies eorum qui sequētur ipsos. & multiplicati sunt libri eorum quoniam omnia antecedētia ipsorum, paucis exceptis, destruit qđ sequitur de natura rerum. & renouant in eo dubitationes: & necesse habent congregare aggregationes & libros ppter multitudinem rationum quibus indigēt ad astruendum illud antecedens: ad soluendum dubitationes quæ oriuntur in eo: & ad repellendum illud quod videtur destruere ipsum, cum non conueniat eis in hoc aliud consilium. Ista vero antecedentia philosophorum quæ scribam tibi, sunt ad ad probādum ista tria. scilicet qđ creator est: & qđ vnus est: & qđ remota est ab eo corporeitas. Plura vero illorum sunt antecedentia per quæ nancisceris veritatem, cum primū audieris ea & intellexeris rationem ipsorum. Quidam vero illorum demōstrabūt tibi super locis probationū suarū in libris de natura, & de Metaphysica, & verificabis qđ oportuerit verificari & astrui, iam feci te scire qđ non est nisi creator & vniuersum esse: & qđ non est demonstratio super ipso, nisi a natura entis in suo vniuerso & in partibus eius. & sequitur necessario vt intendatur mente secundū qđ est: & accipiantur antecedētia de eo qđ nobis ostenditur de natura ipsius. Ideoq; necesse est vt sciatur ipsius forma & natura: & qđ de ipsa notum est & manifestum: & tūc oportet accipere de ipso super eo demonstrationem qđ extra ipsum est. Idcirco visum est mihi qđ necesse habeo in primis inducere capitulum quoddam: & in eo faciam tibi mentionem vniuersitatis entium secundū modū narrationis in eo qđ probatum est: & roborata est firmitas in qua nō est dubitatio. Postea vero inducam tibi alia capitula: & rememorabo in illis antecedentia loquentium: & explanabo tibi viam per quam ambulat, & per quam explanant quatuor quæstiones. Post hoc autem inducam alia capitula: & in illis ostendam tibi antecedentia philosophorum, & vias demonstrationum ipsorum super quæstionibus eisdem. Postmodum vero ostendam tibi viam in qua considerabo sicut feci te scire in istis quatuor quæstionibus.

Q; mundus est vnus, & videtur quasi vnus homo. Capitulum. LXXI.

**S**Cito qđ mundus iste qui inuentus est, in vniuersitate sua est vnum solum, scilicet sphaera cæli alti cum omnibus quæ sunt intra ipsum: & videtur quasi vnus homo sine dubio, sicut Ysaac, vel Iacob in potentia humana. Diuersitas vero substantiarum prædictæ sphaeræ cum eis quæ sunt infra: sicut diuersitas substantiarum membrorum hominis per viam similitudinis. Et sicut Ysaac (caula exempli) est vnus homo cōpositus ex membris diuersis, sicut ex carne, & ossibus, & humoribus diuersis, & virtutibus variis: sic & illa sphaera in vniuerso suo componitur ex multis sphaeris, & quatuor elementis, & ex illis quæ componuntur ex eis. & in eis nullus locus est vacuus omnino, nisi quia est vnum & plenum: & centrum eius est pila terræ quam circundant aquæ vndiq; , quæ circundantur ab aere circundato ab igne similiter: ignis vero circundatur a corpore quinto. Similiter sunt sphaeræ multæ vna intra aliam, inter quas nihil est vacuum omnino: sed sunt dispositæ in circuitu suo ita qđ vna coniungitur alteri: omnesq; mouentur motu circulari æquali, in quo non est velocitas vno & tarditas alio modo. hoc est dicere qđ nulla sphaerarum mouetur aliquādo tardius, aliquādo velocius: sed quælibet illarum est fixa in natura sua in vna velocitate & genere motuum. Istarum tamē sphaerarum vna est velocior alia in motu suo. Velocissimus autem motuū est motus primæ sphaeræ circūdantis omnia, quæ mouetur in motu diurno: & mouet omnes secum motu partis in toto. quoniam omnes sunt partes in illa. Centra vero istarū sphaerarū sunt diuersa, quarū dā nāq; est centrum mundi, quarū dā vero centrum est extra medium mundi: quædam etiam de illis mouentur semper motu proprio sibi, ab oriente in occidentem: quædam vero ab occidente in orientem. Quælibet autem stellarum in sphaeris istis est pars partium sphaeræ suæ, nec mouetur de loco suo, nec habet alium motum proprium sibi, nisi motum sphaeræ suæ: sed apparet qđ mouetur in motu corporis cuius est pars. Materia vero corporis huius quinti vniuersaliter qđ mouetur motu circulari, non est materia quatuor elementorum quæ sunt infra ipsum. Numerus autem istarum sphaerarum circūdantium mundum, nullo modo potest esse minor q̄. xviii. potest autem esse qđ plures sunt, & necessaria est in hoc consideratio. Si vero quæsieris vtrū sint circuli parui qui non circundant mundum: similiter in hoc necessaria est cōsideratio. Infra vero sphaeram propinquiore nobis est materia separata a materia corporis quinti: & recipit quatuor pri-

De sphaeris & qđ nihil ē vacū inter eis. Q; sunt diuersa cætra sphaerarū. Nota qđ stella vbi dicit non habet motū aliū nisi motum propriæ sphaeræ, in hoc contradicit Astrologis. De nūero sphaerarum

mas formas: & facta sunt inde quatuor corpora, scilicet terra, aer, aqua, ignis, quorum quodlibet habet locum naturalem sibi proprium: nec inuenitur extra ipsum: & ista sunt corpora mortua, nec est in eis spiritus vitæ, nec apprehensio intellectus, nec mouentur per se: sed sunt posita in locis suis naturalibus. Si autem aliquod illorum expellitur violenter de loco suo naturali, sublata violentia mouetur vt reuertatur in locum suum naturalem: quoniam in ipso est virtus originalis per quam potest moueri in locum suum motu recto, nisi impediens prohibet: & non est de ipso impedimentum per quod quiescat vel per quod moueatur nisi secundum lineam rectam. Motus autem recti qui inueniuntur in istis quatuor corporibus ad loca sua sunt duo: motus versus cælum circūdans, qui est motus ignis & aeris: & motus versus centrum medium, qui est motus aquæ & terræ. Cum autem quodlibet istorum peruenit ad locum suum naturalem, quiescit. Corpora vero sphaerica supradicta sunt viuua: & habent animam per quam mouentur: nec est in eis principiū quietis villo modo: nec accidit eis variatio quin moueatur motu circulari. Si vero quæsieris vtrum habeant intellectum per quem intelligant: istud non est apud nos scitum nisi post subtilem considerationem. Cum autem mouetur corpus quantum motu suo vniuersali, renouatur semper ex eo motus necessarius in elementis vltimis: & ideo exeunt de locis suis, scilicet ignis & aer: quoniam propelluntur ad aquam & intrant ipsam vsq; in profundum corporis terræ: & renouatur in istis elementis coniunctio: & miscetur vnum cum alio & cōponitur. Postea vero incipiunt moueri vt reuertant in loca sua: & propter hoc partes partium terræ exeunt de locis suis: & coniunguntur cum aqua, & aere, & igne, & ipsa omnia agunt in se inuicem & patiuntur a se: & inuenitur diuersitas in mixtione, donec ab ipsis primo prouenit vapor & nubes secundum diuersitatem specierū suarū. Postea vero prouenit ex eis liquabilia secundum diuersas species suas: & species omnium plantarum: & genera diuersa rerum viuuarum secundum qđ exigit temperantia mixtionis. Omne vero generabile & corruptibile non est factum nisi ex istis quatuor elementis: & in ipsa reuertetur cum fuerit corruptum. Similiter etiam illa vltima nascuntur ex se inuicem & corrumpuntur in se: quoniam materia ipsorum omnium est eadem. Nec potest inueniri materia sine forma: neq; forma naturalis siue corruptibilis sine materia. Erit igitur motus generationis & corruptionis eorum ex se inuicem: & generationis aliorum ex ipsis: & corruptionis eorum in ipsa: & reuersionis eorum similis creationi cæli: nisi sit motus istius materie formatæ in variatione formarum in ipsa: sicut motus cæli in reuolutione dispositionum cuiuslibet partis. Et sicut sunt in corpore humano membra dominantia, & membra seruientia quæ indigent in sua firmitate regimine membrorum dominantium quæ regunt ea: ita sunt in vniuersitate mundi partes dominantes quod est corpus quintum circūdans: & partes seruientes quæ indigent rectore quæ sunt elementa vltima, & ex eis composita: sicut ergo membrum quod est de dominantibus, scilicet cor, mouetur semper: & est fons cuiuslibet motus qui est in corpore: & alia membra seruiunt ipsi: & ipsum cor transmittit eis virtutes suas quibus egent in operationibus suis in motu suo: sic & cælum est rector omnium partium mundi suo motu: & transmittit omnigenas vires quæ inueniuntur in ipso. Et principium cuiuslibet motus in motu est motus cæli: & cuiuslibet anime cuiuslibet animati principium, est anima cæli. Scias autem qđ omnes virtutes quæ proueniunt a cælo ad mundum istum secundū qđ subest, sunt quatuor. Prima est aptatrix coniunctionis & cōpositionis quæ sine dubio sufficit in compositione liquabilium. Secūda vero dat animam augmentatiuam cuiuslibet augmentabili. Tertia tribuit animā viuam cuiuslibet viuuo. Quarta vero dat animam rationalem cuiuslibet loquenti. Hæc autem omnia sunt mediante luce & tenebra quæ sequitur post lucem suam: & mediāte circuitu circa terram. Et sicut si quiesceret cor a motu suo quasi in ictu oculi, moreretur homo & destrueretur motus eius & virtutes: sic & si motus cæli quiesceret per punctum horæ: periret mundus in vniuerso suo: & destruerentur omnia quæ sunt in ipso. Sicut etiā vita cuiuslibet animalis non est nisi in motu cordis sui: licet in ipso animali sunt membra quæ non sentiunt, sicut cartilagines, & quædam alia: sic vniuersum esse, est sicut vnus homo viuus: & cælum qđ est in eo, sicut cor in homine: licet sint in eo corpora quæ sunt mortua, sic ergo intelligere te oportet qđ tota illa sphaera est vnum corpus viuū mobile habens animam. Hæc autem ratio necesse est vt intelligatur: & est valde utilis in probatione qđ creator est vnus, sicut explanabo. Et per hunc intellectum ostenditur tibi qđ vnus nō creauit nisi vnū: & sic nō oportet vt inueniantur hominis membra separata, scilicet hepar separatū, vel cor, vel caro: sic non oportet vt inueniantur partes mundi vna sine altera in vniuerso sempiterno de quo lo-

Q; corpora caelestia sūt viuua. Pulchrū simile de motu cæli primi & cordis in animali. Nota quatuor virtutes prouenientes a cælo ad mundū istū. Nota si quiesceret motus cæli periret mundus. De virtute colligatiua.



De virtute colligatiua. in homine colligatiua membrorum, vnius cum alio, & regit ea: & dat cuilibet membro quod ei est necessarium, vt conseruet in eis dispositionem, & remouet ab eis nocumenta. & haec virtus est cuius mentionem fecerunt philosophi: & vocauerunt eam virtutem corporis viui: & quandoque vocant eam naturam. Similiter in mundo est virtus quae ligat vnam partem cum alia: & conseruat species eius ne pereant, & singularia specierum omni tempore quo oportet vt conseruentur. & neceffe est vt consideretur vtrum illa virtus sit cum adiutorio caeli, an no. Sic etiam sunt in homine membra quae conseruant singulare in esse, sicut instrumenta nutrimenti. Et sunt alia quorum intentio est conseruare speciem, sicut instrumenta spermatis. Alia vero sunt quorum intentio est ad explenda officia: & ad praeparandum sibi necessaria, sicut manus & oculi. Et sunt alia quae non intendunt hoc vel illud: sed sequuntur membrorum complexionem, quae est propria illius formae secundum quod est, vt operetur praedictas operationes: & sequantur generationem suam quae producit alia secundum necessitatem materiae: sicut sunt capilli hominis, & color eius. Et idcirco ista non sequuntur hominem: & quandoque deficit in talibus pars aliqua: & inuenies in singularibus praeminentiam in ipsis valde remotam: quod non contingit in membris. Non enim inuenies hominem decuplo grauiorem alio: inuenies autem hominem carentem barba vel capillis in locis corporis: vel habentem barbam decuplo multipliciorem alio: & multi sunt tales qui praeminent in colore, vel pilis, vel similibus. Similiter sunt in vniuersitate rerum species generabiles firmae: in quibus est ordo: nec est inter eas diuersitas multa, sed pauca secundum antecedentia speciei in qualitatibus & quantitativis. sunt etiam species quae non sunt in ordine rerum, sed quasi sequuntur naturam communem generationis & corruptionis: sicut species vermium: qui nascuntur ex stercore, vel in fructibus corruptis: vel intestinis, & consimilia istis. Vniuersaliter autem videtur mihi quod quicquid non habet potentiam vt generet ex se sibi simile: de huiusmodi genere rerum: & idcirco non seruat ordinem: licet non possit esse vt non nascantur: sicut non potest esse vt non sint diuersi colores in corpore: & non sint species diuersae pilorum in singularibus hominum. Et sicut in homine sunt corpora, quorum singularia sunt firma, sicut principalia membra: & sunt in corpore permanentia in specie non in singulari sicut quatuor humores: sic & in vniuersitate entium sunt corpora firma permanentia in singulari, sicut est corpus quintum cum omnibus partibus suis. & sunt corpora permanentia in specie sicut elementa, & ex eis composita. Et sicut virtutes hominis conseruant ipsum in esse suo & statu omni tempore vitae suae: & ipsae laborant ad destructionem & perditionem ipsius: sic sunt causae generationis in hoc mundo generabiles & corruptibiles. Huius rei exemplum est: iste quatuor virtutes quae inueniuntur in omni corpore nutritibili, scilicet appetitiua, retentiua, digestiua, expulsiua: si illae quidem essent sicut virtutes intelligibiles non operantes nisi quod esset conueniens & in hora competenti, & in mensura debita: euaderet homo multa genera nocumentorum & infirmitatum. Sed quoniam non conuenit eis istud quoniam operantur naturaliter non cum cogitatione & probatione: nec intelligunt villo modo quod operatur: sequitur ex hoc quod oriuntur infirmitates & plagae magnae, quibus ipsae sint instrumenta in generatione cuiuslibet viui: & firmitate omni tempore durationis suae. Huius rei explanatio est, quod si virtus attractiua non attraheret nisi vtilia ex omni tempore: & secundum quod neceffe esset, euaderet homo infirmitates magnas & plagas: sed quoniam istud non potest esse quia attrahit quamlibet humiditatem quae est attractibilis: licet illa declinet in sua qualitate vel quantitate a linea rectitudinis: sequitur ex hoc quod attrahat humorem calidiorum vel frigidiorum debito: vel grossiorem vel subtiliorem. Et propter hoc opilantur viae humorum, & prouenit putrefactio, & mutantur in contrarium quantitates & qualitates humorum: & ex hoc oriuntur infirmitates, sicut scabies, & pruritus, & vulnera magna: sicut in lepra: & hulus corrodens carnem, donec destruitur forma membri vel membrorum. Haec est ratio in istis quatuor virtutibus. Secundum eundem modum contingit in vniuersitate entium: quoniam illud quod generat generabilia, & inducit permanentiam sui esse in tempore definito: & haec est compositio elementorum cum virtutibus caeli quae mouent ipsa, & defunduntur per ea: illud idem est causa in renouatione nocumentorum in mundo sicut sunt tempestas & pluuia damnosa: sicut nix, & grando, & turbines ventorum, & tonitrua, & coruscationes, & corruptio aeris: vel renouatio nociuarum occasionum quae dispergunt homines ciuitatum vel regiones multas: sicut submersio ciuitatum, & tempestates, & similia. Scias autem quod quaecumque diximus de assimilatione mundi & hominis, non diximus propter illa quod homo sit minor mundus: quoniam illa similitudo est etiam ad omne viuum perfectum in membris. Et nullus antiquorum dixit

quod asinus vel equus est immortalis. Istud autem dicitur de homine solo propter virtutem in qua separatur ab aliis: quae est virtus rationalis, i. intellectus qui est intellectus principalis: quoniam illa virtus in nulla specie rerum inuenitur: nisi in homine solo. Huius rei explanatio est quod omne singulare viuum non indiget in permanentia sui esse cogitatione, nec intellectu, nec regimine: sed mouetur & quaerit necessaria secundum naturam suam: & comedit quod inuenit: & in quo delectatur: & quiescit secundum quod accidit ei: coit etiam cum qualibet foemina suae speciei in hora desiderii sui: & firmatur in hoc corpus eius toto tempore per quod debet durare: & propagatur essentia eius speciei: nec indiget alio singulari suae speciei vt iuuat ipsum in permanentia sua. Vt faciat ei quae sibi ipsi conferre non valet. Si autem ascenderet in cor alicuius quod vnus solus esset: nec haberet rectorem: sed esset sicut bestia: cito periret: nec duraret per diem nisi per accidens. i. ac si accideret ei inuenire aliquid de quo pasceret se, quoniam quae necessaria sunt ei ad permanentiam sui esse, indigent multo opere, quod non perficitur nisi intellectu & cogitatione: & multis instrumentis, & multis adiutoribus, quorum quilibet separatur ab aliis in aliquo illorum quae sunt necessaria, & ideo necessarius est hominibus qui exercitet eos, & regat, & coniungat, donec eorum conuinctio sit ordinata & regatur ordine, vt alii iuuent alios. Similiter autem necessarium est homini vt conseruet se a calore, & frigore, & pluuiis, & ventis: & neceffe est vt aptentur multa necessaria quae non perficiuntur nisi per cogitationem & intellectum. & idcirco inuenta est in homine ista virtus rationalis sapiens, qua cogitat, & probat, & operatur, & praeparat diuersas species ad ea quae sunt necessaria victui, & habitationi, & vestitui: & per illam regit & praeparat necessaria omnia membris corporis, donec membrum dominans quod est in ipsis: operetur quod debet operari: & regatur membrum seruientis sicut debet regi. Ideoque si poneres in corde tuo quod inueniretur homo carens virtute illa: & mitteretur ad bestias, moreretur. Haec autem virtus honorabilior est omnibus virtutibus viuorum: & est nimis occulta, nec intelligit homo veritatem ipsius & secretum in principio cogitationis communis, sicut intelligit alias virtutes naturales. Sic etiam est in esse mundi res quae regit vniuersa entia & mouet: & haec est dominus primus: qui dedit ei virtutem motiuam per quam regeret alia praeter se. Et si ascenderet in cor ablatio huius rei, non inueniretur orbis iste in vniuerso suo, nec dominans, nec seruientis. Secundum hanc igitur modum astruitur inuentio istius orbis, & cuiuslibet partis suae. Res autem illa quam diximus, est creator. Secundum igitur hanc rationem dicitur de homine quod est minor mundus: quia est in eo virtus prima quae regit ipsum in suo vniuerso. Et propter hanc rationem vocatur creator in lingua nostra Vita seculorum: quia ipse est, vita mundi, sicut dicitur in libro Dani. Iurauit in vita saeculi. Scias autem quod in illa similitudine in qua assimilamus mundum in vniuerso suo homini, non est inter ea diuersitas in omnibus de quibus mentionem fecimus, nisi in tribus: quorum Primum est, quod membrum dominans cuiuslibet viui, quod est cor, conseruitur vtilitatem ex membris seruientibus, in vniuerso mundi tale quod non est: sed quod largitur iuuamentum, vel confert virtutem: non prouenit ei aliqua vtilitas a seruiente: sed donum eius est sicut donum benefici, qui operatur bonum sponte sua propter nobilem naturam & largitatem animae quae est in ipso: non propter aliquam spem vel retributionem: & totum hoc est vt assimiletur creatori. Secundum autem est quod cor cuiuslibet viui est intra ipsum: alia vero membra seruientia sunt extra, & circundant ipsum: vt proueniat ex eis vtilitas in custodia ipsius: & vt remoueat ab ipso omne nocumentum extrinsecum. Contrario autem modo se habet res in vniuersitate mundi: quoniam id quod nobile est, circundat id quod vilius est: quia nobilior non habet causam quare timeat vt accidat ei nocumentum ab extrinseco. Et licet posset recipere nocumentum: tamen non inuenitur aliud corpus extra ipsum quod agat in ipsum. Ipsum vero largitur splendorem virtutis suae super ea quae sunt infra ipsum: neque prouenit ad ipsum nocumentum aliquod villo modo, neque violentia ab aliquo corpore extrinseco. Est autem hic quaedam similitudo, quia membrum dominans quod est in quolibet viuo: quodcumque membrum distat ab eo, minorat in gradu suo: quod autem appropinquat ei est honorabilior. Sic contingit in vniuersitate mundi: quoniam omne corpus quanto propinquius est centro terre, tanto erit densius & grossius: & motus eius erit grauior propter suam distantiam a corpore nobiliori, lucido, claro, mobili, subtili, & simplici. i. caelo: quanto vero corpus propinquius est ipsi, conseruitur aliquid de praemissis dispositionibus caeli, secundum suam propinquitatem & praeminebit alii quod est infra ipsum. Tertium vero est quod illa virtus rationalis est potentia in corpore, nec separata ab ipso. Creator vero non est potentia in corpore mundi: sed est abstractus ab vniuersis partibus mundi: & regimen ipsius & cura conseruitur mundo in suo vniuerso conseruitur

Predicta similitudo vniuersi ad hominem deficit in tribus.

latet nos quomodo creator iugat mundo in suo regimine. ctione: cuius dispositio & veritas latet nos: & vires hominum deficiet in eius apprehensione. Probatio vero inuenta est in illis quae significant regimen ipsius, & curam eius, & prouidentiam in vniuersis partibus mundi: etiam in rebus vilibus: laudetur qui potest super illum cum sua perfe ctione. Scias autem quod decens erat vt assimilarem comparationem creatoris ad mundum com parationi intellectus adepti ad hominem qui non est virtus in corpore, sed est abstractus a cor pore abstractione vera: & effundit de splendore virtutis suae super ipsum. Similiter etiam erat conueniens assimilare virtutem rationalem intellectui celorum quae inuenitur in corporibus, nisi quia maneries intellectus caelorum, & essentia intellectus separati, & intelligere maneriem in tellectus adepti, quod similiter est separatus super res quae indigent consideratione & inquisitione. & demonstrationes ipsorum sunt valde profundae: licet sint verae, & oriuntur in eis multae dubita tiones: & ratiocinatione multa opus est ei, qui vult in talibus laborare. Nos autem elegimus in primis vt intelligas vniuersum esse in forma manifesta, cui non potest contradici secundum om nia quae narrauimus narratione simplici, nisi ab altero duorum: vel a stulto qui etiam ignorat ma nifesta: sicut ignarus Arithmetice contradicit quibusdam quae demonstrata sunt: vel ab alio qui ele gerit roborare consilium antiquorum, & deceperit animam suam. Qui vero voluerit considera re, consideratione vera exerceat animam suam in addiscendo, donec probetur ei veritas omnium quae diximus. Et necessarium est scire quod illa est forma huius mundi firmi in suo vniuerso sine du bio & mendacio. Et si voluerit ista recipere quae probata sunt recipiat ea: & edificet sup illis suas opiniones & demonstrationes: quia si voluerit recipere illa principia, & studuerit in talibus: tunc probabit ei quod res ita se habet. Ecce inquisuimus ista, & ita est: post illud vero stramentum quod praeparauimus, incipiemus, & narrabimus quod promisimus nos narraturos.

Quaestiones quatuor complectentes duodecim narranda. Capitulum. LXXII.

Cito quod antecedentia communia quae fundauerunt loquentes secundum varietatem opinio num istarum, & multitudinem viarum suarum: & quae sunt eis necessaria in astruendo illa quae volunt astruere in quatuor quaestionibus, sunt duodecim, quae narrabo tibi. Postea vero explanabo tibi rationem cuiuslibet illorum, quod sequitur ex eo. Primum est firmitas substantiae separatae. Secundum est essentia vacui. Tertium est, quod tempus componitur ex instantibus. Quartum est, quod substantiae accidunt multa accidentia. Quintum est, quod in substantia singulari coniungantur accidentia quae narrabo, nec est sine ipsis. Sextum est, quod accidens non durat in duobus instantibus. Septimum est, quod idem est iudicium in dispositionibus & earum priuationibus: & vtraque sunt accidentia, & indigent operatore. Octauum est, quod in vniuersitate rerum id est in omnibus creatis, non est nisi substantia vel accidens: & quod formae naturales sunt acciden tia. Nonum est, quod accidens non est subiectum accidentis. Decimum est, quod id quod possibile est esse non probatur ex eo quod conuenit de illa essentia illi cogitationi. Undecimum est, quod non differt in remotione infiniti, siue in actu, siue in potentia, vel secundum accidens. Duodecimum est, quod sensus errant: & non est credendum in dicto eorum: nec accipienda sunt ab eis principia demonstra tionum. Post enumerationem igitur praedictorum incipiam exponere rationes illorum, vt expla nem quod sequitur ex qualibet illarum. Ratio igitur Primi est: Dixerunt siquidem quod mundus vniuersa liter, scilicet omne corpus quod est in eo, est compositum ex partibus valde paruis, quae non habent partes praeter nimiam sui paruitate: & nulla illarum particularum habet quantitatem villo modo: & cum vna coniuncta fuerit alii, compositum ex eis habebit quantitatem: & tunc erit corpus: & si con iungerentur duae de particulis illis, tunc vtraque pars esset corpus, & fierent duo corpora secundum quosdam illorum. Omnes autem illae particulae sunt similes sibi inuicem: & nulla diuersitas est inter illas: & dixerunt quod nullum corpus potest esse, nisi compositum ex istis particulis similibus positione & loco. & secundum eos generatio est congregatio: & corruptio segregatio: neque nomi nat corruptionem, & generationem: sed segregationem, & congregationem, motum, & quietem. Dixerunt etiam quod illae particulae non communicant in esse, sicut credit Epicurus: & alii, qui ponunt atomos: sed creat semper substantias istas quando vult. Quod si ita est, possibile dicemus vt deficiat, & adhuc dicam tibi opinionem illorum in priuatione substantiae. Secundum antecedens, dicentes locum esse va cuum, credunt quod est aliquid vel aliquod spatium, in quo nihil est omnino: sed est priuatum omni corpore & substantia: & hoc antecedens est eis, necessarium: quia credunt primum. Nam si mundus fuerit plenus dictis particulis, quomodo mouebitur mobile: nec accedit in cor, quod vnum cor pus intret in aliud: nec coniunguntur atomi, nec segregantur nisi per motum. Quod si ita est, necesse

Primum.

Secundum.

est omnino vt locus aliquis sit vacuus, in quo possint atomi congregari & segregari: & continget motus rei mobilis in loco vacuo, in quo nulla est substantia. Tertium antecedens est, quod tempus componitur ex instantibus: & sic erunt tempora multa indiuisibilia praeter sui paruitate: & istud antecedens est eis valde necessarium propter primum: quia ipsi viderunt demonstrationes Aristoteli quibus probauit quod magnitudo, & tempus, & motus localis sunt equalia in esse. Id quod vna est comparatio vnius partis ad aliam: & sicut vnum diuidit, ita & aliud. Et scimus etiam veritatem quod si tempus fuerit continuu, & rece perit diuisionem in infinitum, sequitur necessario vt diuidat pars eius, indiuisibilis secundum ipsos, idem contingit in magnitudine continua. Vt diuidat pars quam ipsi posuerunt indiuisibile, sicut expla nauit Aristoteli in auditu naturali. & ideo conueniunt in hoc, quod magnitudo non est continua: sed componitur ex partibus indiuisibilibus. Simile accidit in tempore. Id quod habet partes indiuisibiles. Ver bi gratia: Hora quidem habet. lx. momenta: momentum. lx. secunda: quilibet secundum. lx. tertia: & sic omni bus modis secundum ipsos peruenitur ad partes multas quae non diuiduntur: nec recipiunt diuisionem sicut & spatium. Tempus autem habet positionem & ordinem: & ignorat veritatem substantiae temporis omnino. Postquam enim subtiles philosophorum disputauerunt de natura temporis, quam quidam eorum non intellexerunt donec Galenus dixit, quod est res spiritualis: nec est apprehensa veritas ipsius, quanto magis ignorat ipsum istum qui non apponunt animam cogitationi rerum super naturam suam: Faciam te scire ad quod credendum ducti fuerunt, secundum praedicta tria antecedentia. Dixerunt quod motus est mutatio substantiae se paratae de numero atomorum vnius scilicet singularis substantiae ad aliam substantiam propinquam: & ex hoc sequitur quod non est vnus motus velocior alio. Et secundum hanc positionem dixerunt, quod vides duo mobilia peruenire ad duos terminos diuersos in remotione, in eodem tempore: non est quia vnius motus sit velocior alio: sed causa eius est, quia mobile cuius motus dicitur tardior, habet plu res quietes in spatio suo, quam illud quod dicitur velocius. Et ideo dixerunt in sagitta fortiter ab arcu emissa quod sunt quietes in spatio motus ipsius. Quod autem credis moueri motu continuo aliquid, hoc contingit ex errore sensuum, & breuitate in apprehendendo: multa enim sensata vt apprehenduntur a sensibus, secundum quod dixerunt in positione duodecima, ab ipsis quaesitum est de circuitu perfecto mole in hunc modum: Pars exterior vltima circūdat in eodem tempore totum spatium circuli maioris, in quo pars propinqua centro circūdat minus spatium secundum paruitatem circuli: ergo motus partis vltimae exterioris est velocior motu interioris partis pro pinquae centro. Nec possunt dicere quod illa pars interior habet plures getes in spatio suo: quoniam totale corpus est continuu. scilicet mola. Ad hoc autem responderunt dicentes, quod in tempore circuitus parti culae illius partis interioris designant: & quietes quae sunt in spatiis partis interioris sunt plu res quam quietes quae sunt in spatiis partis exterioris a centro remotae. Sed obiectum est eis, cum mola sit vnum corpus continuu quod vix frangitur malleo: quod cum mouetur circulariter, designatur: & cum quiescit, coniungunt particulae ipsius, quae sic dispartiuunt. Ad hoc responderunt quod est in duodecima positione. scilicet quoniam apprehensio sensuum non probat aliquid: sed dat testimonium intelligibili. & non pu tes quod istud quod dixi est maius inconueniens quod sequitur ex tribus positionibus: Quod enim sequitur ex opi nione essentiae vacui, est magis mirum: nec istud quod praedixi est magis mirum quam quod diameter qua drati sit aequalis lateri secundum hanc opinionem, donec quidam dixerunt quod quadratum non est: & vniuersaliter secundum primam positionem asserunt probationes Aristotelice: & dupliciter loquuntur de hoc, vel quod illa omnia vana sunt, sicut species cogitationum vanarum: vel erunt demonstrationes non si mitae nec certae: sicut si diceremus, volumus secare lineam in duas partes eius substantiae: si fuerint impares, non diuidetur in duo equalia secundum suam positionem. Et scias quod filius Sequit Mauri habet li brum de ingeniis, quod est scitus: & sunt in eo plura quam centum ingenia probata, & exierunt in actu. Si autem esset in creaturis locus vacuus: nullus illorum astrueret: & plura opera in ductu aquarum perirent. Finierunt autem dies suos & annos, in duzendo rationes ad astruendum praedictas positiones, & illis similia. Reuertar autem nunc ad explanandum rationes positionum praemissarum. Quarta positio siue antecedens est, quod accidentia sunt: & sunt res additae super substantiam: & nullum corpus est sine aliquo illorum. Haec autem positio vera quidem esset & manifesta: si sufficisset eis securum hunc modum: sed dixerunt quod omnis substantia in qua non est accidens vite, non potest esse gra uis in ea accidens mortis: quoniam omnium duum contrariorum necesse est vt alterum insit suo susceptibili: & sic erit in illo color, & sapor: motus, vel quies: congregatio, vel segregatio: quod si fuerit in eo accidens vitae, non potest esse quin sint in eo alia accidentia: sicut scientia, & stulticia, & voluntas vel eius contrarium, & potentia vel debilitas: vel apphensio, vel contrarium eius. Et vniuersaliter quod conuenit viuo, est in ipso, vel ipsum, vel contrarium eius. Positio quinta est, quod dixerunt quod in

Tertium.

Opinio de tempore.

Galenus dixit quod tempus est res spiritalis.

De motu continuo mola.

Arithmetica.

Quarta.

Quintum.

Substantia separata firman: nec pot euadere ab ipsis. Huius aut positionis expositio est, q quali  
 bet substantiarum separatarum quas creator creat, habet in se accidentia, sicut colorem, odo-  
 rem, motum, quietem, sed non quantitatem: quia nulla ipsarum habet quantitatem: Quanti-  
 tas enim secundum ipsos non dicitur accidens. Secundum hanc igitur positionem opinantur  
 ipsi q omnia accidentia quae inueniuntur in quocunq corpore corporum, non sunt in ipso se-  
 cundum suum vniuersum: sed tale accidens, secundum ipsos, inuenitur in qualibet atomoru  
 ex quibus componitur illud corpus. Verbi gratia, Albedo partis niuis non inuenitur in suo  
 vniuerso solimodo: sed in qualibet substantiaru illius niuis est albedo: & idcirco inuenitur al-  
 bedo in composito ex illis, idē dixerūt in corpore mobili, q qualibet substantiaru suarum sepa-  
 ratarum mouetur: & idcirco totum mouetur. Similiter secundum ipsos vita inuenitur in qua-  
 libet atomo viui: sic & sensus inuenitur in qualibet substantia separata sentientis: quia vita, &  
 intellectus, & sensus, & scientia, secundum ipsos sunt accidentia: sicut albedo, & nigredo: sicut  
 explanauimus in eoru opinionibus: sed obiectum fuit eis in anima. Conuenerūt autem in hoc  
 q est accidens inuentum in vna substantia separata de vniuersitate substantiarum, ex quibus  
 componit ho: & illa vniuersitas dicit habere animam: quia substantia separata est intra ipsa vniuersita-  
 tem. Quidam autem eorum dicunt q anima componitur ex atomis: quae sine dubio conueniūt  
 in accidente, per quod sunt anima: & quidā dixerūt q ipse virtutes & ipse substantie coniungū-  
 tur cum substantiis corporeis: & non euadunt quin rationem anime ponant accidens. Sed in  
 intellectu vidi q conueniebant q est accidens in substantia separata de vniuersitate intelligē-  
 tis. In scientia vero dubitant multum vtrum sit accidens inuentum in qualibet substantiaru  
 de vniuersitate scientis, vel si est in vna substantia tantummodo. Secundum vtranq istaru se-  
 quuntur multae diuersitates. Obiectum est autem eis in eo qd inuenimus in metallis, & lapi-  
 dibus. Quaedā illoru sunt viridis coloris: & ex eis fit terra alba: p qd pbat q istud accidēs inue-  
 nit in composito: nō in qualibet particularu illar. hoc etiā manifestius apparet q partes a viuo  
 decise nō sunt viue, & hoc est signū q illa res firmat i vniuerso: nō i qualibet particularu. Ad  
 hoc autē dixerūt q istud accidēs nō habet firmitatē, sed creat semper, sicut explanabit consiliū  
 eoru in positioe q sequit post ista. ¶ Sexta positio. Dixerūt q accidēs nō durat p duo instātia.  
 Huius aut rō est, qa putat q creator creauit substantia: & creat i ea accidēs qdlibet: & abo crea-  
 tur pariter: qa nō pot cōtingere vt creator creet substantia sine accidente. hoc ei est impossibile, ve-  
 ritas aut accidētis & ei<sup>9</sup> ratio, est q nō durat, nec firmat duob<sup>9</sup> instātib: sed cū creator acci-  
 dēs istud pterit, nō remanet accidēs eiusdē speciei: quod etiā pterit: & postea creat iterū: & sic  
 semp est dū creator vult q pmaneat illud accidēs, q si creator vellet creare specie aliā acciden-  
 tis in eadē substantia, crearet illā, q si cessaret a creatioe accidētū, cōtingeret priuatio substantie.  
 Hec est ratio pluriū illorū: & ille sunt creatioes accidētū, secundū istos. Quidā vero illorū q di-  
 cūt societas separor, dicūt: q qdā accidentia remanēt i tpe: alia vero nō: & i hoc nō habēt rōnē  
 ppter quā, dicūt q istud accidēs remanet, & illud nō. Qd aut induxit eos i hanc sentētia, est vt  
 nō dicāt qa natura est aliquo mō: & q natura hui<sup>9</sup> corporis facit vt accidentia talia remaneāt  
 in ipso: sed dicūt q creator creauit illa accidentia absq medio quocunq. Et cū hoc dixerint, seqt  
 de necessitate, secundū sentētia eoru, vt nō remaneat illud accidēs. Si enim dixeris, durabit quo-  
 dā tēpore, & postea deficiet: quere q fuit causa quare defecit, & si dixeris q creator fecit vt  
 deficeret cū vult, hoc nō potest asseri secundū opinionē illorū: quoniā operator nō operatur pri-  
 uationem: quia priuatio nō eget operatore: sed cū cessat operator ab operatione, contingit pri-  
 uatio illius operis, & hoc est verū secundū partē illorū. Et ideo peruenerūt ad hoc vt dicerēt q  
 nō est natura quae faciat rem esse, & priuationē eius. Dicunt enī q accidentia creant vni post  
 aliud: & cum creator voluerit perdere substantiam, non creabit accidens in ea: & cōuertetur  
 in priuationem. Hec est ratio cuiusdam partis illorum. Sunt autem alii qui dicunt q cum  
 voluerit perdere mundum creabit accidens finis, & corruptetur: & finis ille resistet facturæ  
 mundi, & praeualebit ei. Secundum hanc positionem, siue antedē, dixerūt q pānū tinctum  
 rubrum, secundū q nos credimus, nos nō tingimus: q creator innouauit ruborem in panno  
 cum adiuncta fuerit tinctura rubea: & sicut nos credimus, ab illa tinctura tinctus est pannus.  
 ipsi vero dicunt, non est ita: sed creator fecit vt consuetudo currat sicut solet, vt tinctura ni-  
 gra non innouetur in tincto, exempli causa, donec pannus coniungatur nigro tingenti: nec  
 remanet nigredo quae creator creauit in cōiunctione tingentis & tincti: sed illa transit statim  
 & creat post illam aliam nigredinem: & sic fecit creator consuetudinem currere, vt non crea-

Sextum.

Septimū.

ret post defectionem nigredinis ruborē vel pallorē: sed nigredinē similit prior. Sequitur etiā  
 secundū hanc positionē q nō habem<sup>9</sup> hodie sciētias quas heri habuim<sup>9</sup>: sed peuntrib<sup>9</sup> illis creatae  
 sunt alię similes eis: qa sciētia est accidēs. Similiter sequit q multę alię creatur in singulis ho-  
 ris in aialibus secundū illos q credūt anim esse accidēs. tēpus enī secundū ipsos cōponit ex instā-  
 tibus. Dixerunt etiā secundū hanc positionē q cū penna mouet, nō mouet eā hō: sed motus eius  
 est accidēs creatū in ipsa. Similiter motus manus mouētis pēnam est accidēs creatū in manu.  
 Sed creator fecit currere cōsuetudinē vt adiungat manus motui penne: nō q aliqua pēminen-  
 tia sit in manu quantū ad hoc, vel q sit causa motus pēne: qm accidēs nō trāsit in aliud. Et cō-  
 uenerūt oēs i hoc q pānus albus missus i vas nō debet tingi niger: ipse se tinxit: qa nō tinxit  
 eū tinctura nigra: qa nigredo est accidēs in corpore nigro, qd dicit tingēs: nec trāsit ab ipso ad  
 aliud. Et nullū corpus operat aliqd vllō mō: sed operator vltimus ipse est creator q renouauit  
 nigredinē in corpore pāni: qm cōiunctū fuit ei corpus tingēs nigrū. Sic enī fecit currere cō-  
 suetudinē. Vniuersaliter aut nō dicit q est causa illius aliquo mō: & hec est opinio gētis sue.  
 Quidā autē ipsorū crediderūt in causas, & cōtradiciūt aliis. In actionibus aut hominum diuisi  
 sunt, & plures eoru, & vniuersitas scientiū dicunt q ad motū istius pēne creauit Deus qua-  
 tuor accidentia, quorū nullū est causa alterius, sed coniungunt in esse. Primū accidens est vo-  
 luntas motoris ad mouendū pēnā. Secundū, est potētia ipsius ad mouendū ipsam. Tertiu, ipse  
 motus. Quartū vero, motus pēne. Dicit enī q cū hō vult aliqd facere & facit illud sicut cogi-  
 tauit: creata est in ipso volūtas & potētia vt faceret qd voluit: & creata est ei operatio: quia nō  
 operatur cum potentia creata in ipso: nec ipsa potentia p̄minentiam habet in opere. Socie-  
 tas vero separata dicit q operatur cum potentia quae est creata in ipso. Quidam autem de so-  
 cietate sentientium dicunt q potentia creata aliquam p̄minentiam habet in operatore, &  
 adharet ei: Alii vero negauerunt istud. Secundum sententiam autem omnium, voluntas illa  
 creata & potentia & operatio creata sunt accidentia: nec habēt firmitatē: sed creator creat in  
 penna motū post motū: & sic semper est dum penna mouetur, non quiescit etiam donec crea-  
 tur quies in ipsa: nec est prohibitum vt creetur in ipsa quies post quietem dum penna quiescit.  
 In singulis instantibus Deus creat accidentia in omni genere rerū ab angelo vsq ad cælū & in  
 aliis que sunt praeter ipsa. Et dicit q illa fides est praelecta: quia creator est operator: qui vero  
 non credit q creator ita operatur, secundum eos negat q creator est operator. In huiusmodi  
 autem opinionibus necessarium est in oculis meis, & in oculis cuiuslibet intelligentis dicere  
 sicut derideris hominē, derideris ipsum: hac est ratio derisionis vestrae. ¶ Septimū antedē.  
 Credunt ipsi in priuationes dispositionum q sunt res existentes in corpore: & additae ipsius  
 substantia: & sunt accidentia creata semper vnum post aliud. Huius rei expositio est. Non vi-  
 dent ipsi q quies est priuatio motus: & mors est priuatio vitæ, vel cecitas priuatio visus, & si  
 milia istis quae sunt priuationes dispositionum. Iudicium vero quietis & motus apud eos est  
 sicut iudicium caliditatis & frigiditatis. Sicut ergo calor & frigus sunt accidentia duo: ita  
 motus omnis est accidēs creatum in immobili: & quies accidēs quod creauit Deus in quieto  
 nec durat duobus instantibus, sicut praemisimus in positione praecedente istam, & secundum  
 ipsorum sententiam creauit Deus quietem in qualibet parte particularum corporis quieti:  
 & cum definit esse vna quies, creatur alia cum corpus quiescit. Eandem positionem tenent in  
 scientia & ignorantia: quia ignorantia est aliquid, scilicet accidēs: & semp deficiēte vna crea-  
 tur alia, dū ignorās ignorat. Idē sentiunt de vita & morte, quae ambo sunt accidentia: & credūt  
 quia trāsit vna vita, & creat alia dū viuū viuūt. Cum vero creator vel ipsum mori creat in eo  
 accidens mortis: vt accidens succedat accidenti: qm trāsit accidēs vitæ qd nō durat duobus  
 instantibus: & hoc omnes credunt. Et sequitur necessario secundū hanc sentētia q accidēs  
 mortis qd creator creat, deficit statim, & creatur alia mors: & nisi sic esset, mors nō esset: sed si  
 cut creat vitam post aliam vitam: sic & mortem post aliam mortem. Vellem scire quanto tē-  
 pore creator creat in mortuo vnam mortem post aliam: vtrum dum figura eius durat: &  
 & substantia substantiaru ipsius, qm secundū ipsos creator creat accidēs mortis in qualibet substā-  
 tia separata illar substantiar. Nos aut inuenim<sup>9</sup> mortuos post mille annos, nec creator destru-  
 xit illam substantia & creauit in oib<sup>9</sup> istis accidens mortis in illo mortuo, cū em transit mors  
 creat animam: hac est sententia vniuersitatis illorū. Quidā illorū de secta separata, dicūt q quedā  
 priuationes dispositionū nō sunt res entes: sed dicunt q debilitas est priuatio fortitudinis, &  
 ignorantia sciētie. Nec dicūt idē in omni priuatione: nec dicūt q obscuritas est priuatio lucis

Nota p ro-  
 tū istud ca-  
 pitulū mi-  
 rabiles abu-  
 siones.

Septimū.

Octauum.

Nonum.

Decimum.

hec quies priuatio morus. Ponit aut quasdam priuationes esse, & quasdam solum esse priuationes, secundum quod sibi videt in opinione sua: sicut dixerunt in permanetia accidentium quod quedam durant tempore longo: alia vero non durant duobus instantibus. Intentio aut illorum in omnibus est vt excogitet essentiam rerum, quarum natura conueniat suo sensui, & opinioni. Octaua positio est, quod dixerunt quia non est nisi substantia & accidens: quoniam forme naturales sunt accidentia. Huius autem expositio est, quod omnia corpora, secundum ipsorum sententiam, sunt composita ex substantiis similibus sicut exposuimus in antecedentibus primis: sed bene differt ab alio in accidentibus tantummodo. Et erunt secundum ipsos virtus vitae, & virtus sensibilis, & virtus rationalis, accidens, sicut albedo, & nigredo, & dulcedo, & amaritudo, donec fit differentia singularis ad singulare alterius speciei: sicut est differentia vnius singularis ad aliud eiusdem speciei: & corpus celi, secundum ipsorum sententiam, & corpus angeli, & corpus throni glorie, sicut ascendit in cor: & corpus cuiuscumque serpentis in terra, vel cuiuscumque planetae, omnia sunt vna substantia: & differunt tantummodo in accidentibus: & substantie omnium sunt substantie separatae. Nonum antecedens est, quod dixerunt quod pars accidentium non sustinet aliam: & non dicunt quod hoc accidens fertur ab alio accidenti: & illud aliud a substantia: sed omnia accidentia fundantur in substantia principaliter & aequaliter. Ideo autem fugiunt hoc: quia sequitur quod secundum accidens non est in substantia nisi post positionem accidentis primi: ipsi autem voluit istud in parte accidentium: & voluit quod oportet vt sit pars accidentium in qualibet substantia: ita quod non terminet per aliud accidens: sicut vident quod omnia accidentia sunt terminata. Est etiam alia ratio, quia fundamentum super quod eriguntur quae debet erigi, necesse est vt vniuersaliter sit firmum aliquo tempore. Cum vero accidens secundum ipsos non duret duobus instantibus, quomodo potest secundum hunc modum ferre aliud praeter se? Decima positio est. Transitus ille cuius faciunt mentionem, & haec est columna scientie verbi. Audi ergo rationes ipsorum. Scias quod ipsi vident: quod quicquid ascendit in cor, transit versus intellectum: sicut si pila terre conuerteretur in caelum circumdans: & caelum in pilam terre. Et transit quod caelum cadit in inquisitionem intellectus: & si moueret ignis versus centrum terre: & pila terre versus circumdandas. Et dicunt quod locus ille non est magis conueniens huic corpori quam alius locus: secundum quod capit intellectus. Similiter in omnibus rebus oportet vt sint maiores quam sunt, vel minores, vel aliter quam sunt in loco, vel figura. Verbi gratia: Vt sit homo sicut mos magnus, & habet capita multa, & volat in aere: vel quod sit elephas paruus sicut animal minimum, vel minimum sit sicut elephas. haec omnia secundum ipsos transierunt in intellectum: & dicunt quod secundum hanc viam transitus & regit & trahit mundus: omnia autem quae sic se habent, quod possibile est vt sic sint: neque re sic esse magis est conueniens, quam sic esse: absque eo quod non apponit cor in eo quod conuenit rebus secundum quod oportet: quia rerum vniuersitas dicitur quod habet formas notas, & masureas scias, & dispositiones conuenientes: quae non variant, nec mutant. sic etenim est consuetudo regis quod non transit per plateas ciuitatum nisi eques: nec ostendit se nisi sic: nec tamen est impossibile apud intellectum vt incedat pedes per viam: imo est possibile, & intelligibile est vt ita fit. Sic etiam dixerunt quod terram moueri versus centrum, & ignem sursum, vel esse ignem comburentem, vel aquas infrigidariuas, est consuetudo, & non est impossibile in intellectu mutari consuetudinem istam. vt ignis infrigidet & moueat deorsum dum est ignis: & quod aqua comburat, & moueat sursum dum est aqua: & super hoc fabricauerunt omnem rationem. ipsi tamen conuenerunt in hoc quod coniunctio duorum contrariorum in eodem subiecto, & in eodem tempore est impossibilis: & intellectus vt capit istud. Sic etiam dicunt quod eorum quod impossibile est substantiam esse omnino sine accidente: vel accidens sine substantia: nec istud transit intellectus. sic etiam dicunt quod non potest conuerti substantia in accidens: vel e conuerso: & quod corpus non intrat in corpus: sed concedunt illa esse impossibilia ex parte intellectus. Omnia enim quae dixerunt impossibilia non ascenderunt in cor villo modo. Quae autem vocauerunt impossibilia ascenderunt in cor philosophi. Tamen dicunt istud quod dicitis impossibile: quia non ascendit super cor: & hoc possibile secundum nos est, quod est possibile in eo quod ascendit super cor nisi versus intellectum. ipsi vero in hac positione inspexerunt, necessarium transibile non est. Quoniam sunt in cogitatione assimilatiua: & quoniam in intellectu: & quoniam in principio cogitationis principabilis: sicut dixit Albumazar Maurus sapiens, in loquendo de eo quod loquentes vocabatur intellectus. Iam patet secundum eos, quod id quod ascendit in cogitationem est possibile, siue prineat ad vniuersitatem rerum, siue non. Quicquid vero non ascendit in cor, est impossibile. Haec autem positio non firmatur nisi per nouem antecedentia quae praecedunt, & idcirco necesse fuit vt praemitterentur.

Dialogus. q. Expositio vero huius est secundum quod narrabo tibi: & detegam tibi arcana istarum rerum secundum loquentis & ordinem altercationis, quae est inter philosophum & loquentem. Loquens dixit philosopho. Cur inuenitur corpus ferri in fine ductilitatis & fortitudinis: & est nigrum: corpus autem butyri

in fine teneritudinis & debilitatis: & est album. Respondit philosophus dicens, Omne corpus natura Responso quod naturale habet duo genera accidentium. Quedam enim sunt in eo ex parte materiae, sicut sanitas & egritudo in homine. Alia vero accidentia proueniunt ex parte forme, sicut timor, & risus in homine. Materiam vero corporum quae sunt composita compositioe vltima, sunt valde diuersae secundum formas appropriatas ipsis materiis, donec substantia ferri fuit contraria substantiae butyri: & consequuntur illa genera accidentium. Varia accidentia: sicut vides fortitudinem in vno & debilitatem in alio, secundum accidentia quae sequuntur diuersitate formarum. Nigredo vero & albedo sunt accidentia quae sequuntur diuersitate materiae propinque. Loquens vero destruit istam resolutionem cum istis positionibus suis, sicut dicam tibi. Dicere enim, nulla forma est omnino sicut tu putas, quod disponat substantiam vt fiat substantie diuersa: sed omnia sunt accidentia sicut ostendimus ex verbis ipsorum in octaua positione: sicut dicit quod non est differentia inter substantiam ferri & substantiam butyri: quia omnia sunt composita ex substantiis separatis sibi similibus: sicut ostendimus in positione prima: ex qua sequitur necessario secunda & tertia, sicut exposuimus? & similiter positio duodecima est necessaria in firmitate substantiae separatae. Non astruit etiam apud loquentem quod sunt aliqua accidentia in substantia donec fit in eis aptitudo praesto ad recipiendum accidentia secunda: quoniam secundum ipsum, accidens non est subiectum accidentis, sicut exposuimus in positione nona: & accidens non habet firmitatem, sicut diximus in positione sexta. Cum ergo probat loquenti quod vult secundum suas positiones, sequitur ex hoc quod substantie ferri & butyri sunt substantie similes. Et comparatio cuiuslibet substantie ad quodlibet accidens est vna: nec illa substantia est magis conueniens huic accidenti quam alia: & sicut motus in hac substantia separata non est magis conueniens quam quies: sic nulla illarum substantiarum est magis conueniens quam alia recipere accidentia vite, vel accidens intellectus, vel sensus. Et multitudo substantiarum, vel paucitas nihil addit in hoc, quoniam accidentia sunt in qualibet illarum substantiarum, sicut explanauimus in verbis eorum in positione quinta. Sequitur igitur ex omnibus positionibus istis quod homo non est aptior ad intelligendum quam serpens: & sequitur quod dixerunt de transitu in illa positione. Propter hanc igitur positionem fuit omnis labor: quoniam est finis rationis in assertionem cuiuslibet rei quam vult astruere. Nunc ergo incipiam instruere quod necesse est vt astruat, sicut explanabit. Scias igitur, quicquid inspicis librum istum, quod si sciueris naturam animae, & virtutes eius: & si sciueris quod veritas cuiuslibet rei est secundum suam existentiam: iam feci te scire, quod cogitatio virtutis imaginatiuae inuenit in pluribus rerum viuarum, vel animarum. Viuum enim quod est perfectum, habet cor, probat in essentia illius virtutis imaginatiuae: hoc vero non cognoscit per illam virtutem: nec est operatio illius virtutis, sicut operatio intellectus: sed est alio modo: quoniam intellectus quod dissoluit composita, & cognoscit partes illorum, & intelligit illas, & spoliat in veritate sua, & in causis suis: apprehendet animalibus ex vna re multas, inter quas est differentia in intellectu: sicut differentia duorum singularium operatio in intellectu. Qualis est hominum in existentia quantum ad praedictam virtutem. Intellectu vero cognoscuntur vniuersalia, in quibus conueniunt singularia: neque verificatur demonstratio, nisi in vniuersalibus. Intellectu vero cognoscunt substantiale & accidentale. Virtus vero supradicta non habet aliquam demonstratio nisi istarum opinionum: quoniam ipsa non apprehendit nisi singulare concretum: sicut apprehendit a sensibus, vel coniungit diuersa in essentia: & componit vnam partem cum alia: vel in corpore quocumque: vel in virtutibus corporalibus: sicut si imaginatur imaginetur hominem cum capite equi: & quod habeat alas in vniuersalibus. & similia istis: & illa vocat cogitatio falsa: quia nullo modo conuenit essentia rei: & talis cogitator nullo modo potest recedere a materia in apprehensione sua: licet spoliat formam quacumque in fine spoliationis: & ideo demonstratio non est in cogitatione. Audi nunc quod vobis probatum est in scientiis disciplinalibus: & quod honorabilis res est, quam addiscimus in ipsis. Scias quod quedam sunt quae cum probantur in cogitatione, non apprehendunt villo modo: sed inuenit impossibilitas in ipsorum informatione, sicut impossibilitas in coniunctione duorum contrariorum. Postea vero probat demonstratione essentia illarum, quas fuit impossibile transire in illam cogitationem: & eum perduxit ad veritatem, sicut dicam tibi. Si cogitaueris in animo tuo sphaeram magnam, sicut tibi placuerit, etiam secundum quantitatem vltimi celi circumdatis omnia: & cogitaueris diametrum transire per centrum sphaerae: & posueris in cogitatione tua quasi sint duo homines in extremitatibus lineae pertransientis tumorem terre: secundum rectam opinionem, scias quod non effugiet: quoniam illa linea sit aequalis in extremitatibus sphaerae, vel inaequalis. quod si fuerit aequalis, cadet ambo: si vero fuerit inaequalis, cadet inferior: & alius stabit. Istud est igitur quod apprehendit cogitatio: probatum est autem quod terra est spherica. Et ex utraque parte ipsius secundum opinionem est habitata: & vtriusque habitantis in extremitatibus caput est versus celum, & pedes ipsius versus pedes alterius sibi oppositi. neuter tamen cadet, nec transit in cogitationem cuius eius. Non enim alter eorum est infra, & alter supra: sed vterque est infra & supra cum fuerit relatus

Cogitatio imaginatiua inuenit in pluribus animalibus. Qualis est operatio in intellectu. Non verificatio nisi in vniuersalibus.

Mathema ad alterū. Demōstratū est etiā in secūda parte de mensis indisciplinabilibus, q̄ due linee sunt in principio suo aliquatū distātes: & quāto magis protrahant diminiūt distātia, & appropinquant sibi, & tū nūq̄ cōcurrēt licet protrahant in infinitū, & vtraq̄ appropinquet alteri. Istud vero nō cadit in illā cogitationē, & illarū duarū linearū altera est recta: altera vero curua, sicut ibi explanabit. Iam enī demōstratū est aliquid esse qd̄ nō apprehendit ab ipsa cogitatione: immo est impossibile quātū ad ipsam: sic etiā demōstratū est impossibile esse aliquid qd̄ cogitatio asserit: sicut hoc q̄ creator est corpus, vel virtus in corpore: quoniam secundū illā cogitationē nihil est nisi corpus, vel qd̄ est in corpore. Cū autē probat q̄ aliud est intelligere necessariū, & trāsibile, & impossibile: & quid est cogitatio: O q̄ bona est illa ratio, & magna est eius vtilitas, volētī curari ab illa morte. Ne trahat post cogitationē. Et ne putes q̄ loquētes ignorāt istud: immo sciunt & cognoscunt. Vocant autem quicquid cadit in cogitatione & est impossibile, sicut creatorē esse corpus primū: & sepe vocāt hoc cogitationē falsas: ideoq̄ necesse fuerūt eis nouā positiones quas prāmissimus, donec per illas firmauerunt decimam positionem, quā est facere transire: quia voluerunt vt transiret in cogitationibus: quia substantiā sunt assimilata: & accidētia variantur, sicut explanauimus. Appone ergo cor tuum tu speculator: & vide qualiter nascitur ex hac via consideratio profunda: quoniam aliquis dicit informationes istas eē intellectus: alius vero q̄ sunt informationes cogitationis. Volumus autē inuenire modum q̄ discernat intelligibilia a cogitabilibus. Q̄ si dixerit philosophus: quia ipsa res est testis sicut ipse dicit: & in ipsa probabimus necessarium, & trāsibile, & impossibile: Dicit ei loquens qui est ei contrarius: Dico ergo q̄ res ista est operata cum voluntate, nō q̄ hoc fuit necesse. Et cū operator operatus est hoc modo, oportebit vt operaret alio mō: nō q̄ informatio intelligibilis p̄cise iudicet: quia nō debet aliter eē sicut tu putas. Hęc autē est porta trāsitus aduersus me in verbis q̄ audies in quibusdā locis hui⁹ libri: nec oportet vt verbū istud vniuersaliter repellat.

**Vndecimū** C Vndecimū añcedēs siue positio est, q̄ dixerūt quā vacuū & inane est ponere ei⁹ infinitū quo cūq̄ mō. Hui⁹ autē expositio est: scitū est p̄batione impossibile esse magnitudinē esse infinitā: vel multā esse numero infinita licet sint finita magnitudine: ita q̄ ipsa infinita sunt eodē tēpore. Similiter vanū est ponere causas esse infinitas, sicut vnum sit causa alterius, & aliud causa illius: & sic in infinitum: vt sint infinita multitudinē existētia in actu, siue sint corpora, siue abstracta a corporibus: ita q̄ vnum sit causa alterius, & sic est ordo naturalis substantialis in quo probat impossibilitas infiniti: ens vero infinitū potētia, vel secundū accidens probat q̄ sit sicut diuisio magnitudinis in partes infinitas potentia, & diuisio tēporis in infinitū. In quibusdā autē necessaria est cōsideratio in his quā sunt infinita p̄ accidēs: cū vnū succedit alio sublato, sicut vna res succedat post alterius priuationē: & alia post priuationē illi⁹: & sic in infinitū, & in hoc est cōsideratio profunda. Quicūq̄ vero dicit q̄ probata est antiquitas mūdi, dicit tēpus nō habere finē: nec ex hoc sequit ei vanitas: quoniam cū inuenimus partē tēporis desinētē, scimus q̄ est alia pars ibi. Similiter in successione vnus accidentis post aliud in materia in infinitum: nec sequitur ex hoc vanitas: quia non inueniuntur omnia simul: sed vnum sequitur post aliud: nec probatur hoc esse impossibile. Apud loquentes vero non refert siue dicas q̄ magnitudo est infinita, siue dicas q̄ corpus & tempus diuiduntur in infinitum: nec refert apud eos siue sint res infinite numero simul ordinata: siue diceres de singularibus hominū qui modo sunt, siue diceres q̄ res sunt infinite numero: licet deserint prius, sicut diceres, Iacob filius Isaac: Isaac filius Abraham, & sic vsq̄ in infinitū. Illā autē quatuor partes infiniti secundū eos sunt æquales. Quidā autē illorum super illa vltima parte infiniti conant astruere impossibilitatem eius per viā quā ostendam tibi in hoc libro. Alii vero dicūt q̄ est intelligibile per se & scitū primū: nec eget p̄batione. Q̄ si fuerit manifesta vanitas vt sint infinita secundū modū successionis vnus post aliud: licet entia modo sint finita: iam destruitur antiquitas mūdi in principio, nec eget alio accidēti vllō modo: sed nō est ille locus inquisitionis sup illa ratione. C P̄positio duodecima est. Dicit q̄ sensus nō apprehendunt veritatem. Hui⁹ autē ratio est q̄ loquētes habēt suspētā apprehensionē sensuum duabus de causis. Vna est, q̄ plura de sensatis suis subterfugiunt eos vel propter breuitatē corporis apprehensibilis, sicut dixerūt in substantia separata: vel propter remotiōē & distantiā sensati a sentiente. Vnde homo non videt, nec audit, nec odorat multū remota, nec ab eo mot⁹ calorū apprehēdit. Altera vero est, quia sensus errāt in apprehensione sensatorū: res enim magna videtur parua, si remota fuerit: & parua videt magnā in aqua: & aliqui rectū videt curuū si sit vna pars in aqua, & alia extra: patietī etiā quādā egritudine quē

nota est: omnia vident pallida alicui: secundū etiā quādā dispositionē, dulcia vident amara, & multa talia numerauerunt: & ideo dixerunt q̄ non debet quis confidere eis vt ponat ipsos principia demonstrationū. Non putes q̄ loquētes litigauerūt sup hac positione inuanū, sicut plures de posterioribus putant: dicentes, q̄ antiqui conati sunt oibus modis astruere atomos, qd̄ nō erat eis necesse. Oīa vero quę prēmisi⁹ de verbis ipsorū necessaria sunt. Et si fuerit destructū vnū antecedentiū, tota intentio tollit. Ista vero positio vltima est valde necessaria: quā cū apprehendimus sensibus nostris aliqua quā destruiunt ea quā ipsi dixerunt: dicent tūc, nō adhibemus fidē sensibus: quā probatū est iam aliquid, vt ipsi putāt, qd̄ testimoniū intellect⁹ demonstrat: sicut dicūt q̄ in motu cōtinuo est q̄s iter spatia ipsi⁹: & sicut designatio in circuitu molarū: & sicut dicūt q̄ albedo pāni deficit, & alia sequit post istā. Hęc autē cōtraria sūt eis q̄ vident. Multa etiā sequunt ex essentia vacui, quib⁹ oīb⁹ sensus cōtradicit. In oīb⁹ autē istis erit rēsio illorū: quā illa subterfugit sensus, in eo qd̄ cōuenit illis: quia est error de vniuersitate erroris sensus i eo q̄ cōueniūt illi. Tu vero scis q̄ oēs illę opiniōes sunt antiq̄, q̄s sophistę fecerūt alios hereditare, sicut dicit Galen⁹ i lib. suo de virtutib⁹ naturalib⁹, cōtra illos q̄ cōtradicebāt sensib⁹. Postq̄ ergo p̄missi p̄positiones istas, incipiā explanare vias illorū in istis quatuor q̄stionibus.

## Probationes, q̄ mundus est de nouo creatus. Capitulum. LXXIII.

**I**N hoc capitulo cōmunicabo probationes loquentiū super hoc, q̄ mūdus est de nouo creat⁹. Nec queras a me vt narrē tibi hoc secundū prolixitatē verborū ipsorū: sed faciā te scire mentē cuiuslibet illorū in viis probationis suę sup assertionē nouitatis mūdi: vel remotiōē antiquitatis eius: & instrua te breuiter sup positionibus quas posuit qui tenet viā illā. Cū vero legeris in libris eorum prolixis, & in aggregationibus eorū notis, nihil inuenies in p̄bationib⁹ eorū additū sup ea quę intelliges ex verbis meis in illa materia. Inuenies autem verba magis ornata, & rationes dulces, & desiderabiles: & potest contingere q̄ ponent illas in pneumatibus suis organicis: & eligēt verba clara, & potest contingere q̄ profundabunt expositionem, & intentio ipsorum est, vt deterreant auditorem, & stupefaciant inspectorem. Et inuenies in aggregationibus eorum rationes ancipites: & dubitationes quas soluunt, secundum suam estimationem: & ordinant rationes multas aduersus contradictorem. C Via prima. Quidam eorum dicunt q̄ ex renouatione vnus accipimus demonstrationem de hoc q̄ mūdus est nouus. Verbi gratia, si diceres q̄ corpus Isaac quod fuit sperma, postea mutatum est ex vna dispositione in aliam donec adeptum est perfectionem. Vanum esset credere q̄ ipsum posset seipsum mutare de vna dispositione in aliam, sed habet motorem, qui est extra ipsum, & iam patet q̄ eget artifice, qui praparet fabricā corporis sui: & qui moueat ipsum de vna dispositione in aliam. Eadem opinio est in arbore. Dixerunt ergo q̄ idem est in mundo in suo vniuerso. Vides igitur q̄ ille credit q̄ quicquid inuenitur in vno corpore, sequit vt idem iudicetur in quolibet corpore. C Via secunda. Dixerūt q̄ ex creatione cuiuslibet singularis seminarii fumitur probatio q̄ mundus in suo vniuerso est creatus: cuius expositio est, q̄ Iacob fuit postq̄ primo nō fuit. Qd̄ si est, non est nisi de Isaac patre suo, & si ita est, pater eius est creatus, & non nisi ex Isaac, qui nō est nisi de Abraham. & sic dicemus q̄ Abraham creatus est donec procedit in infinitū. Ponere autē infinitū dixerūt vanū esse: sicut exposuim⁹ in positioē vndecima capitulo pximo. Et licet causa exēpli puenires vsq̄ ad Adā q̄ fuit primus: nec habuit patrē: sequet quęstio de quo fuit Adā: dices de puluere: quereēt de puluere de quo fuit: dices de aqua: & q̄sito de quo fuit aqua, dicerēt q̄ nō pōt p̄cedi i infinitū: quia hoc est vanū, & si puentū fuerit ad existentiā rerū post priuationē p̄fectā: hoc est veritas: & in hoc sistūt: q̄stiones tamē adducunt, & dixerūt q̄ hęc est p̄batio q̄ mūdus est creatus post priuationē p̄fectā & verā. C Via tertia. Dixerūt q̄ substantię vel sunt cōiunctę, vel sunt separate: & pōt esse q̄ quedā earū quādoq̄ sunt cōiunctę, q̄nq̄ diuisę: & manifestū est valde q̄ cū intellexerim⁹ substantiā earū, nō cōuenit eis solūmō cōiunctio, nec diuisio tantūmō: Quoniam si natura ipsarū & quiditas esset solūmō vt essent segregata, nūq̄ cōiungerent, q̄ si natura ipsarū & substantia esset: vt essent tantūmō cōiunctę: nunq̄ segregarent. Ex quo sic est, nō est cōgregatio magis necessaria i eis q̄ segregatio: nec e cōuerso: ipsas ergo esse q̄nq̄ segregatas, & q̄nq̄ cōgregatas: & quādā earū esse diuersis modis: est p̄batio q̄ illę egent aggregatore qui coniungat eas in composito: & segregatore qui segreget eas in diuiso. Et dixerunt quia hęc est probatio q̄ mundus est creatus de nouo. Iam patet tibi q̄ qui tenet hanc viam, induxit in verbis

Via prima

Via secunda

Via tertia

**Via quarta** suis primam positionum suarum, & quicquid sequitur ex ea. ¶ **Via quarta.** Dixerunt q̄ totus mundus est compositus ex substantia & accidente: & nulla substantiarū est sine accidente vel accidentibus: & omnia accidentia sunt noua: & sequitur q̄ substantia tēpori subiecta sit. s. noua. Quicquid enī cōiungit cū innouatis nō euadet ipsum qm̄ innouet. Qd̄ si ita est, mūdus in vniuerso suo est nouus. Q̄ si forte dixerit aliquis, substantia nō est noua: sed accidentia renouantur vnum post aliud in infinitum: sequeretur ex hoc secundū ipsos, q̄ sunt renouationes infinita: & iam dixerunt q̄ hoc est vanitas. Ista via secundū ipsos est magis electa, & magis examinata, adeo q̄ multi reputauerunt ipsam esse demonstratiōem. In hac autē via tres sunt positiones quae sunt necessariae ad illud, quod nō latet speculatores. Prima est, q̄ infinitū secundū successionē ponere vanū & inane est. Secunda est, q̄ omne accidēs est nouū. Aduersarius vero noster q̄ dixit mūdū esse antiquū, cōtradicit nobis in aliquo accidente. Dixit enī Aristot. q̄ motus circularis nec est generabilis, nec corruptibilis: & idcirco mobile est in quo motus iste secundū ipsum: nec est gnabile, nec corruptibile. Qd̄ si ita est, nulla vtilitas est nobis ī assertiōe renouationis aliorū accidentiū, cui renouationi noster aduersarius nō cōtradicit: & dicit q̄ vnū nō succedit aliū, in eo qd̄ nō renouat circulariter: & ita dicit ī illo accidente solūmō qd̄ est motus circularis. s. motus calī, qd̄ nō est nouū: & nō est de genere accidentiū renouatorū: & illud accidēs singulare necesse est vt fiat inq̄sitio de ipso, & demonstretur q̄ est nouū. Positio tertia. Qui tenet hāc viā inuenit q̄ nō est sensatū nisi substantia, & accidēs. s. substantia separata, & accidentia q̄ sunt in ipsa: sed si corpus fuerit cōpositū ex materia & forma, sicut dicit aduersari⁹ noster, necesse erit inducere pbationē, q̄ materia prima & forma prima sunt gnabiles & corruptibiles: & tūc firmabit pbatio sup nouitate mūdi. ¶ **Via quinta**, est via separata quā mīti eligunt. Cui⁹ rō reducit ad illud qd̄ explanauit tibi in positione decima: qm̄ ille rōcinator cōsiderat in cogitatione sua mūdū in suo vniuerso, vel quālibet priū ei⁹: & dicit q̄ hoc est cōueniēs vt sit sicut figura & mēsurā: & sicut accidentia q̄ inueniunt in eo in tpe & in loco in quo inueniunt: & posset esse maius, vel minus: & alterius figure: vel in aliis accidentib⁹: vel q̄ fuisset anteq̄ fuit, vel postq̄ fuit, vel in alio loco. Determinatio ergo sua in aliqua figura, vel in mēsurā, vel in loco, vel in aliquo accidentiū, vel in tpe determinato: sicut & transire in diuersitate omnium istarū, est pbatio sup determinatore electore, qui voluit vnū istorum transituum: & mūdus in suo vniuerso, & in partibus suis eget determinatore. & p̄ hoc pbat q̄ est nouus, & nō refert, siue dicas determinatorem vel operatorē, vel factorem, vel renouatorem, vel aptatorē: quoniam omnia ista in idem redeunt. Hanc igitur viā diuiserunt in multas partes communes, & singulares, adeo q̄ dicunt: q̄ non est magis necessariū terrā esse sub aqua, q̄ super aquā. Quod si ita est, q̄s determinauit ei hunc locū: Neq̄ magis cōueniēs est solē esse rotundū q̄ quadratū, vel triangularē: quoniam omniū figurarū cōparatio ad corpora figurata, est eadē. Qd̄ si ita est, quis determinauit in sole istā figurā rotundā: Et ita probat partes mūdi in sua vniuersitate, donec in floribus quos vident in colore diuersos mirantur, & corroborat in eis ista probatio. Dicunt enim, terra est vna, & aqua similiter. Cur ergo flos vnus pallefcit, alter rubet? Nō pōt hoc esse nisi p̄ discretorē: & ille discretor est creator. Qd̄ cū ita est, ergo totus mūdus eget discretore, qui distinguat ipsum totum, & quālibet partiū eius: sicut singularia. Hoc autē totū sequit ex positione decima. Et quidā licet sint de creditibus antiquitatē mūdi, nō cōtradicit nobis in determinatiōe, sicut exponā. Et vniuersaliter via ista est melior aliis viis in oculis meis: & faciā te scire in illa sensum meū. ¶ **Via sexta.** Vnus de posteriorib⁹ dixit, q̄ inuenit viā optimā, meliorē oībus supradictis: & est, vt ponat p̄eminētia sup priuatione: & dixit q̄ mundus possibilis est in esse apud quālibet sensatum. q̄ si esset necesse esse, esset ipse creator. nos autē nō loquimur cū eo, nisi q̄ asserit creatorē esse, & credit mūdū antiquū. Possibilitas autē esse, non necesse esse, est in eo qd̄ potest esse, vel nō esse: neq̄ propinquius est ei esse, q̄ sua priuatio. Q̄ si ita sit, ergo mūdū istū esse: quoniam possibile est: cū iudiciū existentiae & priuationis eius sit aequale: probat per p̄pōderationē q̄ posuit p̄eminētia in esse suo sup sua priuatione. Hęc autē via est multū sufficiens: & est ramus ramorū determinatiōis quē iā posita est: p̄ter quā ille posuit p̄pōderationē p̄ determinatore: & mutauit gnā entiu in essentia entis per se: & fecit nos errare, vel errauit ipse in ratiōe verbī dicētis q̄ mūdus est possibile esse: qm̄ aduersarius noster q̄ credit antiquitatē mūdi, inducit verbū possibilitatis, in dicendo q̄ mūdus est possibile esse, sup alia ratiōe q̄ inducit ille loquēs, sicut explanabimus. Dicere etiā q̄ mūdus eget p̄pōderatore q̄ ponat p̄eminētia existentiae sua: sup sua priuatione, est causa magni erroris, qm̄ p̄pondera-

tio & determinatio nō erit nisi in ente receptibili alicui⁹ variatiōis vel alicui⁹ partis aequali se habentis: sicut si dicatur postq̄ inuenimus ipsum hoc modo & non alio modo: qd̄ est pbatio super artifice cōpositore: sicut si diceret q̄ istud aēs non est magis aptum vt recipiat formam paropsidis q̄ formā lucernae. Et cū inuenimus ipsum in altera formatū ipsarū, scimus necessario q̄ cōpositor fecit vt esset vnum istorum duorum transibulum, quorū nomina recepit: quae nō erant ante p̄pōderationē p̄pōderatoris. Q̄ autē sic se habet q̄ in eo est cōtradictio: vtrū sic fuerit & non tolletur: vel si eius essentia est post priuationem: & nullo modo trāseat ista ratio super cor. nec est dicendum: quis p̄pōderauit suū esse super sua priuatione: nisi postq̄ cōcessum fuerit qd̄ est post priuationem istud in quo est cōtradictio. q̄ si acceperimus eius essentiam vel priuationē secundū cogitationem, reuertemur ad positionē. xiiii. & istud est probatio estimatiōis & cogitationis assimilatiuē: sed nō est probatio entium nec intelligibiliū: quoniam aduersarius noster qui credit antiquitatem mundi videt q̄ si posuerimus in corde priuationem ei⁹: est sicut si posuerimus in corde quicquid cadit in cogitatione assimilatiua. Nec est intentio mea vt auferā verba ipsorum: sed explanem tibi viam istam quā credunt esse nouam: vt faciam te scire q̄ nō est vera: sed iudicium eius idem est cū proxima p̄cedenti secundū mensurā illius transibilis noti. ¶ **Via septima.** Quidā de creditibus nouitatem mundi dixerunt q̄ astruitur nouitas mundi per ea quae dixerunt Philosophi de p̄manētia & firmitate aiarum in hunc mundū: si mūdus est antiquus, mortui erunt infiniti: er go & animae sunt infinite: & erit simul, hoc autem demonstratione probatū est nō posse esse: scilicet q̄ infinita numero sint. Sed via ista mirabilis est: quē nititur explanare ignotū p̄ ignotius: & necesse est ponere hoc exemplum notum qd̄ dixerunt sapientes. Fideiusstor tuus eget fideiusstore. Et procedit siquidē iste homo sic ac si verificata esset ei pbatio firma de p̄manētia animarum: & sciret qualiter hęc firmatur & quē est ista firmitas ex qua sumitur probatio. sed si eius intentio est tollere dubitationem aduersariū in antiquitate mundi cum credulitate ipsius de firmitate animarū: tunc esset hoc cōueniēs si aduersarius eius conueniat in ipso in dubitatione quae est de firmitate animarum. Postremi vero Philosophorū soluit istā dubitationē, dicentes q̄ animae perpetuae non sunt corpora quae indigent locis: & impossibilis est infinitas in essentia ipsorū. Qd̄ autem debes scire de rebus abstractis: quae nec sunt corpora, nec virtutes in corporibus: sed sunt intellectus abstracti: est q̄ non oportet vt cogitetur etiam multiplicatio villo modo: nisi ea conditione, si vnū sit causa alterius: & tunc erit inter ipsa diuersitas & distinctio in existendo, cum sit vnum causa alterius: & alterum causatum, perpetuum vero quod remanet de Simeone post mortem eius: nec est causa, nec causatum, vnitur perpetuo quod remanet de Iona. Et idcirco erunt vnum numero sicut explanauit Albumazer Maurus, & quicūq̄ alius locutus est in istis profunditatibus. Vniuersaliter autē dicimus q̄ illae rationes occultae in quarum apprehensione fatigantur animi, nō sunt idoneae vt accipiantur quasi positiones in explanatione aliarum ratiōnū. Scias autem q̄ quicūq̄ conatus fuerit astruere nouitatem mundi vel remotionē antiquitatis eius per viā istam, quae est via ratiocinationis: solummodo necesse habet vt vtatur vna istarū positionū vel vtrāq̄. s. decima positione. i. transitus cogitationis, donec affirmetur terminatum in vndecima positione, in qua tollitur infinitum secundū successionē. Hanc autē positionē astruit multis modis: p̄ter quod ponit intentionē suā qui querit hanc demonstrationē ad vnā specierū cuius singularia sunt generabilia & corruptibilia: & cōsiderat tēpus qd̄ p̄terit: & inducitur in credulitatē antiquitatis: quoniam omne singulare huius speciei tēporis talis ad id qd̄ p̄cessit ipsum vsq̄ in sempiternum infinitū. Similiter etiam omne singulare eiusdem speciei post illud tempus mille annorū causa exempli ad id qd̄ p̄cessit ipsum in sempiternum non habet finem. Hęc autem vniuersitas vltima, est maior q̄ prima in numero eorum: quae nascuntur in dictis mille annis. Et sequitur secundū suam estimatiōem in ista probatione q̄ infinitum sit maius infinito. Idem faciunt in circulationibus coelorum, & sequitur secundū eorū estimatiōnem q̄ circulationes infinite sunt plures infinitis. Ipsi etiam cōparant circulationē vni⁹ coeli, & circulationē alterius coeli quae est tardior illa: & neutra illarum peruenit ad finem. Idem faciunt in quolibet accidentiū quae renouantur: quoniam numerant sua singularia numerata, & conueniunt quasi sint entia: vel sicut si adhereant initio. Postea vero addunt vel minuunt de illa cogitatione quae ascendit in cor. Hęc autē verba sunt cogitabilia: & non sunt aliquid. Maurus autē Albumazer abbreviauit positionē istam & detexit loca erroris: & oīa cōtraria:

Via septima  
Argumentū nouitatis mundi  
p̄pter p̄manētia aiarū

Solutio p̄dictae q̄stionis scdm̄ quosdā philosophos.

sicut inuenies manifeste cum inspexeris & intellexeris in libro eius de entibus transmutabili-  
bus. Iste sunt credulitates de v'is loquentium in assertionem nouitatis mundi. Cum vero per  
probationes istas affirmatum est eis q' mundus est nouus, sequitur necessario q' habet artifi-  
cem qui renouauit ipsum cum intentione & voluntate et electione, postea explanauerunt per  
vias, quas ostendam tibi in capitulo sequenti.

## Probationes de vnitatem Creatoris. Capitulū. LXXIII.

**N** hoc autem capitulo explanabo tibi probationes vnitatis scdm scientiam loquentium.  
dixerunt q' hoc quod demonstrat vniuersum esse q' artifex est & est ens, est quedam  
ratio & mater viaru suaru. In assertione vnitatis duae sunt viae: via possibilitatis & via  
mutabilitatis. **Prima via** qua elegit vniuersitas eoru est ratio: quia si mundus haberet duos  
deos: sequeretur q' non esset substantia quae euaderet alterum duorum inconuenientium  
vel q' neutrum contrariorum suscipiat: & hoc est vanitas, vel q' coniungantur duo contraria  
in vno loco & in vno tempore. & hoc etiam est vanitas, verbi gratia, Cum alter voluerit ca-  
lescere substantiam aliquam alter infrigidabit eam: & potest esse, q' nec infrigidabitur nec cale-  
fieri propter contrarietatem operationum: & hoc est vanitas, omne namq' corpus erit suscepti-  
bile alterius contrariorum: vel erit corpus illud simul calidum & frigidum. Similiter si alter vo-  
luerit mouere corpus aliquod: alter faciet ipsum quiescere: & sequitur q' non moueat nec quies-  
cat: vel q' simul moueatur & quiescat. haec autem ratio est de genere probationum, quae fundat  
tur super substantiam singularem quae est principium positionum ipsorum super propositione crea-  
tionis accidentium: & super propositione quae dicit priuationem habitum esse rem quae indiget

**Prima via.**

**Materia inferior est alia q' superior.**

**Q' non est in Deo potentia non posse se coniungere re duo contraria simul.**

**Via secunda**

**Via tertia.**

**Via quarta.**

operatore. Si enim aliquis diceret, q' materia inferior circa quam est generatio, & corruptio  
scdm sententiam philosophorum est alia q' materia superior, scilicet coelorum: sicut probatum est:  
si ille inquit diceret q' duo dii sunt quoru alter regit materiam inferiorem: nec eius operatio coniu-  
ctionem habet in coelis. Alter vero est rector coelorum: nec eius operatio coniu-  
ctionem habet cum materia inferiori: sicut putauerunt qui duos deos posuerunt, tunc istam opinionem nullomo-  
do sequet impossibilitas. Si vero dixerit aliquis q' hoc est indigentia in eo qd conuenit vtrique:  
qm illa operatio quae non coniungitur ei aliquomodo est impossibilior: nec est indigentia vel  
defectus in magistro in hoc qd non potest super impossibile: sicut apud nos qui credimus vnum  
Deum, non est indigentia in eo q' non potest coniungere duo contraria simul: neq' potentia eius  
extenditur ad istud: vel ad impossibilia consimilia. Cum ergo cognouerunt q' via illa debilis  
erat: licet necessitas compulerit eos ad hoc, reuersi sunt ad aliam viam q' est secunda. **Dixe-  
runt** siquidem si essent duo dii, sequeretur vt esset aliquid eis in quo coiscaret: & esset preterea  
aliquid in vno qd non esset in altero: qd esset causa diuersitatis inter eos. Haec autem via est de  
viis philosophoru: & verificabitur per probationem cu disputatum fuerit de ea: & explanate fue-  
rint propositiones premitte: quas ego explanabo cu narrabo opinionem philosophorum in  
hac materia. haec autem via non sequitur sensum cuiuslibet credentis etiam anominatiōes: sed  
in antiquo secundum ipsum sunt dispositiones finite numerate, & sapientia scdm ipsum est pre-  
ter potentiam & preter voluntatem: nec est impossibile cum hoc, q' vterq' Deus habeat in se  
aliqua quorum quedam sunt in quibus comunicat cum altero, quedam vero in quibus differt  
ab eodem. **Via tertia** est. Haec via est quae eget aliqua positionum illaru quas posuerunt qui te-  
nuerunt hanc viam. Quidam enim ex eis, antiquiores credunt q' Creator est volens volunta-  
te quae non est res addita super substantiam eius: sed est voluntas non in loco. Secundum igitur has  
propositiones quas praemittimus intellige illa sicut visum tibi fuerit. Dixerunt q' vna vo-  
luntas quae non est in loco vel subiecto non erit in duobus: quia non erit vna causa aptatrix  
duarum dispositionum in duabus substantiis, & hoc est sicut feci te scire cum ignorum per  
ignorum exponitur: quoniam voluntas quam ipsi dicunt, non ascendit in imaginatione &  
est scdm ipsos impossibile: & secundum illos qui hoc credunt oriuntur ex hoc dubitationes  
innumerabiles. Ipsi vero ponunt hic probationem in vnitatem Creatoris. **Via quarta.** Dixe-  
runt q' essentia operis demonstrat operatorem necessario non multos operatores nec differt in  
ter eum qui ponit duos deos: & eum qui ponit tres vel quatuor: vel in quocunq' numero: et  
hoc manifestum est. Si vero dixeris q' illa ratio non destruit multitudinem in Creatore: sed demō-  
strat numerum non certum ita q' potest esse vnus vel plures. Perfectio autem huius probatio-  
nis eoru quae dicit q' esse Creatoris non est possibile, sed necessarium: & ideo tollitur multitudo.

& hoc est error manifestus: qm essentia Creatoris est in qua non est possibilitas: sed scia nra  
de ipso est in possibilitate: non enim possibile in scientia est possibile in essentia. Hoc autem notum  
est exercitati uiam habenti animam in scientia consequente conclusionem ex propositionibus  
suis. **Via quinta.** Dixit vnus ex posterioribus q' inuenit viam probationis super vnitatem  
& hoc est indigentia: cuius expositio est ita. Si entibus sufficeret operator vnus: secundus esset  
superfluus: quia non indigerent eo. Si enim vniuersitas rerum non perficitur nisi ex coniu-  
ctione duorum, vterq' illorum est insufficiens: vnde indiget reliquo: nec est sufficiens in se. hoc  
autem non est nisi ramus impossibilitatis, contradicitur autem huic probationi. Omnis enim q'  
operatur qd non est in eius natura: vt operetur illud, non dicitur deficiens. Non enim dici-  
mus aliquem singularem hominem esse debilem & deficientem quia non potest portare mille talenta  
plumbi. Nos etiam non attribuimus Creatori debilitatem vel impotentiam: quia non potest seip-  
sum facere corpus: vel quia non facit quadratum cuius diameter sit aequalis lateri. Similiter  
etiam non dicemus q' est debilis vel deficiens: quia non creat singulariter: quoniam necessitas  
suae essentiae exigit vt sint duo: nec erit istud nisi de necessitate cuius contrarium est impossi-  
bile. sicut non dicimus q' Creator est deficiens: quia non potest facere corpus nisi de substantiis  
singularibus & coniunctis cu accidentibus quae creat in eis secundum naturam ipsorum. Nec dice-  
mus q' hoc est indigentia vel debilitas: qm contrarium est impossibile. Ita ergo dicit participa-  
tor q' impossibile est q' vnus operetur solus: nec istud est debilitas vel indigentia: in eo q' con-  
uenit vtrilibet illoru: qm essentia sua exigit vt sint duo. Pars igitur eoru territa non inuenit  
consilium donec dixerunt q' vnitatem recepta est per viam legis: & loquentes contradixerunt huic  
dicto & deriserunt dicentem. Mihi autem videtur q' ille qui hoc dixit, est rectus in intellectu  
suo, multum remotus ab errore: cum enim non audiuit ex verbis eoru rationem quae esset proba-  
tio: nec anima sua trahebatur post illud qd ipsi dicebant esse probationem. dicunt q' istud non  
est receptum nisi ex lege: qm predicti non reliquerunt nisi in vniuersitate reru aliquid firmum  
vilo modo vnde accipiatur demonstratio vera: nec reliquerunt intellectui preparationem re-  
ctam vnde nascantur conclusiones vere. Hoc autem totum factum est vt excogitemus esse de quo  
accipiamus probationem super eo qd non potest demonstrari: & istud exigit vt abbreviemus  
& deficiamus in inducendo probationem super illo qd probari potest. Et nos non conquerimur  
de eis nisi Creatori: & illis qui confitentur veritatem: in quibus viget intellectus.

**Via quinta.**

**Via prima.**

**Via prima.**

## Probationes quibus remouetur corporeitas a Creatore. Capitulū. LXXV.

**N** remotione corporeitatis scdm sententiam loquentium, scito q' rationes eoru & argu-  
menta sunt debiliora q' demonstrationes eorum super vnitatem. Remotio autem corpo-  
reitatis apud eos est sicut ramus adiectus radici vnitatis: dixerunt siquidem q' corpus non  
est vnum: remotio vero corporeitatis est ex compositione corporis ex materia & forma. Probatur  
est autem q' impossibile est compositio in substantia Creatoris. Ille vero apud me non est loquens: & il-  
la demonstratio non est fabricata super radice loquentium: sed est demonstratio vera fundata super cre-  
dulitate illius qui credit materiam & formam, & intelligit naturas ipsarum. & haec est sente-  
tia Philosophi. Et adhuc explanabo istud cum dicam demonstrationes Philosophoru super hac  
ratione. Intentio vero mea in hoc capitulo est dicere probationes loquentium in destructione  
corporeitatis scdm suas propositiones & vias demonstrationu suaru. **Via prima.** Dixerunt  
si Creator est corpus, res illa spiritualis & veritas eius non effugiet quin coniungantur in eo  
substantiae multae corporales, scilicet singulares: vel q' sit in ea vna de substantiis corporalibus. Q'  
si fuerit in eo substantia vna: quae vtilitas erit in residuis substantiis cu non sit in eo ratio cor-  
poris huius. Si vero fuerint particulae multae in hoc corpore, erunt dii multi & non vnus. con-  
cessum autem est ab eis q' vnus est. Si consideraueris diligenter istam probationem, inuenies  
ipsam fundatam super primam & quintam positionum ipsoru. Fortassis autem dicetur eis q' cor-  
pus Creatoris non est compositum ex partibus diuisibilibus: sed est vnum corpus non recipiens  
diuisionem nisi per viam imaginationis. In imaginationibus autem non est demonstratio: sic enim  
imaginationis q' corpus coeloru potest rupi vel distendi. Philosophus autem dicit q' hoc est  
opus imaginationis: & accipiemus sensum ex his quae videntur quae sunt corpora inuenta apud  
nos: vt iudicemus per hoc de his quae non videntur. **Via secunda** preciosa est apud eos, q'  
est impossibilitas similitudinis: quia Creator nulli creature filius est. si enim corpus habet, simi-  
lis est corporibus. Multa vero dixerunt in hac ratione, dicentes, si dixeris q' est corpus & non

**Via prima.**

**Via secunda.**

sicut cetera corpora, tibi ipsi contradicis: quoniam omne corpus simile est cuilibet corpori ex parte corporeitatis. Differunt autem in aliis sicut in accidentibus: & sequitur scdm te qd creatur simile sibi. Hac enim probatio corrupta est. dicitur vno modo quia contradicens potest dicere: ego non conuenio in impossibilitate similitudinis: & que probatio firmabitur sup hoc. s. qd non conueniat vt Creator sit similis creature in aliqua re nisi corroborauerimus hanc rationem cu verbis prophetiae. s. in remotione similitudinis: & tunc receptio corporeitatis erit recepta ex parte receptionis non intelligibilis. Quid si dixeris, si Creator est similis alicui creature: ergo creauit similem sibi. respondebit contradicens: qd est similis ei omnino. Ego vero non contradicam quin sint in Creatore aliqua finita: & quin habeat extremitates. Qui enim credit corporeitate non fugit illa sed est pertinax & eius expositio est quia notum est & firmatum apud illum qui pfundatur in sapientia Phorum, qd corpus non dicitur de cœlis & elementis nisi equiuocatiōe magna. quia materia elementorū non est materia cœlorum: neq; forma eorum est forma cœlorum. sed materia et forma dicuntur equiuoce in elementis & in cœlis. Et si cœlum habet extremitatē, substantia extremitatū nō est essentia corporis: sed corpus est illud qd est cōpositum ex materia & forma: igitur si hoc dicimus de cœlis, quāto magis dicet hoc in Creatore qui ponit corporeitatem. Dicit enim qd corpus est habens extremitates: sed ei⁹ quidam dicit, & veritas, & substantia non est similis alicui corporum creatorum: sed ens dicitur de ipso & de creaturis equiuoce solūmodo scdm eos qui sustinent veritatem: nec conuenit etiam omnis qui credit corporeitatem in hoc qd omnia corpora sint cōposita ex particulis similib⁹: sed dicit qd Creator creauit omnia corpora: & sunt diuersa in sua substantia & veritate sic. Sicut corpus plantę non est corpus firmamenti: sic etiā dicit qd corpus glorię create nō est corpus cœlorū vel stellarū: sicut etiam corpus glorię vel columna nubis create non est secundū ipsos corpus Creatoris. Dicit autē quia hoc corpus est substantia creata gloriosa & perfecta in quā nunq cadit cōpositio vel mutatio. sed si fuit essentia huius corporis necessario necessitate sempiterna: & ipsum operatur oīa que sunt preter ipsum secundū suū beneplacitum & voluntatem. vellem scire quō distribuunt istam opinionē cum viis suis extraneis, quas feci te scire. **Via tertia.** Dixerunt: si Creator esset corpus, haberet finem: & si hoc esset haberet mēsuram scitam & figuram notam & firmam: & hoc est consecutio vera de quacūq; figura siue mensura. Dixerunt qd possibile est Creatorem esse maiorem vel minorem vel alterius figure ex eo qd est corp⁹ et ei⁹ determinatio in mēsurā vel figurā eget terminatore. Audi ergo qd illa probatio, quā dicunt valde nobile, est debilior omnibus pcedentibus. Fundatur enim sup pcedimā positionē. & iam exposuimus multitudinem dubitationū quę sunt in ipsa: in eo qd conuenit aliis entibus: cum ea consideraerimus secundū mutabilitatem suę nature: qto magis in eo qd conuenit Creatori, neq; est differentia inter hoc & illud quod dixerunt in pcederatiōe essentia mundi super sua priuatione. Illud em demonstrat super operatore qui pponderauit suā essentia super ipsius priuationē: quia suū esse est possibile. Quid si dixerit, quare non dicemus idem in Creatore. s. vt dicamus qd ex quo est ens sequitur vt habeat preponderatore sui esse super suā priuationē: tunc ergo reuertetur sine dubio: & dicit qd istud eget cōcatenatione entium: donec perueniatur omnibus modis ad necesse esse: in quo non est possibilitas: nec eget aliquo qui facit ipsum esse. Hac autē eadē responsio debet dari in figura & mensura. Omnes nāq; figurę & mensurę quartū essentia fuit possibilis, ita qd fuit postq nō fuit: sunt eiusmodi qd de eis dicitur qd possibile est esse maiores vel minores vel alterius figurę & indigent terminatore de necessitate. De mensura vero Creatoris & figura dicit: qui credit corporeitatem, qd non fuit non ens & postea ens, vt eget terminatore: sed eius substantia & figura & mensura est uecessaria in esse. & idcirco non eget terminatore qui pponderet esse super priuatione: quia non est in ipso possibilitas priuationis: ita etiam non eget determinatore figurę & mensurę: quia sic fuit necesse suum esse. Tu ergo considerator cor tuum si eligis inquirere veritatē: & proicias post tergum tuū cupiditatem & exceptionē nō rectam: & non credes in omnibus in quibus fuisti exercitatus & non sophistices aīam tuā in rationibus istorū speculatorū: & in iis que sequuntur ex rationibus ipsorum: qm eris sicut qui fugit a prunis ad caminū ardentē. ipsi nāq; abstulerunt naturā entium: & mutauerunt creationē cœlorū & terre. Opinati nāq; sunt qd p illas positiones probaretur nouitas mundi: sed nō induxerunt probationes sup nouitate mundi: & incertauerūt pbatōes essentia Creatoris & vnitatis eius & remotionis corporeitatis ipsius, quoniam probatiōes per quas hęc oīa demonstrantur,

non sunt acceptę nisi de natura vniuersitatis entium firmę notę cōprehensę sensu & intellectu. Postq ergo cōpleuimus verba ipsorum: incipiemus modo narrare propositiones Philosophorū: quas induxerunt super essentia Creatoris & ipsi⁹ vnitatem & impossibilitatem ipsum essendi corpus: quasi cōueniamus cū eis in hoc qd mūdus est antiquus licet hoc nō credamus. Postea vero ostendam tibi viam quam nos depurauimus scdm qd ostendit nobis consideratio recta & vera cū perfectione pbatōnis sup tribus quęstionibus pmissis. Deinde reuertar ad pfundandum in consideratione cum Philosophis in eo qd dicit de antiquitate mundi cum adiutorio Creatoris.

## Incipit Secundus Liber.

### Propositiones. xxvi. de essentia Creatoris. Capitulum Primum.



Propositiones quę sunt necessariae in assertionem essentia Creatoris: & in pbatōnibus per quas demonstrabimus qd Creator non est corpus nec potentia in corpore, & qd est vnus, sunt. xxvi. quarum quęlibet nullam habet dubitationē: de quibus disputauit Aristoteles & qui secuti sunt eum probando quęlibet illarum. Est autē via. xxvi. s. propositio in qua conueniamus cū eis: quia per ipsam demonstratur quęstio nostra: sicut explanabo: & ipsa est antiquitas mundi. **Prima propositio.** Ponere ens infinite quantitatis, est vanitas. **Secunda propositio.** Ponere corpora certę quātitatis infinita numero in vno tempore vanum est. **Propositio tertia.** Ponere causas & causata in finita licet non habeant magnitudinē, vanū est. verbi gratia: si dicat qd vnus intellectus sit causa alterius: & alter sit causa illius: & sic in infinitum. **Propositio quarta.** Quatuor sunt mutationes: scdm substantiā que dicitur generatio vel corruptio: scdm quātitatē. s. augmētū & diminutiō: scdm qualitatem alteratio: scdm locū loci mutatio. **Quinta propositio.** Oīs mot⁹ est mutatio. s. exitus de potētia ad actū. **Sexta propositio.** Motuum alius substantialis: alius accidentalis. Itē alius naturalis, alius violentus. Itē motus qui est in tpe est species motus substantialis vel accidentalis. **Substantialis** siue per se, sicut cū corpus mouetur de vno loco ad alium. **Accidental** vero sicut nigredinis que est in corpore qd mouetur de loco ad locum. **Violentus** sicut lapidis pecti sursum. partis vero sicut clauis in naue mota. **Propositio vii.** Omne mobile est priabile & est corp⁹: & qd nō est diuisibile non est mobile: & idcirco non est corpus. **Propositio viii.** Omne qd mouetur scdm accidēs, quiescit aliquādo. quia nō mouetur ex se: & ideo nō potest esse vt semper moueat illo actu scdm accidēs. **Propositio ix.** Omne corpus qd mouet aliud corp⁹: nō mouet illud nisi ipsum moueatur. **Propositio x.** Omne qd est in corpore, vel est accidēs vel eius forma substantialis, & diuiditur scdm diuisionē corporis. **Propositio xi.** Quę sunt in corpore, diuiduntur secundū diuisionē corporis: sed per accidēs: sicut colores & alię dispositiones qd sunt in corporibus: sed intellectus nō diuiduntur. **Propositio xii.** Omnis potētia qd est in corpore, finita est: quia corpus est finitū. **Propositio xiii.** Nulla species mutationum est cōtinua prater motum localem. **Propositio xiiii.** Motus localis est antiquior omni alia mutatione: & prior naturaliter. Nā generationem & corruptionē pcedit appropinquatio alterationis ad alteratū. augmētū vero & diminutiō pcedit generatio & corruptio. **Propositio xv.** Tempus est accidēs motus & cōmittatur ipsum: & neutrum eorum inuenitur sine reliquo: nec intellectus apprehendit tēpus sine motu: & qd nō mouetur non cadit sub tempore. **Propositio xvi.** Omne qd non habet materiā non comprehenditur ab intellectu multiplicari numero, nisi sit potētia in corpore. tunc etenim singularia potētiarum possunt numerari secundū numerū materiātū & subiectorum in quibus sunt. & idcirco separata que non sunt corpora nec potētię in corporibus, non cōprehendunt ab intellectu multa: nisi fuerint causę & causata. **Propositio xvii.** Omne motū habet motore oīs modis. vel extra se: sicut lapis que mouet manus: vel intra se: sicut aīal qd cōponitur ex motore & moto. Et idcirco cū defecerit motor. s. aīa, remanebit motus. s. corpus sine motu. & quoniam motor talis latet nec apprehenditur a sensu. putant homines qd aīal mouetur sine motore. Oē autē motū qd habet intra se motore, dicitur moueri per seipm: quia

Prima propositio. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

amp. IV

Materia & forma dicitur equiuoce in elementis & in cœlis.

Via tertia.

amp. V

amp. VI



**XVII.** virtus motiua in mobili per se est in omnib<sup>9</sup> partibus eius. ¶ Propositio. xviii. Omne qd̄ exit de potentia ad actum, exit per aliud qd̄ est extra ipsum omnibus modis. nam si esset intra ipsum & nō esset impediens, non esset in potentia aliqua hora: sed esset semper in actu, q̄ si fuerit intra ipsum & habuerit impediens, sine dubio remouēs impedimētū dicit̄ extrahere illud de potentia ad actum. & tu intende ad ista. ¶ Propositio. xix. Omne ens qd̄ habet causam eius esse, est possibile cū intelligimus ei<sup>9</sup> substantiā: q̄ si causē ipsius fuerint & ipsum erit: & si nō fuerint vel defecerint, vel mutata fuerit ipsarū comparatio quæ facit ipsum esse, illud non erit. ¶ Propositio. xx. Omne necesse esse in pbatione nostra suæ substantiæ non habet cām suā esse villo modo. ¶ Propositio. xxi. Omni cōposito ex duobus sua cōpositio erit cā sua essentię scdm̄ q̄ est de necessitate, qd̄ si ita est, non est necessarium in esse in sua substantia: quia sua essentia est in essentia partium suarū: & in earum positione. ¶ Propositio. xxii. Omne corpus est cōpositum dupliciter necessario: & cōiungunt̄ in eo accidentia de necessitate. Duo autē quæ dant ei esse sunt materia & forma: Accidentia vero ipsius sunt sicut quātitas & figura & cōpositio. ¶ Propositio. xxiii. Omne quod est in potentia, & habet in sua substantia possibilitatē aliquā, potest esse vt aliqua hora non sit actu. ¶ Propositio. xxiiii. Omne quod est in potentia ad aliquid atinet materię aliquo modo: quia possibilitas semper inuenitur in materia. ¶ Propositio. xxv. Principia substantiæ cōpositę singularis sunt materia & forma: et eget omnibus modis operatore. s. motore qui moueat materiā, donec sit apta recipere formam: & iste est motor propinquus qui est preparator materiæ singularis. Et exigit hoc cōsiderationē circa motum, & motorem, & rem motā. Iam ergo mōstratū est in omnibus istis qd̄ erat necessariū demonstrari. Aristotelis autē verba sunt q̄ materia non mouet seipsam. Hæc autē propositio est fortis quæ inducit nos ad inquisitionē motoris primi. Istarū ergo. xxv. propositionū quedā pbantur consideratione leui: et propositionibus probabilibus & intelligibilib<sup>9</sup> primis: vel talibus quæ sunt propinqua illis, quædā vero egent pbationibus, & ppositionibus multis. Omnes tamen iam probatę sunt pbationibus in quibus nō est dubitatio: partim in libro de naturali auditu & suis expositionibus: partim vero in metaphysica et ei<sup>9</sup> expositione. Sed iam feci te scire q̄ non est intentio nostra in hoc libro transferre verba Philosophorū: sed ostendere propositiones propinquas & remotas. s. quibus indigemus scdm̄ intentionē ratiōis in qua sumus. ¶ Adiciā autē super pmissas ppositiones vnā ppositionē ex qua sequit̄ antiquitas mūdi: et argumentū quo credit̄ q̄ est vera & q̄ necessariū est vt credatur. & nos conuenimus cū eo in illa donec perueniamus ad locum vbi exponemus sententiā nostrā. Et est hæc propositio xxvi. Est autē illud qd̄ dicit Aristoteles, q̄ tēpus & motus sunt sempiterni, & semp in actu: & ideo sequitur necessario scdm̄ sententiā eius, et scdm̄ propositionē istam, q̄ sit corpus motū motu sempiterno: & sic aternū semper in actu: et hoc est corpus quintū. Propter hoc etiam dicit q̄ cœli nō sunt gnabiles, vel corruptibiles: quia motus scdm̄ ipsum non est generabilis vel corruptibilis. Dicit em̄ q̄ oēm motū pcedit necessario alius motus suę vl̄ alterius speciei. Qd̄ autē putamus in animalib<sup>9</sup>, q̄ motū localem non pcedit alius motus: nō est verū scdm̄ ipsum: qm̄ causa motus post priuationem est vel mutatio sui status q̄ inducit desiderium ad querendū sibi conueniens vel fugiendū ei<sup>9</sup> cōtrarium: vel imaginatio possibilis: vel sensus re nouatus in vno istorū triū motuū: vel quilibet istorū inducit alios mot<sup>9</sup>. Sic etiā dicit q̄ in oī quod mutatur, pcedit impossibilitas mutationē suā vel tēpus, et ex istis rationibus sequitur assertio pdictę propositionis eius. Et scdm̄ istam propositionē erit mobile finitū qd̄ mouetur in spatio finito vicibus infinitis in reuersione sua super idem spatium: qd̄ nō cōringit nisi in motu circulari: sicut ostenditur per probationē. xiii. istarū propositionū, & secūdū illos sequit̄ vt sint infinita scdm̄ successionē vnus post aliud, nō q̄ sint simul. Hæc autem propositio est quā nititur totis viribus affirmare semper et ostendere q̄ sit vera. Quod autē mihi videtur, est q̄ ipse non p̄cise iudicat q̄ probationes suæ in hoc sunt demonstrationes quæ sunt conuenientes & certę scdm̄ intellectū suū. Posteriores autē & expositores librorū eius dixerunt q̄ illa propositio est necessaria non possibilis: & q̄ probata est. Omnes autē loquētes laborant astruere q̄ est impossibilis. Dicunt enim: q̄ non ascendit in cor quoniam renouentur res in finitæ per successionem: & de virtute verborum suorum puenit q̄ est scdm̄ ipsos intelligere scdm̄ Aristotelē non xerunt expositores verborū Aristotelis: & non est impossibilis: sicut dixerunt loquentes. Non sunt certę, est autem intentio mea nunc exponere verba Aristotelis quæ sunt dubia: nec ostendere meā

Nota q̄ se  
cuādū Ra-  
bi p̄pōnes  
inductę in  
viii. Physi-  
corū super  
antiquita-  
te mundi  
scdm̄ Ari-  
stotelē non  
sunt certę.

in nouitate mundi: sed intendō modo adunare ppositiones necessarias in istis tribus quęstio-  
nibus. Postq̄ ergo p̄missi pdictas ppositiones & cōueni in illas: incipiā exponere qd̄ seq̄ ex illis.

De his quæ sequuntur ex pdictis ppositionibus. Capitulum. II.

**X** ppositione. xxv. sequit̄ q̄ motor est q̄ mouet materiā generabiliū & corruptibiliū donec recipiat formā. Cū vero quęstuerimus de isto motore p̄p̄quo qui mouerit ipsam, sequitur omnibus modis vt habeat motore suę speciei: vel alterius mutationum. Siquidem quatuor sunt genera: sicut p̄missum est in propositione quarta. & hic non procedit in infinitū: sicut dicitur in propositione tertia. Inuenimus autē q̄ oīs motus peruenit vsq̄ ad motū corporis quinti: & ibi statur nec p̄cedit vl̄tra. Et ex illo motu puenit omne mobile: & ex eo pendet oīs motor, & omnis cōpositor in mūdo inferiori. Cœlū vero mouet motū locali qui est antiquus & primus: sicut diximus in ppositione. xiiii. Sic etiā oīs motus localis peruenit vsq̄ ad motū cœli, verbi gratia, lapidē motū mouit baculus motus a manu: quā mouerunt chordę brachiū, quas mouēt nerui qui sunt in musculis: quos mouerūt alii nerui moti a calore naturali quē mouet forma ipsius qui est motor primus. Motore autē istū vt moueret, induxit quasi cōsiliū aliquod, verbi gratia: si videret expedire vt applicaret lapidē illū impulsione baculi ad fenestrā aliquā vt clauderet ipsam ne ventus intraret p̄ eam. Motor autē venti et creator motus eius est morus cœli. Et sic inuenies q̄ omnis causa generationis & corruptionis puenit vsq̄ ad motū cœli. Cū autem peruentū fuerit ad cœlum qd̄ mouetur, sequitur q̄ habeat motore, sicut dictū est in propositione. xvii. Motor autē ipsius vel est intra ipsum vel extra necessario. Q̄ si dixeris q̄ est extra: vel est corpus vel nō corpus. q̄ si non corpus, nō dicitur de eo q̄ est extra: sed dicitur q̄ est separatū. Si vero fuerit intra ipsum motor vel erit potentia diffusa p̄ totū corpus partibilis scdm̄ partitionē ipsi<sup>9</sup>: sicut calor ī igne: vel erit potentia impritibilis: sicut aīa & intellectus: sicut dictū est in ppositione. x. Si em̄ dixeris q̄ est corpus aliud extra ipsum, vanū est: quia cū sit corpus, necesse est vt moueat cū mouerit aliud sicut dictū est in ppositioe nona. Cū ergo corpus istud sextū motū fuerit a septio: septimū mouebit ab. viii. & sic in infinitū: & seq̄ ex hoc vt fiat corpora infinita. & hoc vanū est sicut dictum est in ppositioe sc̄da. Si vero motor cœli fuerit potētia diffusa p̄ corpus ei<sup>9</sup>: hoc etiam vanū est vt cœlū sit corpus finitū: sicut dictū est in propositione prima: & erit potētia eius infinita: sicut dicitur in ppositioe. xii. quę diuidit̄ scdm̄ eius diuisionē: sicut dicitur in ppositioe. xi. qd̄ si ita est, nō est motus sempiternus infinit<sup>9</sup>: sicut positū est supra. Q̄ si dicat q̄ motor cœli est potentia diffusa in ipso: sed impritibilis sicut aīa hoīs: & hoc est etiā vanū q̄ ille motor solus sit causa motus sempiterni: licet nō diuidatur. Cuius expositio est: si iste motor fuerit primus motor: cui<sup>9</sup> idē mouet scdm̄ accidēs sicut est in propositione sexta. Adiciā insuper ad hoc expositionē. Dicam ergo gratia exēpli, q̄ cū homo mouetur ab anima sua quę est eius forma vt ascendat in solū: corpus eius mouetur substācialiter: qm̄ aīa est motor primus & mouet scdm̄ accidēs in corpore moto localiter: sicut habet ex ppositione sexta. Q̄ si quieuerit motus anime: quiescet corpus motū ab ea. cū vero quieuerit corpus: cessabit mot<sup>9</sup> anime, qui est scdm̄ accidēs: omne em̄ qd̄ mouetur per accidens, de necessitate quiescet: sicut dicitur in propositione. viii. & cū quieuerit, quiescet motū ab ipsa. & sequitur q̄ talis primus motor habeat aliā causam omnino p̄ter cōiunctū qd̄ cōponitur ex motore & moto. Cū autem fuerit illa causa quę est principiū motus, primus motor qui est in cōiuncto, mouebit motum qd̄ est pars cōiuncti. si autē nō fuerit illa causa, quiescet propter hoc: ergo nō mouentur semp corpora animalū, quis in quolibet illorū sit prim<sup>9</sup> motor: qui non diuiditur: qm̄ motor non est semp motor in substātia sua, nisi p̄pter causas quæ accidūt ei vt moueat: quę sunt extra ipsum: vel vt querat cōueniens sibi: vel vt fugiat cōtrariū: vel secūdū arbitriū cogitatiois in eo qui vtit̄ intellectu: & tūc mouebitur: & cū mouetur est motū scdm̄ accidēs: & omnino quiescet sicut p̄dixim<sup>9</sup>. Si ergo motor cœli fuerit intra ipsum scdm̄ hunc modū, nō semper mouebit. Q̄ si motus cœli est sempiternus sicut dictū est supra: & hoc est possibile sicut dictum est in ppositione. xxiiii. sequitur omnibus modis scdm̄ istam sententiā: q̄ prima causa morus cœli sit scdm̄ qd̄ dictum est. s. q̄ sit res separata a cœlo: sicut dictū est in diuisione p̄missa. Si ergo demonstratū est q̄ primus motor cœli, si motus eius fuerit sempiternus, de necessitate nec est corpus nec potentia in corpore villo modo, nisi sit in eo motus substācialis, vel accidentalis: & ideo non est p̄ribilis vel mutabilis villo modo: sicut dictū est in ppositioe

Nota dilia-  
gēt̄ quod  
hic intelli-  
gīt de mo-  
tore cœli.  
Q̄ motor  
cœli nō est  
corpus ex-  
tra ipsum.  
Q̄ motor  
cœli nō est  
potētia dif-  
fusa p̄ cor-  
pus eius si-  
cut calor ī  
igne.  
Q̄ motor  
cœli nō est  
potētia ipri-  
bilis: sicut  
aīa hoīs.  
Abbreuiati-  
o hui<sup>9</sup> rō-  
nis est hæc.  
Oīs motor  
q̄ non mo-  
uet p̄ eētā  
suā nō mo-  
uet motū  
sempiternū  
sed aīa non  
mouet per  
eētā suā:  
ergo nō mo-  
uet motū  
sempiternū.  
Media pa-  
tet: q̄ aīa  
sep̄ mouet.

quinta & septima. Hic autem motor est Creator benedictus. s. causa prima motus coeli. Ex hoc  
**Q**uod non sint etiam colligitur quod non sint duo vel plures propter destructionem multiplicationis rerum abstra-  
 plures motus. **Q**uod non sunt corpora: nisi sit altera causa, & altera causatum: sicut est in propositione  
 tores primi xvi. **O**stensum est etiam quod non cadit sub tempore propter impossibilitatem motus in ipso: sicut dictum  
 est in propositione xv. **H**ec ergo consideratio induxit nos per viam demonstrationis ad credendum  
 quod coelum non mouet seipsum motu sempiterno: & quod causa prima motus eius, nec est corpus: nec  
 potentia in corpore: sed primus motor est vnus qui non mutatur: quoniam essentia eius non est in  
 tempore. **I**ste sunt tres questiones super quas induxerunt probationes boni philosophi. **C**onsideratio  
 secunda apud illos. **P**roposuit autem Aristoteles & ostendit quod cum aliquid componitur ex duobus quorum  
 alterum inuenitur separatim, sequitur necessario quod & reliquum possit inueniri separatim, quoniam si componen-  
 tium natura esset ut non inuenirentur separata materia & forma: neutrum illorum inueniretur se-  
 paratum villo modo: sic ergo esse vnum eorum separatim, erit signum super priuatione coniunctionis.  
 & sic alterum erit de necessitate, verbi gratia: cum oxymel sit compositum ex aceto & melle: & mel  
 inuenitur per se, sequitur necessario ut acetum inueniatur per se. **P**ostquam ergo exposuit hanc pro-  
 positionem: dixit quod nos inuenimus res compositas ex motore & moto. s. motore extrinseco, & hoc  
 manifestum est: & inuenimus motum quod nullo modo mouet aliud: & illud est motum vltimum: & se-  
 quitur necessario ut sit motor qui non moueatur omnino: & ille est motor primus in quo non  
 potest esse motus. **V**nde non diuiditur nec est corpus nec cadit sub tempore: sicut ostensum est in  
 probatione quam praemisimus. **C**onsideratio tertia per viam philosophiae in illa materia est sum-  
 pta de verbis Aristotelis licet induxerit eam propter aliam rationem. **H**oc autem est. d. ordo dictionum. **N**on  
 est dubium quin entia sunt & sensu comprehensibilia: nec effugiunt quin cadant in aliquod mem-  
 brum trimebris diuisionis necessario omnibus modis. hoc est quia omnia nec sunt generabilia nec corru-  
 ptibilia: vel omnia sunt generabilia & corruptibilia: vel quaedam sunt generabilia & corruptibilia: quaedam vero  
 nec generabilia nec corruptibilia. **E**cce prima pars vanitas est manifesta. **N**os autem videmus multa  
 generari & corrumpi. **I**tem pars secunda vanitas est: quoniam si omne ens fuerit generabile & corrupti-  
 bile: dicemus quoniam omnia sunt possibiliter corrumpi: alioquin de necessitate erunt, possibile autem  
 in genere necessario est, sicut scis, & sequitur necessario quod omnia sunt corrupta. **Q**uod si ita  
 fuerit nihil remanebit: ergo nec dator esse, et sequitur quod nihil esset omnino. **N**os autem videmus  
 multa esse: & nos etiam sumus. **S**equitur ergo necessario secundum istam considerationem quod si sunt ali-  
 qua generabilia & corruptibilia, sicut nos videmus: quod sit aliquod ens non generabile nec cor-  
 ruptibile, in quo non est possibilitas ad corruptionem omnino: sed necessarium esse non possibile esse,  
 sed hoc erit propter suam substantiam: aut propter necessitatem suae causae, si propter necessitatem suae  
 causae esset suum esse possibile in se, & necessarium propter suam causam: esset ergo causa necessario  
 omnino. **D**ixit etiam quod suum esse non effugit cum intelleximus substantiam suam: vel cum intelleximus  
 causam essentiae suae & suae priuationis: possibile in probatione suae substantiae: & necessarium in probatione  
 suae causae, vel sic: & erit causa sua propter necessitatem esse: & erit causa sui esse necessarii in esse: sicut  
 est dictum in propositione xix. **I**am ergo demonstratum est quod est omnino ens quod est necesse esse in nostra  
 probatione, & si hoc non esset, omnino nihil esset generabile & corruptibile: vel non generabile &  
 non corruptibile: nisi sit aliquod ens, sicut dixit Aristoteles. **S**ed nec est generabile nec corru-  
 ptibile: quia est causatum causa necessaria in esse. **H**ec autem est demonstratio quae non habet re-  
 pulsam vel contradicentem: nisi apud illum qui ignorat viam demonstrationis. **P**ost hoc dicimus quod  
 omne necesse esse in nostra probatione suae substantiae sequitur omnibus modis ut non habeat causam  
 sui esse: nec erit in eo multum, sicut dictum est in propositione xxi. **E**t ideo sequitur quod nec est  
 corpus nec potentia in corpore: sicut dictum est in propositione xxii. **I**am ergo demonstratum est se-  
 cundum considerationem istam quod est ens quod est necesse esse omnibus modis in propositione nostra suae sub-  
 stantiae, ipse autem est cuius esse non habet causam: nec est in eo compositio. **E**t ideo nec est cor-  
 pus nec potentia in corpore qui est Creator benedictus. **S**ic ergo probatum est leui probatione quod nec-  
 cesse esse in probatione nostra ipsius substantiae non potest esse in duobus: quoniam erit species necesse esse  
 res addita super substantiam vtriusque, & neuter eorum est necesse esse in sua substantia solummodo: sed  
 erit necesse esse in illa manerie quae est species necessitatis esse quae est in eo, & in alio praeter  
 ipsum. **E**xplanatum est autem iam multipliciter quod necesse esse non habet secundum: nec est idem nec  
 diuersum in potentia significationis villo modo: nec est in compositio nec in diuersitate, causa  
 autem omnium istorum est simplicitas mera a qua non puenit per suam largitatem sibi simile: & priuatio cau-  
 se in omni parte, quod si ita est, non est in eo precipitatio villo modo. **C**onsideratio quarta de philosophia

Nota hanc  
 diuisionem  
 entium: & ha-  
 be in viii.  
 Physicorum.

**N**otum est quod nos videmus semper quaedam quae sunt in potentia & exeunt ad actum, quicquid  
 autem exit de potentia ad actum eget extractore, sicut dictum est in propositione xviii. **P**ar-  
 lam autem est quod extractor ille fuit extractor in potentia. **P**ostea fuit extractor in actu. **C**ausa ve-  
 ro eius esse in potentia fuit propter aliquod impediens ex parte ipsius: vel propter aliquam  
 comparationem deficientem ante hoc inter ipsum & illud quod extraxit. **C**um autem in-  
 uenta fuit illa comparatio processit ad actum. **V**trunq; autem istorum exigit omnibus mo-  
 dis extractorem vel remotorem impediendi omnibus modis. **I**dem etiam dicendum est in ex-  
 tractore secundo vel remotore impediendi. **H**oc autem non procedit in infinitum: & non po-  
 test esse quin perueniatur ad extractorem de potentia ad actum qui semper sit vnus & eodem  
 modo: & nullo modo sit potentia in eo, s. ut non sit aliquid in substantia eius in potentia: quin  
 fuerit in illius substantia. **P**ossibilitas erit deficiens aliquando, sicut dictum est in propositione xxiii.  
**E**t vanitas est ut ille attineat materiam: sed est abstractus ut dictum est in propositione xxiiii. **A**-  
 bstractus vero in quo nulla est possibilitas omnino: sed est ens in substantia sua, ipse est Crea-  
 tor. **E**t demonstratum est quod non est corpus, quod si ita est, vnus est: sicut dictum est in proposi-  
 tione xvi. **O**mnes autem illae materiae sunt super quibus venit demonstratio super essen-  
 tia Creatoris vnus qui nec est corpus nec potentia in corpore: cum credulitate antiquitatis  
 mundi. **I**n hoc etiam est via probata super remotione corporeitatis & assertionem vnitatis. **S**i  
 enim essent duo dii, sequeretur necessario quod haberent aliquid commune in quo participarent per  
 quod vterque eorum est deus: haberent etiam alia propter quae sunt diuersi: & ita duo sunt: quo-  
 niam cum in vtraque sit aliquid quod non est in altero: erit vterque eorum compositus ex duo-  
 bus. **Q**uod si ita est, neuter illorum est causa prima: nec necesse esse in probatione nostra suae substā-  
 tiae: sed vterque illorum habet causas, sicut ostensum est in propositione xix. **S**i vero causa diuer-  
 sitatis fuerit in altero illorum: erit ille in quo sunt duo, non necesse esse in substantia sua. **V**ia  
 altera in ratione vnitatis. **D**emonstratum est autem quod omnia entia sunt quasi vnum corpus cu-  
 ius pars coniungitur alteri: & quod virtus coeli diffunditur in materiam istam inferiorem, & a-  
 ptat ei virtutes suas. **C**um ergo hoc non potest astrui, quod vnus Deus sit separatus in aliqua par-  
 te entium: & quod Deus secundus sit separatus in altera parte: quoniam vna pars colligationem  
 habet cum altera: quod si ita est non remanet in hac probatione nisi ut vnus sit operator in vna ho-  
 ra: reliquus vero in altera: vel quod ambo operentur simul semper in eadem hora: ita quod nullum  
 opus perficiatur nisi ab ambobus simul. **Q**uod autem vnus operetur in vna hora, reliquus in al-  
 tera: hoc est vanitas multis de causis, quoniam si tempus in quo vnus operatur fuerit possibi-  
 le ut alter operetur in ipso: quae est causa quare vnus operatur & alter quiescit? **Q**uod si fuerit  
 impossibile ut alter operetur in tempore in quo reliquus operatur: erit alia causa quae facit  
 alterum operari: & alteri dat impossibilitatem operandi tunc, quoniam in tempore non est il-  
 la diuersitas, res etiam quae apte sunt ut operentur in illis, sunt colligatae inter se sicut exposui-  
 mus. **V**terque etiam ipsorum erit sub tempore, quoniam eius operatio adheret tempori. **P**raeterea vter-  
 que illorum exibat de potentia ad actum in hora in qua operatur, & indigebit aliquo qui extra-  
 hat ipsum de potentia ad actum: et in substantia vtriusque erit possibilitas. **Q**uod autem ambo  
 sint operatores omnium eorum quae sunt, ita quod neuter sine reliquo operetur aliquid: hoc etiam  
 est vanitas, sicut dicam, quoniam generaliter nullum opus perficitur nisi ex coniunctione  
 amborum, quod si ita est, neuter eorum est operator cum intelleximus substantiam ipsius: & neu-  
 ter eorum est causa prima illi operi: sed causa prima est coniunctio illorum. **D**emonstratum  
 est autem iam quod necesse esse, necessario non habet causam. **P**raeterea coniunctio amborum ad  
 vnum opus, est propter aliam causam quae coniungit ambos: quae si fuerit talis sine qua non  
 potest perfici, opus est vnum. **E**t hoc est Creator sine dubio. **Q**uod si fuerit alia coniunctio, causa  
 istius coniunctionis erit alius coniunctor, & ita necesse est omnibus modis ut perueniatur  
 finaliter ad vnum qui esset causa esse huius mundi qui est vnus quolibet modo: siue in eo quod  
 incepit esse postquam non fuit: siue ex parte necessitatis quod vnum pueniat ex alio. **P**aret igitur tibi per viam  
 istam quod vnitatis vniuersitatis demonstrat vnitatem factoris sui. **V**ia altera in remotione corporei-  
 tatis. **O**mne corpus est compositum sicut dictum est in propositione xxii. **E**t omne compositum habet operatorem omnino quod est  
 causa existentie formae suae in sua materia. **E**xplanatum est etiam bene quod omne corpus est receptibile diuisionis  
 nis: & habet extremitates: & est locus accidentium sine dubio, quod si ita est, corpus non est vnum neque secundum  
 partitionem: neque secundum compositioem. **E**t necessario est vnum & aliud, probatum est autem quod necesse esse nullam  
 habet compositioem omnino. **P**ostquam autem probationes istas praemisimus incipiamus depurare viam nostram secundum quod praemisimus.

Q non pnt  
 ee duo dii.  
 Via i.  
 Via ii.

Via iii.

Corpus quintum videlicet Coelum, Vtrum sit generabile et corruptibile, an non. Capitulum. III.

**C**orpus quintum quod est coelum: necesse est ut vel sit generabile & corruptibile: & motus eius generabilis & corruptibilis: vel ut sit non generabile nec corruptibile: sicut dicit aduersarius noster. Quod si fuerit coelum & generabile & corruptibile: ergo factor eius postquam fuit non ens ipse est Creator, quoniam hoc est intelligibile primum, quia id quod est post priuationem, habet factorem necessarium: & vanitas est ut ipsum faciat seipsum esse. Si vero coelum non desinit, nec desinet esse mobile motu sempiterno: legem secundum propositiones quas praemisimus quod motor eius in hoc motu sempiterno sit nec corpus nec potentia in corpore: & ipse est Creator. Probatum est autem tibi quod Creator est necesse esse quod non habet causam: nec est possibile esse cum intelligimus substantiam eius. Et demonstrationes certe & vere demonstrant super essentia eius: siue mundus sit post suum non esse: siue non sit ita. Et sicut demonstrant probationes quod est unus & quod non est corpus, sicut praemisimus. Demonstratum namque est quod est unus sine corpore, siue mundus sit nouus post priuationem siue non sit: sicut exposuimus in tertia via philosophiae: et sicut exposuimus remotionem corporeitatis: & firmitatem unitatis in viis philosophiae. Videtur autem mihi rationale perficere finem hunc, opinionem philosophorum: & incipiam exponere demonstrationes ipsorum in esse intelligentiarum abstractarum. Ostendat etiam qualiter conuenit illa ratio principalioribus nostrae legis, scilicet essentia angelorum. Cum autem istud profecerit, reuertar postea ad id quod praemisimus, ad inducendum probationem super nouitate mundi: quoniam demonstrationes nostrae super hoc non firmarentur nec probarentur nisi post scientiam essentiae intelligentiarum abstractarum: & quod induxerunt probationes super esse ipsarum. Necesse est autem omnibus modis ut ante haec omnia, praemittatur propositio quae erit velut candela accensa vltra ad patefacienda arcana huius libri: tam in capitulis praemissis, quam in sequentibus. Hoc autem est quod praemitti debet. Scias quod non est intentio mea in hoc libro aggregare aliqua de scientia naturali, nec depurare vel exponere rationes sapientiae spiritualis super quibusdam opinionibus hominum: vel probare quod probatum est. Non etiam est intentio mea depurare vel astruere firmitatem coelorum, vel narrare numerum eorum: quia libri de hoc compositi sufficiunt, & quibus non sufficerent in aliquo, ratio non erit quod ego dicam certius quam sit id quod alii dixerunt. Sed intentio mea in hoc libro est quod feci te scire in principio ipsius, scilicet exponere plures dubitationes legis, & patefacere arcana ipsius, quod est altum apprehendere per scientias gentium. Igitur cum videris me loqui in assertionem intelligentiarum abstractarum & in numero earum, & in causis motuum ipsarum: vel exponere veritatem materiae & formae secundum largitatem splendoris spiritualis: & similia istis: non ascendat in cor tuum quod intentio mea sit exponere veritatem rationum ipsarum philosopharum solum, quoniam illa iam dicta sunt in libris multis: & plura ex illis demonstrata sunt vera probatione. Intentio mea est dicere quod inuenero in dubietatibus legis, intelligenti etiam multa contraria in scientia rationis illius quam depurabo. Tu autem scis ex principio istius libri mei quod eius columna circumdat super expositionem eorum quae exponenda sunt in opere de Beneficentia & de Mercatura & examinatione dubitationum quae dependent de prophetia: & in scientia Creatoris. In quocumque autem capitulo videris me loqui in expositionem eius quod probatum est in scientia naturali, & in scientia spirituali: vel in expositionem eius quod necesse est ut credatur: vel eius quod dependet ab illis quae demonstrantur in mathematicis: Scias quod est clavis quae est valde necessaria ad intelligendum ex ipsis verba prophetiae, scilicet parabolas & secreta prophetarum. Et propter hoc dixi & explanavi & feci ipsum sciri, ut ratio ipsa sit nobis utilis in sapientia operis de Mercatura: vel operis de Beneficentia: vel ad demonstrandum radicem rationis prophetiae: vel ad credendum scientiam veram de lege quam credimus. Postquam ergo ista praemisimus, reuertar ut perficiam quod incepi.

### De opinionibus Aristotelis. Capitulum. III.

**C**ito quod opiniones Aristotelis quas elegit in causis motuum coelorum ex quibus probatur essentia intelligentiarum abstractarum: licet non demonstrantur: sunt propinque veritati: & dubitationes in ipsis sunt pauciores quam in aliis opinionibus: & sunt magis ordinate sicut dicit Alexander in principio totius. Conueniunt etiam cum multis rationibus legis sicut expositum est in locis similitudinum quae sunt scite: quas non est dubium sapientes ordinasse: sicut explanabimus postea. Propter hoc ergo inducam opiniones istius & demonstrationes eius ut colligam ex ipsis illud quod cum lege conuenierit & cum verbis sapientum.

Coelum habet animam. Capitulum. V.

**C**ito quod coelum habet animam, hoc autem comprehenditur labore intellectus, auditor autem putat quod istud est longe a scientia, quoniam ascendit in cor eius credens quod habet animam: & quod illa anima est sicut hominis, vel asini, vel bouis: sed non est illa ratio dicti. Est autem ratio eius quod motus ipsius localis ostendit quia est in ipso principium a quo mouetur sine dubio, et illa virtus prima, est anima sine dubio. Demonstratio vero huius est: quia vanum est ut sit motus illius circularis sicut motus respectu lapidis deorsum: vel ignis sursum: cuius motus principium est natura non anima. Quod enim mouetur hoc motu naturali, non mouetur nisi a virtute quae est in ipso: quae est principium motus, cum est extra locum suum ut quareat ipsum, cum autem peruenerit ad locum suum, quiescit. Coelum vero mouetur in illo loco circulariter: nec est necesse ut sic moueatur nisi ex eo quod habet animam. Quicquid enim non habet animam non mouetur nisi natura vel imaginatione, scilicet virtute a se: ut quareat sibi conueniens & non fugiat contrarium. Et non refert vtrum motor eius sit extrinsecus sicut motus animalis per calorem solis cum vadit ad aquas in tempore quo sitit: vel quod sit motor eius imaginatio, cum enim imaginatur conueniens vel contrarium, tunc mouetur animal. Coelum autem non mouetur ut quareat conueniens: vel fugiat contrarium: quia si motus eius esset propter illud, necesse esset ut appropinquaret ad illud ad quod mouebatur, & quiesceret. Si enim dixerimus quod mouetur ut quareat aliquid vel ut fugiat, non conueniet ei motus sempiternus: & ipsum ponere esset vanum. Cum autem motus ille circularis fuerit secundum imaginacionem alicuius rei per quam sic mouetur, non erit illud imaginari nisi cum intellectu ergo coelum habet intellectum. Nec tamen omne quod habet intellectum ad imaginandum aliquid & habet animam per quam moueri potest cum imaginatum fuerit aliquid secundum intellectum: quoniam imaginatio sola non facit necessario moueri, hoc autem probatum est in prima philosophia. Palam autem est quod quoad imaginabitur intellectus tuus multa: & poteris ad illa moueri: nec tamen moueberis ad ea villo modo, donec nascatur desiderium ad illa quae imaginatus es: & tunc moueberis ad ea quae quarendum quae imaginatus es secundum intellectum. Iam ergo probatum est quod anima quae est principium motus vel intellectus, per quam comprehendis quicquid est comprehensibile, non est sufficiens causa vti motus sit talis donec adiungatur ei desiderium & concupiscentia rei imaginatae. Ex his ergo sequitur ut coelum habeat amorem illius quod imaginatus est intellectus eius. Illud autem est amatum: & hoc est Creator, propter hoc dicit Aristoteles quod Creator habet coelum, scilicet quia coelum desiderat assimilari ei quod apprehendit: & illud est quod apprehendit intellectus eius quod est in fine simplicitatis: & in quo non est mutatio villo modo: nec renouatur in ipso aliquid, bonitas autem emanat ab ipso semper. Istud autem non conuenit caelo ex parte corporeitatis, nisi vbi sit actus eius motus circularis solummodo: quoniam hic est finis eius quod potest corpus habere, si firmetur eius operatio super ipso, & ipse est motus simplicissimus motuum corporis: nec est in ipsius substantia mutatio: nec in largitate bonorum quae pueniunt ex motu eius. Cum ergo praedicta omnia probauit Aristoteles esse vera, intellexit & inuenit multitudinem coelorum per probationem & motum vniuersum a motu alterius in velocitate & tarditate, licet conueniant omnes in motu circulari. Sequitur ergo secundum considerationem naturalem, ut credatur quod imaginatio quae facit coelum vniuersum moueri motu veloci in vna die, est alia ab imaginacione quae facit aliud coelum moueri motu simili in annis xxx. Iudicauit ergo precise quod sunt intelligentiae abstractae secundum numerum coelorum, quodlibet enim coelorum amat & concupiscit istam veritatem intelligibilem quae est principium eius, & motor eius qui est in ipso. Ille autem intellectus est motor ipsius coeli. Aristoteles autem non iudicauit precise, nec alius ab ipso quod numerus intelligentiarum est x. vel quorundam: sed dixit quia sunt secundum numerum coelorum. In tempore vero ipsius putabant antiqui quod coeli erant quinquaginta. Dixit autem Aristoteles: Si numerus coelorum est quinquaginta: ergo totidem sunt intelligentiae abstractae: quoniam mathematicae partem vigeant in tempore ipsius, nec erant adhuc perfectae. Putabant etiam quod quilibet motus habebat proprium coelum. Ignorabant autem quod vniuersum coelum renouat multos motus visibiles: sicut si diceret motus in longum, et motus ad delectationem, & motus qui apparet circa orbem extemitatis coeli secundum latum orientum & occidentum, non est autem nostra intentio. Reuertemur ergo ad id in quo eram. Posteriores Philosophi dixerunt quod intelligentiae abstractae sunt decem, numerauerunt siquidem sphaeras coelorum in quibus sunt stellae: & sphaeram circumdantem alias: licet in illis sunt aliae multae sphaerae. Et coeli sunt nouem numero. Primum quod circumdat omnia: & coelum stellarum fixarum: & coeli septem planetarum. Intellectus autem x. est intelligentia agens quae demonstrat super exitu nostri intellectus de potentia ad actum.

omne autē qđ exiit de potentia ad actū, habet extractorē extra ipm̄ necessario, necesse est autē vt extractor sit eiusdem generis cuius & extractū. Carpentarius namq; nō facit arcam quia est artifex: sed quia forma arcæ est in intellectu ipsius, ipsa vero forma arcæ que sic est in intellectu eius: extraxit arcam de potentia ad actum: & fecit ipsam ex lignis. Similiter dicem⁹ qđ dator formæ est forma abstracta: et dator intellectus est intellect⁹: & ipsa est intelligentia agens: ita qđ sit comparatio intelligentiæ agentis ad vltima elementa: & ex eis composita sicut comparatio cuiuslibet intelligentiæ abstractæ quæ est adunata in celo, ad ipsum celum, & comparatio intellectus in actu qui est in nobis: & est in splendore intelligentiæ agentis: cum quo etiam apprehendimus ipsam intelligentiam agentem: est sicut comparatio intelligentiæ cuiuslibet cœli que est in eo: & est ex splendore intelligentiæ abstractæ: cum quo etiam apprehendit quodlibet abstractū: & imaginatur illud in intellectu suo & cōcupiscit assimilari ei, & idcirco mouetur & redit in ipsum. Ex his colligitur qđ probatum est: quia Creator non operatur absq; medio: sed qđ ignis ardet per medium: & ignis mouetur mediante celo: & celū mouetur mediante intelligentiā abstracta. Et erunt ipsæ intelligentiæ abstractæ angeli proprii quibus mediandis mouentur cœli. Et quoniā sunt intelligentiæ abstractæ, non conuenit eis numerus vllō modo: quia non est mutatio in substantiis ipsorum: non enim sunt corpora. Sequitur ergo ex his secundum sententiam ipsius sapientis qđ Creator sit factor primæ intelligentiæ, quæ mouet primum celum sicut exposuimus. Intelligentiæ vero quæ mouet celum secundum, non est causa vel principium nisi intelligentia prima: sicut erit donec intelligentia quæ mouet celum nobis propinquum, erit causa intelligentiæ agentis: & principium eius: & vsq; ad ipsum peruenit essentia intelligentiarum abstractarum: sicut & corpora incipiunt a celo altissimo & proueniunt vsq; ad elementa vltima: & ex eis composita. Nō oportet autem qđ intelligentiæ quæ mouet celum altissimum, sit necesse esse: quoniam cōmunicat cum aliis intelligentiis in aliquo qđ est motus corporum: & quælibet differt ab alia in alia re: & ita quælibet illarum decem, habet in se duo, & necessaria est prima causa omnino omnibus rebus. Hęc ergo sunt verba Aristotelis, et opinio et probatio ipsius super hoc qđ prædicte res sunt simplices secundū qđ pōt intelligi ex libris eorum qui secuti sunt ipsum. Erit ergo finis verborum eius qđ oēs cœli sunt corpora viua, habentes animam intelligibilem: & imaginantur & apprehendunt Creatorem & principia sua: et qđ sunt intelligentiæ abstractæ non in corporibus quæ sunt a largitate Creatoris, & sunt medium inter ipsum & omnia corpora. Nunc autē ostendam verba quæ sunt in lege nostra, quæ conueniunt cum istis opinionibus, & quæ sunt in lege nostra diuersa ab illis in capitulis quæ inducam.

Coeli sunt animalia rationalia. Capitulum. VI.

**C**œli sunt animalia rationalia, s. apprehensores Creatoris. Hęc autē est veritas pbata etiā ex parte legis: & non sunt corpora mortua sicut ignis & terra, sicut putant insipientes: sed sunt sicut dixerunt phi, aialia obedientia Creatori. Laudat ipsum & cantant ipsi caricū: & laudat sublimē sicut dicit Dauid. Cœli enarrat gloriā dei, multū lōge est a veritate qđ putat hoc esse dictū ppter illud qđ ex eis apparet: qm̄ in lingua hebraica verbū narrandi vel enunciandi nō attribuit nisi rei habenti intellectū. pbatio autē vera est qđ ipse narrat eorum dispositiōes in substantia ipsorum, s. cœlorū: nō illud qđ intelligūt hoies ī eis. Subiecit namq;, Nō sunt loqle neq; sermones: & nō audiunt voces eorū, sic ergo ostēdit qđ hoc dī de substantia ipsorū qđ ipsi laudat Creatorē & enūciat mirabilia ipsi⁹ absq; sermone labiorū & lingue, & hoc ē verū. Oīs namq; qđ laudat sermone, nō enūciat nisi qđ imaginat ei⁹ intellect⁹, qđ dicitas vero laudis ipsi⁹ est ipsa laus. Verba vero qđ ibi ponūt, sūt ad hoc vt faciāt sapiētē: vel vt ostēdāt de ipō qđ ipse apprehēdit: qđ apprehēdit, sicut dicit, Dicite ī cordib⁹ vris: & ī cubilib⁹ vris, et tacete sep: sicut explanauim⁹. Huic autē pbatiōi qđ sumit ex verbis Prophetarū, nō cōtradicit nisi stult⁹ vel aduersari⁹ veritatis. Opinio vero sapientū in hoc nō eget expositiōe & pbatiōe. Cōsidera qualiter ordinauerūt verba sua in bñdictiōe lunę ī quocūq; loco orōnis: & verba expositionū in his quæ scriptura dicit, Virtus cœlorum tibi flectitur, et iterum, Cū me laudarent simul astra matutina: & hoc inuenitur frequēter in verbis eorū. Alibi etiā dixerunt in expositione scripture: quæ dicit, Terra erat vacua, i. desolata & angustiata super malitia sua: ac si terra diceret, Ego & cœli creata sumus simul: superiora sunt viua & inferiora mortua. Et ostendit qđ Cœli sunt corpora viua, nō mortua sicut elementa vltima. Ostensum est ergo tibi qđ

Cauē creas,

dixit Aristoteles qđ cœlū ē apprehēdēs & imaginās: scđm intellectū cōuenit cū dictis pphetarū, & receptores nostrę legis vel sapiētes. Scias autē qđ oēs phi cōueniūt in hoc qđ regimē inferioris mūdi pficit cū virtutibus quæ diffundunt sup ipsum ex parte cœlorū sicut pdixim⁹: & qđ cœli apprehēdūt oīa quæ regunt & sciunt ea. hoc autē inuenitur in lege sicut dicit scriptura, Diuisit eos dñs Deus tuus oibus populis: qđ est dicere: Posuit eos mediatores ad regendum creata, nō vt seruiāt eis. Dixit namq; velut exponēdo vt p̄sint diei & nocti: & diuidat lucē a tenebris. Potestatis autē & plationis modus est vt regat & pparet officia eius: & hęc est res addita sup lucē & tenebras, quæ sunt causa propinqua generationis & corruptionis, nā de dispositione lucis & tenebrarum dictū est, Et diuidant lucem a tenebris. Vanitas autē est vt rector alicuius ignoret rem quā regit cum scit veritatem regiminis: & quibus cōueniat. Adhuc autē sternemus aliud verbū in hac materia.

Angelus est ens, & quale ens, & de effectu eius. Capitulum. VII.

**S**cito qđ angeli sunt entes: nec istud indiget probatione legis: qm̄ in multis locis reperitur. Scis autē qđ eloim est verū iudiciū: sicut dī. Vsq; ad iudices pueniet rō amborū. Ideo vero accōmodatū est hoc nomē angelis, & Creatori: quia ipse est iudex sup angelos sicut dicit scriptura. Dicit dñs Deus vester: ipse Deus deorum & Dñs Dñorū. Cū ergo dixit dñs Deus noster: sermo ille est ad speciē humanā cōiter. Cū autē subiecit Deus deorum hoc est Deus angelorum: & qđ postea dixit, Dñs dñorum: hoc est dicere Dñs cœlorū & stellarū, qui dominatur omnibus corporibus quæ sunt præter illa, & hæc est ratio eius, nō qđ sit Deus & dñs generis hominū tm̄modo, quoniā gradus ipsorum est diminutus in hoc: & p̄sertim in hoc qđ dixit, Dñs De⁹ vester. qđ cōiter cōprehēdit oīa genera hoīm: & dños & seruos. Nec oportet qđ intētio sit in hoc: qđ Creator est Dñs oīm rerū, qđ credūt etiā blasphemā: qđ De⁹ ligni & lapidis, nō em̄ ē honor Creatoris qđ sit dñs lapidū & lignorū, & sculptilis, sed intētio in hoc est: qđ Creator est iudex sup iudices: hoc est sup angelos, & dñs cœlorū. Iam vero p̄missimus in hoc libro capitulū ad ostēdēdū qđ non sunt corpora, & hoc idē dixit Aristotel: & est differētia tantum in noīe: qm̄ ipse vocat eos intellectus abstractos. Nos autē nominamus ipsos angelos. Verba vero ipsi⁹ sunt qđ istę intelligentiæ abstractę sunt medię inter Creatorem & alia entia: & eis mediandis mouent cœli quorū motus est causa gnationis oīs gnabilis: & hęc sūt verba oīm librorū, nō em̄ inuenies opus aliquod qđ Creator faciat nisi p manū angeli, tu autē iam scis qđ angelus interpretatur nunciū: quicūq; autē implet visionē vocat angelus, etiā mot⁹ aialiu irrōnabiliū dicit scriptura qđ sunt p manū angeli: cū ille mot⁹ fuerit p̄pat⁹ p re spūalē: qđ dedit ei potētiā vt sic moueret: sicut dicit Daniel, Misit dñs angelū suū: & cōclusit ora leonum: & nō me cōtaminauerūt. Motus etiā asinæ Balaā oēs fuerūt per manū angeli. Elementa etiā vltima vocant angeli: sicut dicit Dauid, Qui facit āgelos suos spūs. Dī etiā angelus nunciū hoīs: sicut dicit, Misit Iacob angelos idest nūcios. Dicit etiam de ppheta: vt ibi. Et ascēdit angelus dñi de Galgal. Et iterū, Misit angelum suū & eduxit nos de Aegypto. hoc est nūciū. Dicitur p̄terea de intelligentiis abstractis quæ apparent pphetis in visione pphetiæ. Dicitur insuper de viribus rerū viuarū sicut explanabim⁹ postea. nūc autē nō loquimur nisi de angelis qui sunt intelligentiæ. Lex siquidem nostra nō tollit qđ Creator sit rector huius vniuersitatis per angelos intermedios, sic em̄ qđ dixerūt sapientes in eo qđ lex dixit, Faciamus hominē, &c. Venite & descendamus, quia hic est sermo multorum: quasi non faciat Creator donec videat illud in cœtu superiori, & debes mirari in dictis istis: sed vide qđ p̄pulo locut⁹ est filius Dñs, qđ Creator videt in seculo intelligibili: & ex ipso pducit entia. Aliqui etiā dixerūt p̄cise qđ Creator nihil facit donec cōsiliū habeat cū cœtu superiori. Alii etiā dixerunt propter verbū qđ dixit Salomon: qđ iam fuit dum est hoc fecerunt, nō dicitur hoc fecit, sed fecerūt: ac si ipse & capitulū eius cōueniūt sup quolibet mēbro qđ est in te: & posuerūt illud in sua cōpositione sicut scriptura dicit, Ipse fecit & cōposuit te: & in alio loco dixerunt: vbicūq; dicitur Dominus, est ipse & capitulum ei⁹. Nō est in hoc intētio sicut stulti putāt qđ Creator loquit vel cogitat, vel videt, vel consiliatur, & habet adiutoriū aliorum extra se in cōsiliis, quō nāq; quæret cōsiliū a creatura: Omnū istorū expositio est qđ singularia entiu & omnia mēbra animalū quæ creauit scđm qđ sunt: sunt quidem mediandis angelis: quoniam omnes virtutes vocantur angeli: quia implent visionem. Qđ magnum malum est cæcitas stultitiæ & ignorantia & damnū qđ mente prouenit. Si enim dicerēs alicui illorum qui reputant se sapiē-

res in lege q̄ Creator mittit angelū qui intrat in vterū mulieris & disponit formā & figurā fetus, videretur em̄ rationale: & reciperet istud & putaret q̄ esset decor & gloria Creatoris: & sapientia ipsius. Credit nāq̄ q̄ angelus est corpus igneū splendens: & magnitudo corporis eius sicut tertia pars vniuersi mundi: sicut ostēdunt plana parabolārū sapientū. & credit q̄ hec omnia sunt conuenientia Creatori. Si vero diceres eidē q̄ Creator dedit spermati virtutē informatiuā que operatur figurā mēbrorum: & format ea: & hoc est angelus: vel q̄ omnes forme sunt ab intelligentia agente quæ est angelus, qui vocatur princeps mundi: qui tamen ab alio habet: de quo sapientes semper faciunt mentionem: remoueret hoc a se & non crederet istud: quia non intelligeret rationē huius profunditatis & istius potentie verę quæ posuit virtutes istas actiuas in singulis rebus quæ non apprehenduntur sensu. Sapientes etiā iam ostenderunt ei qui sapiēs est, q̄ omnis virtus in corpore vocatur angelus: q̄to magis virtutes in mundo diffuse: quelibet etiā virtus habet operationē sibi vnā nō duas. Hęc autē dicta sunt a sapiētibus manifeste. vnus angelus nō nūciat duo, nec duo angeli nūciant vnū. & hec eadem ratio est in omnibus virtutibus. In pluribus etiā locis dicunt verba, quibus astruit q̄ virtutes singulares naturales & aīales, vocātur angeli. Radix autē illorū verborū est in quodā loco, vbi dicit q̄ Creator creat singulis diebus centū angelorū: & dicunt corā eo canticū & recedunt. Cū vero cōtra dictū fuit verbis istis p̄ eaq̄ probant q̄ angeli sunt stabiles & eterni, et hoc demonstratū est frequenter: responsum est q̄ angelorū q̄dā sunt stabiles & eterni: quidam vero pereunt. Verū siquidē est q̄ illę virtutes singulares sunt generabiles & corruptibiles. Species vero ipsarū virtutū stabiles sunt & incorruptibiles. Sic etiam dixerunt, de Iuda et Thamar loquentes. Dixit Rabi Ohanna: voluit preterire: & p̄cepit Creator angelo qui est positus super cōcupiscentia, & signauit per hoc appetitiuā coitus quæ est in hoīe. Vides autē q̄ nomen huius virtutis vocauit angelū: & sic inuenies semper q̄ ipsi dicunt, angelus qui est positus super tali & tali re: quoniam omnis virtus quam dedit deus super quacūq̄ re: vocatur angelus missus super illa re. Dixerūt etiam alibi: cum dormit homo, anima sua dicit ad angelum: & angelus ad cherub. Ostenderunt etiā cuilibet intelligenti q̄ virtus que videt somnia, vocatur angelus, intellectus vero vocatur cherub, q̄ mirabilis est illa ratio scienti eā: & q̄ abominabilis est apud insipientes. Sed de forma in qua videtur angelus in visione prophetie: iam diximus in hoc q̄ inuenies plures prophetas qui viderunt angelos in forma humana, sicut legitur. Ecce homines tres stātes iuxta ipsum. Quidā etiā vidēt angelū sicut si esset homo valde terribilis: sicut dicitur, Visio eius sicut visio angeli dñi terribilis nimis. Quidā etiā vident ipsum sicut visionē ignis: sicut dicitur, Apparuit ei angelus Dñi in flamma ignis. Et dicitur ibi sapiētibus, Abraham cuius virtus erat fortis, vidit eos quasi hoīes. Loth vero cuius virtus erat mala visi fuerunt quasi angeli. hoc est arcanū magnum de secretis prophetie. Adhuc etiā adducā alia verba in rōne pphetiæ, & sicut ibi dicitur q̄ anteq̄ perficerent q̄d p̄ceptū erat eis: dicti sūt homines, sed postq̄ fecerūt iussionē, induerūt angelitatē. Pone ergo cor tuū & vide qualiter ex omni parte demonstrauerūt q̄ rō angeli est opus alicuius rei: & q̄ oīs visio angeli nō est nisi visio pphetie: & scdm̄ apphensionē apphendetis. Postq̄ ergo hec ita se habēt in oībus que dixit Aristoteles in hac materia, nō est aliquid cōtrariū legi nr̄e. Aliud vero q̄d est cōtrariū nobis, est q̄ ipse credit q̄ hec oīa sunt antiqua nō noua neq̄ creata: & q̄ sequuntur ex potētia Creatoris quasi ex debito. Nos vero credimus q̄ oīa sunt creata: & q̄ Creator creauit intelligētiās separatas: & dedit potestates cœlis desiderādi illas: & ipse creauit intelligentias et cœlos: & posuit in eis virtutes regitiuas. In hoc ergo solo cōtradictim⁹ ei. Adhuc etiā faciā te audire sentētiā eius: & sententiam legis verę in nouitate mundi.

## Angelus est nomen æquiuocum, & de cœlis. Capitulū. VIII.

**Q**uod scindimus iam æquiuocationem huius nominis angelus: & q̄ conuenit comuniter intellectibus separatis & cœlis & elementis vltimis. Et quia quodlibet illorum facit aliquid: non putes q̄ cœli vel intellectus, abstracti sunt sicut virtutes corporales quæ sunt naturæ & non apprehendunt operationes suas. Cœli siquidem et intellectus abstracti, apprehendunt operationes suas: et eligunt et dirigunt: sed non sicut nos eligimus: q̄d totū fit cum renouatione rerum. Hoc enim dictū est in lege: scilicet rationes sunt ibi quæ percipiunt nos super hac re: sicut dixit angelus ad Loth, Non potero facere aliquid donec inuenias, et dixit vt faceret eum euadere. Ecce posui faciem tuam ad rem

istam & dixit. Audi vocem eius & nō resistas ei: quia nō parceret errori nostro: qm̄ nomen meū est infra ipsum. hec autē oīa demonstrāt q̄ apprehendūt operationes suas: & q̄ habēt volūtatē et electionem cū audacia & regimen q̄ data sunt eis: sicut nos habemus volūtatē in eo q̄d datū est nobis: & habemus potestātē sup̄ illud a principio gnationis. Actiōes vero nostre sunt deficientes: & hec est priuatio q̄ p̄cedit regimen nostrū & operationē. Intellect⁹ vero abstracti cœli non sunt sic, sed semper faciūt bonū: & apud eos non est nisi bonū: sicut explanabitur in capitulis sequentibus: & quicquid est apud eos, existit in fine perfectionis et operatiōis sempiternę ab hora suę essentię.

## Sonitus seu sonos esse in cœlis. Capitulū. IX.

**O**piniones antiquorū q̄ sequuntur ex opinione philosophorū & vniuersitas gētis asserunt, q̄ motus cœlorū faciūt sonos terribiles: & fortes induerūt p̄batiōes hoc modo. Corpora parua q̄ sunt apud nos cū velociter mouent, faciūt sonū gradē et terribilē quāto magis corpa solis & lunę & stellarū cū sint tāte magnitudinis & velocitatis. Schola ergo Pythagorę credit q̄ sunt ibi soni dulces & suauis ordinati scdm̄ magnitudinē suā secundū p̄batiōes musicas. Sūt autē causę phibētes ne audiam⁹ tā fortes & dulces sonos, & illa opinio fuit scita in gēte nr̄a. Nōne vides sapiētes narrātes sonū solis ī cursu suo cōtinuo! & idē seq̄ in oībus aliis. Aristoteles vero nō credit istud: & dicit q̄ nō faciūt sonū: sicut inuenies ī libro ei⁹ q̄ dicit cœli & mūdi: et inde intelliges. Tu autē non miteris si opinio Aristotelis diuersa est ab aliis opinionibus: sapiētū in hoc, qm̄ illa opinio in sono cursus stellarū, fundat sup̄ hoc q̄ cœlū est fixū & stellæ mouent. tu vero iā scis q̄ dederūt p̄minētia suę sapiētū: & p̄ponderāt illas in istis rationibus firmamenti: & hoc est q̄d dixerūt manifeste. Vicerunt sapiētes gentiū mūdi: & hoc est veritas. In rōnibus autē speculatiuis non est locutus qlibet loquētū, nisi secū dū q̄ direxit eū cōsideratio sua: & ideo credunt illud super quo firmata est demonstratio.

## Numerus cœlorū & ordo planetarum. Capitulū. X.

**A**m exposuimus q̄ numerus cœlorū nō fuit diligēter exq̄sit⁹ tpe Aristotelis. illi enī qui numerauerūt eos t̄pibus nr̄is: & inuenērūt eos nouē, numerauerūt spherā vnā q̄ attinet multas spheras: sicut estēsum est cōsiderātū in scia firmamenti. ideoq̄ nō mireris in diuersitate verborū sapiētū, q̄ dixerūt q̄ duo cœli: sicut dixit scriptura, Ecce dñs deus tu⁹ possidet cœlos: & cœlos cœlorū. Ille nāq̄ qui hoc dixit, oēs spheras stellarū numerauit p̄ vnā: spherā vero circūdatē alias in qua nō sunt stellæ, numerauit pro alia: & idcirco dixit q̄ duo cœli sūt. Ego autē p̄mittā tibi p̄ponē quādā quæ erit tibi necessaria ad illud q̄d intēdo in hoc capitulo. Scito ergo q̄ in spheris Veneris & Mercurii, dixerunt sibi primī homines q̄ studebant in sciētis mathematicis, vtrū sunt supra solē, an sub solē: qm̄ nō est demonstratio q̄ p̄bet q̄s est ordo istarū duarū spherarū. Omnīū antiquorū opinio fuit q̄ iste due spherę, s. v. Veneris & Mercurii sunt supra solem. Intende ergo in hoc & scito. vnde securus est postea Ptolemeus: & p̄poderauit q̄ erāt sub solē, dicens: Cōueniētius est naturę q̄ sol sit ī medio planetarū. & tres sūt supra eū: & tres sub eo. Post eū fuerūt alii in Hispania valde subtiles ī mathematicis & exposuerunt scdm̄ p̄pones Ptolemei q̄ Venus & Mercuri⁹ sunt supra solem. De hac autē materia quēdam librū fecit Maurus q̄dā cuius nomē Euanassa de ciuitate Hīspalensi: & ego vidi filiū ei⁹. Post istū vero studuit in hac materia p̄fus bon⁹ Maturus q̄dā. s. Abubacus & fuit discipulus cuiusdā discipulorum ei⁹: & induxit demonstratiōes quas dicem⁹ in noīe ipsius: & dixit q̄ non oportet vt Venus & Mercuri⁹ sint supra solē. Hęc autē ratio quā dixit p̄fus ille, est p̄batio p̄lixā rōnis: nō demonstratio impossibilitatis. & vlr̄ fit ita siue nō, oēs sapiētes primī ordinauerūt Venerē & Mercuriū supra Solē. & idcirco numerabāt spheras duas, spherā Lunę q̄ sine dubio p̄p̄inqua ē nobis: & spherā Solis q̄ est supra Lunā necessario. Spheras autē quinq̄ stellarū p̄ vnā reputabāt: Spherā fixarū stellarū p̄ alia & cœlum circūdas oīa in quo non sunt stellę. Qd̄ si ita est, dicem⁹ q̄ numerus spherarū in quibus sunt forme stellarum (sic enim vocabant antiqui stellas. s. formas) sicut scitur ex libris eorum: quaternarius est. s. sphera stellarū fixarū, & sphera. v. planetarū, sphera Solis, & sphera Lunę: super omnes vero spheras quādam sphera in qua nulla stella est. Ille vero numerus est apud me radix maxima ad rationem illam quæ ascendit in cor nostrum: quā non vidi in dictis alicuius philosophi. sed verba sapientum perceperunt me super illa ratione. Dicam autem illam in capitulo sequenti & explanabo rationem ipsius.

lib. II. v. 10. p. 10

Nota de sphera Veneris & Mercurii.

Opinio Ptolemei q̄ sol sit in medio planetarum.

De numero spherarum scdm̄ antiquos.

Manifestu est in oibus libris philosophoru qui cu loquuntur de regimine mundi: dicunt q regime hui inferioris mundi. s. generabilis & corruptibilis no est nisi cu virtutibus quas largiunt coeli. Huius aut rei sepe fecimus mentione. Inuenies etia dictu a sapientibus q no est aliqua planta inferius que non habeat stellam in caelo qua percutit ipsam & dat ei crescere: sicut scriptura dicit: si nosti leges caelorum: si poneres ppositu in terris: inuenies etiam manifeste in principio cuiusdam libri sciti apud nos: Stella quedam pficit cursum suu in triginta diebus. Est aut alia stella qua cursum suu pficit in spatio triginta annorum. Ostensum est aut in his verbis q quis in singularibus generandis sint virtutes stellarum. coniuncte: & licet virtutes sint diffusae in omnibus entibus: virtus tamen vni stelle magis fixa est in quadam specie entiu: sicut species virium corporis qd est vnum. Vniuersum naq est quasi vnus homo: sicut pdiximus. Sic dixerunt philosophi q luna habet virtute addita coniunctam cum fundamento aqua: cuius rei signum est clementum fluminum & marium in clemento lunae: & diminutio ipsorum in decremento lunae. Diffunduntur siquidem maria in clemento lunae: & in diminutione ipsius cohibentur. s. in ascensu & descensu lunae secundum quadras caeli: sicut ostensum est manifeste speculantibus in huiusmodi. Splendor vero solis esse motiuu fundamenti ignis: hoc est manifestu, sicut vides q calor diffunditur omnibus entibus cu sole. Cu vero elogatur ab illo loco vel occultatur: augmentatur frigus. Istud autem palam est: nec est necesse vti pluribus verbis in hoc. cum ergo sciui hoc, ascendit in cor nostru q quatuor sphaere praedictae in quibus sunt forme stellaru: licet coniunctio ipsaru largiatur virtutes omnibus generalibus: & ipsae sunt causae ipsorum: qualibet tamen sphaerarum habet aliquod quatuor elementorum: cuius virtutis ipsa sphaera est principium: & ipsa est qua mouet elementum ipsum motu suo: motu. s. generationis. Quod si ita est: Dicemus ergo q sphaera lunae mouet elementum aqua: sphaera solis, elementum ignis: sphaera vero aliarum quinq stellarum, mouet aera: multitudo vero motuum ipsarum, & varietas motuum ipsarum in retrogradatione vel in progressionem vel in statione, est causa variationis aeris & mutationis eius: & q velociter & frequenter diffunduntur et constringuntur. Sphaera aut stellarum fixarum immutat elementu terrae: et potest esse q ppter hoc motus terrae fuit grauis ad recipiendum virtutem operatam & mixtionem: & hoc prouenit ex tarditate stellarum fixarum in suo motu. Et iam perceperunt super coniunctione stellarum fixarum cum terra in dicendo q numerus planetarum est secundum numeru singularium stellaru de vniuersitate ipsarum. Sic ergo oportet vt ordo sit q sphaerae sint quatuor: & q elementa que mouentur ab eis sint totide: & virtutes q pueniunt ex largitate ipsaru i entib, vniuersaliter sint quatuor sicut exposuimus. Similiter quatuor sunt cause cuiuslibet motu sphaerici. s. figura coeli. i. sphaericitas eius, & aia ipsius, & intellectus eius quo intelligit sicut exposuimus: & intellectus separat qui est desideratum ipsius. Appone cor tuu ad ista. Expositio aut eius est q nisi figura ipsius coeli talis esset, nullo modo moueretur motu circulari continuo: quia no est motus in re fixa cotinuu, sed solus motus circularis cotinuu. Motus aut aequalis & directus no reflectitur vt sit cotinuu. Mobile naq si reflecteret multotiens, non esset motus vnus cotinuu: qm inter omnes motus duos contrarios est quies media: sicut demonstratu est in loco suo. Scitum aut est iam q necesse est, & si motus qui est reuersiois secundu eade via p se q illud qd mouet eo, mouet circulariter: & non mouet sic nisi qd habeat animam. & hoc pbat essentia animae oibus modis per illud ex quo sequitur motus. & hoc est imaginatio intellectus, & amor, & concupiscetia imaginatae rei: sicut praediximus. Istud aut no erit hic nisi intellectus. no em est acquisitio conuenietis vel fuga cotrarii. & necessariu est oibus modis vt sit ens qd sit imaginatu i intellectu coeli in quo est concupiscetia: sicut exposuimus. ¶ Sunt ergo. iiii. cause motus coeli: & quatuor gna virtutu vniuersaliu q pueniunt ex largitate ipsius ad nos. Virtus. s. gnatiois liquabiliu. & virtus aie nutritiue: & virtus aie sensibilis: & virtus aie ronalis: sicut exposuimus. Cu aut interderis in actioib istaru virtutu, inuenies q sunt duo gna. Primu. s. generatio cuiuslibet generabilis: secundu vero cura ipsius gnabilis. s. cura sua speciei semper: et cura suorum singularium in tempore definito. Haec est expositio eius qd dicitur q non est sapiens rector studes vt faciat esse aialia cu actioe imaginabili artificiali intedes in eoru cura et sempiternitate cu agitatione virtutu informatiuaru, qua sunt causa essendi ea et cu virtutib regiminis qua sunt

Vniuersu e. q. vn ho

Quatuor sunt cae cuiuslibet motu sphaerici.

Nota quatuor q fluunt ex coelo.

causa vita ipsorum, & cure tempore definito. Conuenit aut q sit mens spiritalis ex qua proueniunt illae duae res mediante caelo. Numerus aut ille, scilicet quaternarius, mirabilis est: vt intelligatur in ipso qd in allegoria Rabi Tahina dixerunt, Quatuor gradus erant in scala. & hoc est qd dictu est: Ecce scala super terra stas. & in omnibus allegoriis dixit, q quatuor sunt coetus angelorum: & istud frequenter iterauerunt. Quidam autem translatorum dixerunt q septem gradus erant in scala: sed omnia translata in omnibus allegoriis conueniunt, q angeli domini ascendebant & descendebant: & erant quatuor solummodo, no pauciores: duo. s. ascendentes, & duo descendentes: & q quatuor conuenerunt in vno graduu scala: & sic fuerunt quatuor in vna regula, duo ascendentes, & duo descendentes: donec didicerunt ex iis, q latitudo scala est mundus, & terra in visione prophetiae: quoniam latitudo vnus angeli est in visione prophetiae sicut tertia mundi, sicut dictu est: Et corpus eius sicut thaysis. Qd si ita est, ergo latitudo quatuor erit mundus & tertia. In similitudinib aut Zachariae, cu loquutus est de quatuor quadrigis exeuntibus de medio duorum montium: Montes autem erat aenei: & dixit in expositione huius loci, Ille sunt quatuor partes caeloru qua egrediuntur stare coram dominatore vniuersae terrae: & haec est causa omnium qua renouantur in mundo: & pro certo fecit mentionem aeris. Similiter etiam dixit in alio loco, aes lucidum: quia in hoc verbo est aequiuocatio: & adhuc faciam te audire in eo rationem quam percepit intellectus. ¶ Quatuor autem dixerunt q angelus est tertia mundi: sicut dixerunt sapientes, est valde manifestum. Istud vero iam exposuimus in aggregatione nostra magna i Talmud. Et diximus q entia diuiduntur tripartito. Prima pars, intellectus separati, & ipsi sunt angeli. Secunda pars, corpora caelorum. Tertia vero pars, materia prima, scilicet corpora variabilia semper, qua sunt infra caelos. Sic ergo intelliget qui cuius voluerit intelligere similitudines prophetiae, & expergefieri de somno pigritiae, & euadere a mari ignorantiae suae, & ascendere ad gradus sublimes. Cui autem placuerit in oculis suis submergi in mari ignorantiae suae, & descenderit inferius, non eget vilo motu corporis vel animi: qm ipse descendet inferius de natura sua. Intellige ergo q diximus, & appone mentem tuam ad illa.

Nota q quaternarius numerus mirabilis est.

Alit sicut collo caeli.

Diuisio entiu in tria.

¶ Rationes de numero Caelorum. Capitulum. XII.

Sic dicitur q rationes istae qua inducuntur in assertionem Caelorum, qua dictae sunt, cum intellexerit eas aliquis studens in mathematicis, purabit q est demonstratio certa in hoc. s. q dispositio caelorum & numerus eorum sic se habet: sed no est ita: nec istud est qd quaritur in scientia firmamenti. Sunt autem quadam qua demonstrantur se habere sic, sicut demonstratu est: q via solis declinat ab aequinoctiali: & hoc non est dubiu. Vtru autem circulus eius sit eccentricus: vel vtrum habeat sphaeram circularem: hoc no est demonstratum, neq curat de istis qui est artifex in scientia firmamenti, quonia intentio huius scientiae est vt excogitetur firmamentum conueniens ad hoc, vt sit motus stelle circularis: in quono sit velocitas, vel tarditas, vel variatio: & q illud qd sequitur ex tali motu, conueniat cum eo qd apparet oculis. Ergo ponet mentem suam vt diminueat numerum motuum, & numerum caelorum secundum q poterit: quoniam si possemus, gratia exempli, excogitare firmamentu per qd affirmet qd apparet oculis de motibus stellaru in tribus caelis: & aliu motu in quo istud affirmetur per se in quatuor caelis: conueniens est vt innitatur sup firmamento pauciorum motuum: ideo praelegimus in sole eccentricitatem plusq sphaeram circudante: sicut dixit Ptolemaeus. Secundum ergo hanc rationem cum apprehendimus motum omnium stellarum fixarum, qui est motus inuariabilis: nec dispositiones ipsius variantur: conuenimus in hoc q omnes sunt in eodem caelo. Non est autem impossibile q qualibet stellarum fixarum sit in caelo suo proprio, & motus omnium ipsorum sit vnus: & omnes sphaerae ipsarum reuoluunt super eosdem polos. Tunc ergo erit intellectus abstracti secundum numerum stellarum: sicut scriptura dicit, Si est numerus virtutum vel exercituu ipsius, hoc est dictum propter multitudinem: quoniam intelligentiae separate, & corpora caelestia, & virtutes omnes, vocantur exercitus eius: & no potest esse quin sit numerus communis in genere illo. Et quis res ita se habeat: nulla tamen sequitur confusio in eo qd ordinauimus in ponendo numerum sphaerarum stellarum fixarum vnitatem. i. vniam sphaeram, sicut posuimus quinq celos planetarum cum multitudine sphaerarum suaru vniam sphaeram: quonia intentione nostra iam intellexisti: quia nos numeramus vniuersitatem virtutum quas apprehendimus in entibus apprehensione communi: non apponentes cor in determinatione veritatis intellectuuum abstractoru vel caeloru,

Sed tota intentio est q̄ omnia entia prater creatorem tripartite diuiduntur. Prima pars, intellectus separati. Secunda pars, corpora celorum, quorum formae sunt sempiternae: nec mutantur de loco in locum, nec variatur hoc fundamentum in substantiis ipsorum. Tertia vero pars, corpora generabilia & corruptibilia, quoniam communem habent materiam. Virtus autem regiminis diffunditur a creatore super intellectus separatos. Et similiter prouenit ex largitate bonorum eis datorum, & ex splendore super corpora celorum. De caelis vero diffunduntur virtutes & bonitates super corpora generabilia & corruptibilia cum fortitudine eius q̄ adepti sunt ex potentia principii sui. Tu vero scito q̄ omnis largitatis bonum secundum ordinem istum non est intentio neq̄ finis eius, vt proficit illi rei quae recipit commodum solum modo: quoniam sequeretur ex hoc vanitas completa: quia finis honorabilior est illis quae sunt propter finem: & sequeretur necessario ex hoc, vt sit ens superius & perfectum & honorabile propter inferius. Istud autem nullus intelligens opinatur, sed in iis res se habet sicut dicam. In quolibet siquidem perfecto quocunq̄ genere perfectionis, potest esse perfectio in ipso ita q̄ perficit eius substantiam: & non procedit illa perfectio ad aliud extra ipsum. Potest autem esse perfectio ipsius huius q̄ largiatur de perfectione sua aliquid aliquando extra se. Verbi gratia, Quidam habet pecuniam quae sibi sufficiat ad ea quae sunt illi necessaria, & nihil remanet ex illa vnde possit alii prodesse. Est autem alius qui habet pecuniam de qua superat aliquid prater necessaria ad commodum multorum: ita q̄ potest alii dare vnde diues erit: & secundo remanebit prater necessaria, vnde ipse poterit tertium ditare. Eodem modo contingit in splendore essentia a creatore diffusi facientis intellectus abstractos esse, ex quibus proueniunt virtutes per quas quidam eorum faciunt alios esse, donec perueniatur ad intelligentiam agentem, & ibi finitur essentia separatorum. Quilibet autem intellectus separatus effundit ex se essentiam, donec perueniatur ad caelos, & ad caelum lunae: post ipsum vero corpus generabile & corruptibile, & quodlibet caelum effundit ex se virtutes super elementa: donec illa largitas complet finem generationis & corruptionis. Exposuimus autem iam q̄ haec omnia non destruant ea quae dixerunt prophetae nostri: & receptores legis nostrae. Gens namq̄ nostra fuit perfecte sapiens, sicut dominus ait, Per manum illius domini q̄ dedit nobis perfectionem istam, & dixit. Dicet vbi populus sapiens & intelligens, gens ista magna. Sed cum gentes ignorantes disperdiderunt decorem nostrum, & sapientiam, & philosophiam nostram: & distrinxerunt sapientes nostros, donec facti sumus insipientes & stulti: sicut nos fecit scire per manum prophetae dominus, Perdetur sapientia sapientum, & intelligentia intelligentium abscondetur: commixti sumus inter gentes & adhaerunt nobis sensus ipsorum: sicut & mores eorum & opera: sicut propheta dixit, Similes facti sunt illis, & commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, sicut etiam dictum est in eo q̄ adhaerunt nobis opiniones gentium stultarum: In natis extraneis abundant, q̄ trastulit Ionathas, In ritu gentium ambulant. Cum vero creuit in nobis studium illarum scientiarum: fuerunt illae rationes prophetiae quasi essent extraneae a lege nostra, sicut sunt extraneae a sensibus gentium futurarum, & non est ita, postq̄ vero saepe fecimus mentionem splendoris & largitatis: postmodum loquar de nouitate mundi.

¶ Quod nouum habeat causam efficientem, Capitulum XIII.

**Q**uidam est q̄ omne nouum habet causam efficientem de necessitate quae fecit ipsum esse postq̄ non fuit. Causa autem efficiens propinqua, vel est corpus, vel non est corpus. Omne enim corpus non agit nisi ex parte formae. Post haec autem loquar de hac materia. Factor autem propinquus, effector noui potest esse: vt & ipse sit nouus: & hoc non procedit in infinitum: sed necesse est si aliquid est nouum: vt perueniatur ad renouatorem antiquum qui non renouetur, & ipse renouauit ipsum. Restat autem querere quare renouauit modo & non ante: postq̄ creator est ens: q̄ cum ita sit, necesse est ergo q̄ sit in potestate, & non in actu illius operis noui ante renouationem eius, vel propter priuationem alicuius comparationis inter operatorem & operatum, si operator fuerit corpus: vel propter priuationem praeparationis materiae, si operator fuerit non corpus. Hoc autem stramentum omnino est, secundum q̄ exigit consideratio naturalis. Non enim consideramus vtrum mundus sit antiquus, an nouus: quoniam non est hoc intentio capituli. Demonstratum est iam in scientia naturali, q̄ omne corpus q̄ agit in aliud: non agit in ipsum nisi cum obuiauerit ei: vel obuiauerit obuianti ei: si fuerit agens per media. Verbi gratia, Corpus quod modo calefactum est, non est calefactum nisi quia obuia-

uit ei corpus ignis: vel quia ignis calefacit aera: qui calefactus, calefacit corpus quod circumdat: & erit calefactor propinquus corporis calefacti, de nouo aer circumdans ipsum. Similiter adamas qui attrahit ferrum, non attrahit ipsum nisi per virtutem quae diffundit ab ipso in aera qui obuiat ferro: & idcirco non attrahit a quantolibet remoto loco: sicut nec ignis calefacit quantolibet remotum, secundum q̄ potest immutari aer medius inter rem calefacientem & calefactam. Sed cum calefactio aeris ab igne substiterit: & non peruenerit ad aerem, non liquefiet aera. Eadem quoque ratio est in lapide attrahente. Hoc autem q̄ calefactum est, postq̄ non erat calidum eget necessario calefactore nouo, igne scilicet nouo, vel qui erat longe ab ipso: & immutata est illa longinquitas. Haec autem comparatio quae non erat, & postea incepit esse, sic etiam inuenimus causas omnium quae fiunt de nouo in mundo: quorum renouationis causa est mixtio elementorum, quae sunt corpora agentia in se inuicem, & parietia. Hoc est dicere, q̄ causa renouationis ipsorum, est appropinquatio corporis ad corpus: vel elongatio corporis a corpore. Renouationes vero inuentae quae non sequuntur mixtionem. Omnes formae, impossibile est vt non habeant operatorem, scilicet datorum formae, qui non est corpus: quoniam operator formae est forma, non in materia: sicut explanatum est in locis suis. Iam vero percipimus super demonstratione huius rei, in iis quae praemisimus. De his autem quae ostendat tibi, est q̄ omnis mixtio recipit augmentum, & diminutionem, & renouatur. Formae vero non sunt sic: quia non renouantur hoc modo: & ideo non est in eis motus: sed renouantur vel deficient sine tempore: nec sunt ex opere mixtionis: sed mixtio praeparat tantummodo materiam, vt recipiat formam. Operator vero formae, res est quae non recipit diuisionem: quoniam sua operatio est sui generis: & idcirco probat q̄ operator formae, id est dator formae, est forma necessaria, & est separata. Operator autem ille qui non est corpus, vanum est dicere vt sit largitas eius in aliqua comparatione ad illud cui dat: quia non est corpus q̄ appropinquet, vel elongetur: vel q̄ appropinquet ei corpus, vel elongetur ab ipso: quoniam non est comparatio distantiae inter corpus & non corpus: & necesse est vt priuatio illius operis sit priuatio praeparationis materiae ad recipiendum actionem separati. Patet ergo iam q̄ actiones corporum secundum formas suas inuicem in se inducunt aptationes in materiis ad recipiendum id q̄ non est corpus, scilicet formam. Cum autem signa intelligentiae separate fuerint ostensa & decreta in esse vniuersitatis quae sunt: quia non omne quod renouatur, renouatur simpliciter ex quiditate mixtionis: fuit scitum necessario q̄ operator talis non operatur secundum obuiationem, vel secundum elongationem: quia non est corpus: & idcirco nominantur semper actionem separati in splendore, per viam similitudinis fontem aquae, ex quo vndiq̄ largitas effunditur: & non manat ex vna parte, sed vndiq̄ fluit, & ex omni parte latiat remota & propinqua semp: sic est intellectus huius: non appropinquabit ei virtus ex aliqua parte secundum longinquitatem vel propinquitatem: neq̄ virtus eius appropinquat alii extra se secundum aliquem istorum modorum: vel in vna hora, & non in alia: sed eius operatio semper est dum fuerit res apta ad recipiendum actionem illam sempiternam, quae nominatur largitas. Eodem modo cum probatum fuit q̄ creator non est corpus: & affirmatum est q̄ vniuersum esse, est opus eius: & q̄ ipse est causa efficiens, sicut ostendimus, & ostendemus: Dicatur q̄ mundus est ex largitate creatoris: & q̄ ipse largitus est super ipsum quicquid renouatur in ipso. Sic etiam dicemus q̄ ipse effundit sapientiam super prophetas. Finis autem omnium istorum est, q̄ huiusmodi omnia sunt opera, & non corpus: & hoc est quod largitas nominatur. Hoc autem nomen largitas, lingua Hebraica attribuit creatori quia similis est fonti aquae manantis, sicut praediximus: quoniam non inuenit nomen q̄ conuenientius possit attribui actioni separati. Non enim possumus inuenire veritatem nominis q̄ conueniat veritati rei. Difficile namq̄ est intellectui imaginari operationem separati. Sicut autem imaginatio non imaginatur ens nisi corpus, vel q̄ est in corpore: sic etiam non imaginat essentiam actionis nisi per obuiationem agentis, secundum remotionem vel appropinquationem: adeo q̄ apud quosdam affirmatum est q̄ cum creator non sit corpus, nec appropinquet ei in id quod agit, q̄ mandat angelis, & operatur operationes suas per obuiationem & appropinquationem corporis ad corpus: sicut & nos operamur: & ascendit in corda eorum, q̄ angeli habent corpora. Quidam etiam credunt q̄ creator mandat cum sermone simili nostro, scilicet literaliter, vel vocali verbo: & est opus operatum. Haec autem tria contingunt eis: quia sequuntur imaginationem quae est creatura mala vere. Omnis namq̄ mos defectus patiens, qui est in sermone, vel in aliis operationibus corporis, est operatio imaginationis, vel sequit ipsam: sed non est haec intentio huius capituli: sed eius intentio est ostendere modum largitatis, secundum q̄ dicitur de creatore: & secundum q̄ conuenit intelligentiis separatis, scilicet angelis, qui non sunt corpora.

¶ creator propter largitatem suam similis est fonti vndiq̄ mananti.

Dixerunt etiam in virtutibus calorū q̄ ex eis diffundit virtutes super entia, & vocant hoc largi-  
tate calis: licet illa proueniant a corpore. Et idcirco agunt stellae in res remotas ab eis secundū  
suam propinquitatē, vel distantia ad ea quae sunt in terra: secundū cōparationē quartā ad  
alias: & ex hoc proueniunt ad iudiciū stellarū. Q̄ autē dixerūt q̄ libri prophetiae attribuerūt  
nomē largitatis operationi creatoris: hoc est qd̄ scriptura dicit: Dereliquerūt me fontē aquarū  
viuentium. i. largitatē vitae, ac si diceret q̄ est vita sine dubio. Dicitur etiā alibi. Quoniā  
apud te est fons vite, largitas eē. & p̄ficiū versus sic. In lumie tuo videbim⁹ lumē, qd̄ idē est. Et  
expositio est, q̄ in largitate intellect⁹ q̄ puenit a te, intelligemus, & ambulabimus in via recta.

Opiniones hominum de antiquitate & creatione Mundi. Capitulum. XIII.

Prima opi-  
nio.

**O**piniones hominū de antiquitate vel nouitate mūdi apud oēs qui credūt q̄ deus est,  
sunt tres. Prima est sententia omnium qui tenēt legē Moyfi: & est q̄ vniuersum mū-  
dum. Omnia entia prater creatorē fecit ipse esse post priuationē verā & absolutam:  
& q̄ creator ipse fuit ens aternus solimodo, & nō fuit prater ipm̄ nec angelus, nec ipsum cae-  
lum, nec aliquid qd̄ est infra caelū. Postea vero fecit esse omnia entia secundū q̄ sunt cum vo-  
luntate sua, & nō de aliquo: & q̄ tēpus per seipsum est de vniuersitate creatoris: quoniam tē-  
pus est adhaerēs motui, qui est accidēs rei mobilis: ipsum vero mobile cuius motui tēpus cohe-  
ret, est nouū & creatū: & est postq̄ nō fuit. Quod autē dicit q̄ illa propositio quae dicit q̄ crea-  
tor fuit ante creationē mundi, significat tēpus fuisse, & similiter quicquid sequitur cogitatio-  
nem de qualitate suae essentiae ante creationē mundi, qualitate. s. infinita: Haec quidem omnia  
sunt in astimatione vel imaginatione tēporis, nō in veritate tēporis: quoniam tēpus est accidēs  
sine dubio: & est secundū nos de vniuersitate accidentium creatorū sicut albedo, & nigredo,  
licet non sit de genere qualitatum: sed vniuersaliter est accidēs motui coherens, sicut manife-  
stum est intelligenti verba Aristotelis in expositione quiditatis temporis, & veritate essentiae

De tpe & q̄  
re est diffici-  
lis cognitio-  
nis.

suae. Nunc autē ostendamus aliam rationē, licet non sit de iis in quibus nunc intendimus: sed  
est utilis ad ea: & ipsa est quia illud qd̄ fecit naturā tēporis latere plures homines sapientium  
adeo q̄ terruit eos ratio ipsius, & nescierunt vtrū vere sit an nōn, sicut Galenus & alii sapien-  
tes, est quia est accidēs in accidente. Accidentia nāq̄ quae sunt in corporibus primo, sicut colō-  
res & sapores, quae sciuntur in principio cogitationis, secretū gn̄is ipsorum ascēdit super cor.

Accidentia  
q̄ sunt i ac-  
cidētib⁹ sūt  
occulte co-  
gnitionis.

Accidentia vero quorū fundamenta sunt alia accidentia, sicut claritas in tinctura, & curuitas  
in linea: modus existētia ipsorū est nimis occultus: quanto magis cum fuerit additum istis q̄  
accidens qd̄ est fundamentum, sit non stabile, sed sit in successione: tunc enim res magis late-  
bit. Duae vero res coniungunt in tēpore simul, qd̄ est accidens coherens motui: & motus est  
accidens rei mobilis: neq̄ motus est sicut albedo & nigredo qd̄ est genus quietum: sed veritas  
motus per se exigit vt nō quiescat villo modo, etiā in ictu oculi. hoc autē est qd̄ facit naturā tē-  
poris latere. Intentio vero est, q̄ tēpus secundum sententiā nostram est res creata, sicut & alia  
accidentia & substantia, quae deferunt illa accidentia: & idcirco creatorē facere mūdū istum  
esse, non erit in intentione tēporali: quia tempus est de vniuersitate creatoris. Ideoq̄ pone cor-  
ruum, & intellige bene, ne obliges te ad dandū rationes in q̄bus nō poteris euadere ab eo qui  
ignorat illa. Si enim posueris esse tēporis ante mundum, obligaberis ad credendum antiquita-  
tem: quia tēpus est accidēs: nec effugiet villo mō quin habeat deferens: & erit necessario essen-  
tia alterius rei ante essentia huius mūdi qui nūc est: hoc autē est qd̄ nos fugimus. Illa est vna  
de tribus opinionibus: & est principalitas legis Moyfi magistri nostri: & est secūda a radice vni-  
tatis: & nō ascendat in cor tuū nisi istud. Abraham pater noster incepit facere scire hanc opi-  
nionē, ad quā induxit eum cōsideratio. Et idcirco intiocauit nomē Dei mundi. Hanc ergo sen-  
tentiā exposuit in dicēdo causas, celos & terrā. Secūda opinio est sententiā philosophorū, quo-  
rum sensum & verba vidimus, qui dicunt qd̄ vanitas est q̄ creator faciat aliquid ex nihilo: sic  
etiam secundum eos non potest aliquid corrumpi in nihilū. hoc est dicere q̄ non cōuenit vt  
fiat aliquod ens cōstans ex materia & forma ex priuatione simplici & absoluta illius materiae,  
neq̄ corrumpatur vt conuertatur in priuationē illius materiae simplici & absolutā. Dixerūt  
etiam q̄ potentia creatoris in hoc est sicut eius potētia super cōiunctione duorū contrariorū  
in eadē hora: vel q̄ causat simile sibi, vel q̄ faciat se corpus, vel q̄ creet quadratum, cuius dia-  
meter sit aequalis lateri, & impossibilia similia istis. Quod autē intelligit ex verbis philosopho-  
rum, est q̄ dicit quia nō est diminutio potētiae creatoris si non facit impossibilia esse. Omne

Secūda opi-  
nio.

nāq̄ impossibile firmam habet naturā: quia nō est ex actione operātis: vnde nō potest variari.  
Similiter nō est abbreviatio potētiae creatoris si nō potest facere aliquid de nihilo. Istud enim  
est de vniuersitate impossibiliū. Omnes autē isti credunt, q̄ materia est antiqua, sicut & crea-  
tor: nec ipse est sine ea, nec ipsa sine eo: neq̄ credunt q̄ est sicut gradus eius in sua essentia: sed  
ipse est causa essentiae suae: & ipsa est ei per viam similitudinis: sicut argilla figulo: & ferrum fa-  
bro, de quo facit qd̄ sibi placet: sic & creator creat quādoq̄ de materia illa calos & terrā: &  
quādoq̄ creat alia. Homines vero huius sentētiaē credūt, q̄ caeli sunt generabiles & corrupti-  
biles: sed nō sunt generati de nihilo: neq̄ corrumpētur in nihilū, sed sicut singularia animalia  
generātur ex materia ente, & corrumpūtur in materia ente: sic & caeli generantur & corrup-  
puntur: & generatio & corruptio illorū est sicut generatio & corruptio ceterarū rerum. Illi  
vero qui tenent hanc viam, diuiduntur in multas opiniones cōtrarias, quas nō est vtile nar-  
rare in libro isto: quoniam iam dixi cōtrarietates illas per viam gn̄alitatē. Platonis ista etiā est  
sententiā: & inuenies q̄ Aristoteles est locutus cōtra eum in libro de Auditu: & dixit q̄ Plato  
credidit q̄ caeli sunt generabiles & corruptibiles. Inuenies etiā sententiā Platonis in libro qui  
dicitur Timaeus. & isti nō credūt sicut nos, sicut faciūt illi q̄ examināt opiniones. Nostra vero  
fides nō credit qd̄ ascēdit in cor illi⁹ q̄ nō examinat opiniones, neq̄ disputat speculādo: & ascē-  
dit in cogitationē eius, q̄ sentētia nostra & sua sunt aequales. sed non est ita: quoniam nos credi-  
mus q̄ gn̄atio calorum nō est de aliquo: sed est post priuationē absolutam. Ipse vero credit q̄  
caeli sunt gn̄ati de aliquo. Et hec est secūda opinio. Tertia opinio, est sentētia Aristotelis & se-  
quacium eius, & eorū qui exposuerūt libros ipsius. Ipse nāq̄ dixit sicut dixerūt illi quorū pre-  
missimus mentionē: q̄ nō erit cōstās ex materia de nō materia omnino. Adiecit etiā sup hoc q̄  
caeli nō cōmunicant cū gn̄atione & corruptione villo mō. Depuratio vero huius sentētiaē est  
q̄ dixit, quia vniuersum esse secūdū q̄ est, nō desit, nec desinet esse sicut est: & q̄ tēpus & mo-  
tus sunt sempiterni esse, nec sunt gn̄abilia, nec corruptibilia. Gn̄abile nāq̄ & corruptibile qd̄  
est sub sphaera lunae, nō destruitur quin sit sicut est: quia materia prima nō est gn̄ata vel cor-  
rupta in sua essentia: sed formae variant in ea. Spoliatur enī vna, & induit aliam. Addidit etiā  
q̄ ordo ille superior & inferior nō euelletur, neq̄ tolletur, neq̄ renouabit in eo aliquid qd̄ non  
est in sui natura: nec addet illi additio aliqua, quae sit extra sensum villo modo. Istud dixit Ari-  
stoteles, licet nō istis verbis: qd̄ autē intelligit ex sentētia ipsius est q̄ est impossibile apud ipm̄  
vt mutetur in creatore voluntas, vel q̄ renouet in eo aliquis appetitus: & q̄ vniuersum esse se-  
cundum q̄ est, ipse fecit esse sua voluntate: sed nō est operator post priuationē. Et sicut est im-  
possibile q̄ deficiat esse ipsius, vel vt mutetur substantia eius: sic videtur ei impossibile q̄ mu-  
tetur in eo voluntas, vel renouet in eo appetitus: vt sit vniuersum esse sicut est modo, & sicut  
fuit ante, & sicut erit post. Hec autē nō est depuratio verborū eius in istis sententiis: & in veri-  
tate ipsarum: & sunt sententiā de eo quod probatum est apud ipsum in essentia creatoris ad  
mūdum istum. Qui vero ignorat creatorē esse, sed putat quia res gn̄antur & corrumpunt  
per viam congregationis & segregationis casu: & q̄ non ordo nec rector in esse, ipse est Epicu-  
rus & sequaces ipsius, sicut narrat Alexander. Et nō habemus probationem in rememoratio-  
ne contradictionum suarū: quoniam iam probatū est creatorē esse. Inutile autē est narrare sen-  
tētia hominum, qui fundauerunt opiniones suas super radicē, cuius destructio demonstratur.  
Similiter inutile est laborare, astruere verba hominum opinionis secundae: sicut dicentium qd̄  
celos esse gn̄abiles & corruptibiles. Ipsi nāq̄ credūt antiquitatē mūdi: nihil autē refert quātū ad  
hoc inter credētē q̄ caeli sunt gn̄ati ex aliquo, & q̄ corrumpunt & cōuertunt in aliqd̄: & credētē  
id qd̄ credit Aristot. s. q̄ non sunt gn̄abiles vel corruptibiles. Intentio nāq̄ cuiuscunq̄ qui ere-  
dit legē Moyfi & Abraham patris nostri, vel ambulat in viis ipsorū, credit & tenet q̄ nihil est  
antiquum sicut creator: & q̄ non est impossibile apud ipsum, immo necessarium est facere, q̄  
entia sunt post priuationem: sicut dicunt quidam de magistris speculatiuis. Postq̄ autem fun-  
dauit istas sententias, incipiam depurare & ostendere demonstrationes Aristotelis super scie-  
tia sua: & quid induxerit eum ad credendum istud.

Q̄ p̄dicta  
opinio est  
Platonis.

Tertia opi-  
nio.

Vniuersū  
esse a deo se-  
cundū Ari-  
stotelem.

De sentētia  
Epicuri.

De rationibus Aristotelis super aeternitate Mundi. Capitulum. XV.

**N**on est necesse vt in quolibet capitulo reuertamur ad faciendum te scire q̄ nō compo-  
sui librum istū tibi, nisi sciendo q̄ est in te: nec est necesse inducere verba philosopho-  
rum in quolibet loco: sed ratios ipsorum: neq̄ vtar prolixitate verborū: sed percipia



Prima via Aristotelis in pbatione aternitatis mundi.

Secunda via est q materia est inge nita & icor ruptibilis: id dicit pri mo Physi corum.

Tertia via est q in ma teria caeli non est co trarietas.

Quarta via

Solutio hu ius quarta ronis secun du quedam & improba tio solutio nis.

Rones pro bates atern itate mun di, sumpta ex pte crea toris.

Prima. Secunda.

Tertia.

re. de viis in quibus ponunt intentione suam, sicut feci in opinionibus loquentium: & non ponam animam meam ad aliquem illorum qui locuti sunt de talibus: nisi ad verba Aristotelis: quoniam sententia ipsius sunt magis congrua ad intelligendum. Si vero firmabitur responsio super ipsum vel firmabitur qd sit dubitatio in verbis eius: erit tunc alius ab ipso de contradictionibus legis remotior. **C**Dico namq; q Aristoteles dixit q motus simpliciter nec est gnabilis nec corruptibilis. Dicit namq; quia si motus fuerit renouatus, egebit renouatore, q habeat motum ante ipsum. & hoc est ipsum exire ad actum: & incipere esse postq non fuit. Et erit motus eius ens per quem motu est motus posterior, qd si ita est, ergo primus motus est aternus omnibus modis: vel pcedetur in infinitum. Secundum ergo hanc principalitate dicit ipse q tempus nec est gnabile nec corruptibile: cum tempus comiteretur motum, & ipsum sequatur necessario: neq; motus est nisi in tempore: neq; tempus apprehenditur nisi in motu, sicut ipse probauit. Hanc est vna via ex qua sequitur secundum ipsum aternitas mundi. **C**Via secunda. Dixit q materia prima comunitabilis quatuor elementis, nec est gnabilis nec corruptibilis: quia si esset gnabilis, haberet aliam materia de qua gnaretur: & sequeretur ex hoc q materia gnata haberet forma: qm hanc est veritas gnatiois. Nos autem conuenim; in hoc: q est materia inferioris, qd cu ita sit, ergo materia illa non est ex aliquo generata vlllo modo, & est sempiterna: & non destruetur. Ex hoc ergo sequitur antiquitas mundi. **C**Via tertia secundum ipsum. Dixit q in materia caeli vniuersaliter non est contrarietas: quoniam motus circularis non est variabilis vel diuersus, sicut demonstratum est: sed diuersitas est in motu recto, sicut probatum est. Dixit enim q causa corruptionis cuiuslibet corruptibilis est contrarietas. Postq ergo non est in caelo contrarietas, non est in eo corruptio: qd autem non corrumpitur, nec gnatur. Et proponit propositiones vniuersales, & exponit eas, dicens q omne gnabile est corruptibile: & omne corruptibile est gnabile: & quicquid non est generabile, non est corruptibile, & econuerso. Hanc autem via similiter inducit illud qd est interio Aristotelis, scilicet antiquitate mundi. **C**Via quarta. Dixit q in omni nouo possibilitas est, aut eius esse in tempore: & in omni mutabili praecedit possibilitas mutatione eius in tempore. Ex hac autem propositione probauit firmitate motus circularis: & q non habet initium neq; fine. Per hanc etiam probatione demonstrauerunt posteriores qui secuti sunt eum, antiquitate mundi: & dixerunt, Mundus anteq fuit, vel eius nouitas fuit possibilis, vel necessaria, vel impossibilis: Si fuit necessaria, ergo non potuit esse q mundus non esset: q si fuit impossibilis: ergo nunq potuit esse: Si vero possibilis, in quo erat illa possibilitas: & erit necesse vt fuerit ens aliqd in quo esset illa possibilitas ex qua dicitur illud esse possibile. Hec autem via est valde fortis in asserione antiquitatis mundi. Vnus autem de intelligentibus postremis loquentibus dixit q ipse soluerat hanc questionem, dicens q ista possibilitas erat in agente, sed non in operato, hoc autem nihil est: quia duplex est possibilitas: quodlibet enim nouu praecedit sua possibilitas, quae est ante ipsum. Similiter etiam fuit possibilitas in eo qui fecit rem illam, ad renouandu illam anteq renouaret ea, qd cu ita sit: ergo duae sunt possibilitates siue dubio. Vna est i materia vt sic sit. Altera in agente ad faciendum. Ista sunt matres viarum quas accepit Aristoteles in asserione antiquitatis mundi ex parte mundi per se. **C**Est autem alia via cuius mentione fecerunt qui secuti sunt eum: & extraxerunt ea de philosophia ipsius: & per ea firmauerunt antiquitate mundi ex parte creatoris. **C**Vna via est. Dixerunt siquidem, si creator creauit mundu post priuatione: ergo fuit ante mundi creatione operator in potetia: & cu creauit ipsum, factus est operator in actu, qd si ita est, ergo creator exiuit de potetia ad actum: & est in eo aliqua potestas: & eget omnibus modis extracore qui extraxerit ipsum de potetia ad actum. Hoc autem est in quo considerare oportet quilibet intelligente omnibus modis: & vt cognoscat hoc, & detegat secreta ipsi. **C**Alia via. Dixerunt q agens agit in vna hora & non in alia: est secundum impediencia vel expergefaciencia quae renouantur ipsi vel in ipso. Et impediencia inducunt ablatione operis qd intedebat operari: expergefaciencia vero faciunt vt velit qd prius non volebat. Postq vero creator non habet expergefaciencia quae inducant mutatione voluntatis ipsius, neq; habet retardantia vel prohibitiua quae renouentur, vel tollantur: ergo non potest esse vt operetur in vna hora, & non in alia: sed eius actio est aterna, sicut ipse est aternus, ens semper in actu. **C**Est & alia via. Dicunt siquidem q eius opera sunt valde perfecta: nec est i eis defectus, nec excessus, nec est in eis frustra. Huius autem rationis semper facit Aristoteles mentione in dicendo q natura est sapiens, & non operat frustra: sed operatur omnia in fine perfectionis conuenientis rei quam operatur. Propter hoc ergo dixerunt q hoc ens est pfectu in sua essentia: & non habet fine: & idcirco necesse est vt sit aternu

& eius sapiencia est sicut eius substantia semp aterna, sed ei<sup>9</sup> substantia quae est eius sapientia, facit hac vniuersitate. Quicquid autem inuenieris de rationibus credentiu antiquitate mundi, nascit de viis istis: vel ad aliquam illarum reducitur. Dicunt etia quasi admirantes, & argumentantes, Cur cessauit creator ab omni opere: & nihil ante mundum istum, & nihil nouum fecit: cu eius essentia esset aterna, sine principio, & incepit heri creare entia: Si enim diceret q creator creauit multos annos ante mundum istum secundum numerum granorum sinapis quae replerent continetiam coeli: & q quilibet mundus duraret tot millibus annoru quot erant grana: illa esset comparatio istorum ad essentiam, quae nec habet principium nec finem: sicut si diceret q creator heri creauit mundum. Cum enim firmauerimus inceptione vniuersi esse post priuatione, non refert siue ponas hoc in multis millibus annorum, siue in paucis. Iste sunt rationes per quas contradicunt nouitati mundi, credentes antiquitate ipsius. Per viam etia probationis quae inducit, hoc manifestatur ex eo qd scitum est apud omnes gentes in praeiteris temporibus, q essentia mundi naturalis est non contingens: & conuenerunt in hoc omnes sententiae. Dixit autem Aristoteles q homines dicunt manifeste q coeli sunt sempiterni & stabiles. Et cu intellexerunt q nec sunt gnabiles nec corruptibiles: dixerunt q sunt locus habitationis creatoris & angelorum: & attribuerunt ei ad ostedendam firmitate ipsorum. Induxit etiam in hac materia verba huiusmodi ad confirmatione opinionis quam astruit speculatio rerum manifestarum secundum intellectum ipsius.

**C**Omnes rationes Aristotelis probantes aternitatem mundi non sunt demonstratiuae. Capitulum XVI.



Olo in hoc capitulo ostendere q Aristoteles non inducit demonstratione super antiquitate mundi secundum sententiam ipsius: nec errat in hoc: quoniam ipse scit q non habet demonstratione in hoc. Rationes etia & pbationes quas induxit, sunt opiniones quibus accescit aia plus q aliis opinionibus: & sunt minoris dubitationis q aliae opiniones, sicut dixit Alexander. Et non debem; putare q Aristot. crediderit rones illas ee demonstrationes: na docuit hoies vias demonstrationu, & leges, & conditiones earu. Qd autem induxit nos ad loquedu de hoc, est q sequaces Aristotelis putab; q ipse induxit demonstrationes sup antiquitate mundi. Multi etiam qui opinantur se profundasse in sapiencia philosophia, recipiunt sententiam Aristotelis in hac questione: & putant q illud quod dixit, est demonstratio certa in qua non est dubitatio, & apud eos inconueniens est contradicere illi, vel putare q latuit eum aliquod secretu in hac materia, vel q errauit in aliqua rationum illarum. Ideoq; visum est querere mihi de ordinatione sententiae illorum: & ostedere illis q Aristoteles non dicit q in hac questione demonstratio est. Dixit enim in libro de Auditu, q omnis q praecessit nos peritus sciencia naturali, credidit q motus nec est gnabilis, nec est corruptibilis: praeter Platonem qui credidit q est gnabilis & corruptibilis. Similiter caeli secundu ipsum sunt gnabiles & corruptibiles. Ista sunt verba Aristotelis, Palam autem est q si questio ista probata esset demonstrationibus certis: non indigeret Aristoteles eam roborare p hoc qd in naturalibus periti antiqui crediderunt. Hoc licet necesse esset vt diceret quae dixit in hoc loco ad culpandum omnem contradicentem sibi, vel repellentem sententia ipsius, quicquid enim probatur demonstratiue, non propalatur veritas eius: nec roboratur in eo veritas p hoc quia in ipsum consentiunt oes homines: nec minoratur veritas eius, neq; debilitatur si contradiceret ei oes qui sunt in mundo. Tu autem inuenis qd dixit Aristot. in libro coeli & mundi, cum incepit ostedere q coeli nec sunt gnabiles nec corruptibiles, dicens. Volumus nuc inquirere de coelis: & dicemus vtrum gnatio eorum sit ex aliquo, an ex nihilo: & si communicant in potetia corruptionis, & non corrumpuntur omnino. Laborauit etia postq praemisit illam questionem, rationes ponere dicentis coelos gnabiles & creatos: & induxit postea verba ista. Cum fecerimus istud, tunc ratio nostra melius recipietur, & magis placebit illis qui bene speculantur: & praecipue cum prius audierint rationes contradicentium. receptio nostrarum rationum debiliior erit in oculis auditorum: & q debet iudicari in veritate ab eo qui voluerit iudicare qui non sit inimicus eius qui sibi contradicit: sed sustineat & iudicet de se: & faciat transire super alium de veritate rationum q faceret transire super se. Ista sunt Aristotelis verba. Nunc ergo intelligentes intelligite & videte si post praemissam propositione remaneat culpa in Aristotele, vel si debet aliquis putare post verba ista de ipso q inuenit demonstratione in questione illa: vel si ascendit in cor alicuius, & praecise Aristotelis, q rei quae probat

demonstratiue, receptio debiliior erit si rationes contradicentium nō fuerint audita. Præterea in ponēdo istam opinionē, suā opinionē: & q̄ probationes super hoc sunt rationes, erat inspicis Aristoteles, & ignorabat quæ sit differentia inter rationes & demonstrationes, & inter opina bilia in quibus cogitator confortatur, vel debilitat: & inter demonstrabilia. Præterea verba illa quæ induxit secundum viam narrationis de eo qd̄ præmisit de sensu contradicentium, vt ro boraret sententiā suam. Hęc inquam omnia non erant necessaria in demonstratione. Verum tota nostra intentio est ostēdere q̄ opinio ei⁹ est probabiliior opinionibus contradicentiū ipsi, dicē tium q̄ consideratio Phica inducit ad credēdum q̄ cœli communicant in gnatione & corruptio nē, vel nunq̄ non fuerunt, vel q̄ fuerunt creati & non corruptentur: & rationes aliarum opi nionum quas ponit. Hoc autem verum est sine dubio q̄ opinio eius propinquior est veritati, q̄ illorum opiniones secundū probationes quę acceptæ sunt de natura vniuersitatis. Nos autē credimus, sicut explanabimus, q̄ creuerunt cupiditates super omnes sectas, & etiam sup Phi losophos. Et volunt asserere q̄ Aristoteles induxit demonstratiōē in hac quæstione: & fortas sis secundum ipsorum sententiā induxit Aristoteles demonstratiōē in hac quæstione: & non sensit se induxisse demonstratiōē: illi qui securi sunt eū reduxerunt memoriā. Apud me ve ro non est dubium q̄ opiniones illæ quas dixit Aristoteles in antiquitate mundi: & causa di uersitatis motuum cœlorum, & ordine intelligētiarum separatarum, hęc quidem omnia non habent demonstratiōem, nec vnq̄ errauit Aristoteles in putando q̄ rationes istæ sunt de monstratiōes, sed sicut ipse dixit, viæ demonstratiōum super istis rationibus sunt nobis clausæ, nec habemus principium vnde sumamus demonstratiōē ad illa: & hoc est planum ver bum ipsius, sicut scis. Dicit enim in eo cuius nō habemus rationē, vel est difficile ostēdere no bis. Scito q̄ si dixerimus cur ita fuit, defectus est sicut si dixerimus, est mundus antiquus, an nō. Hęc sunt verba ipsius. Tu vero scis expositionē Mauri Abimac in hac similitudine: & quo modo miratus est de hoc q̄ Aristoteles dubitaret in antiquitate mundi: & deridet verba Ga leni, & in fine derisionis, in dicēdo q̄ ista quæstio laboriosa est: & q̄ non est scita demonstratiō super illa: & confitetur Abimac q̄ istud est notum & manifestum: & probatur demonstratiō ne q̄ cœli sunt sempiterni: & qd̄ est infra illos est gnabile & corruptibile. Vniuersaliter autē nulla viarum quas præmisimus in hoc capitulo, affirmat aliquā opinionē vel destruit: vel po nit in ea dubitatiōē: sed adhuc præmisimus ea quæ præmissa sunt: quia scimus q̄ plures eo rum qui se putant sapiētes, & tamē nihil intelligunt de sciētis, dāt definitiuum iudicium in antiquitate mundi per id quod receperunt ab hominibus: de quibus scitum est, q̄ credebāt an tiquitate mundi. Proiciunt autē post tergum suum oēs prophetas: quia verba ipsorum non procedunt per viam disciplinæ: sed per viam narrationis super creatore. Hęc autē est via per quā nesciuerūt ambulare nisi singulares, in quibus p̄fecit intellectus. Qz aut nos laboram⁹ ostē dere de ratione nouitatis mundi per sensum nostrę legis: dicam postea in capitulis q̄ inducā.

De demonstratiōe vera: & q̄ antiquitas mundi non est demonstrata, nec impossibile est mundum esse nouum. Capitulū. XVII.

**N** hoc capitulo volo ostēdere sententiā meam & fidē in hac quæstione. Postea vero inducam probationes super eo qd̄ asserere volo, & dicā quia quicquid dicant loquen tes qui putant q̄ induxerunt demonstratiōē super nouitate, non eligo illas demon stratiōes: & non sophisticabo animam meam, vt vias eorum nominē demonstratiōes. Cum vero iactauerit se homo q̄ inducat demonstratiōē super aliqua quæstione, & errauerit, istud apud me non asserit veritatē illius quæstionis: sed debilitatur, & ponit viam ad ratiocinandū super illo. Cum enim oritur debilitas taliū demonstratiōum, debilitatur anima in credēdorē illam super quam inducuntur demonstratiōes, & remanebit res quæ non demonstrat, in pla no suæ quæstionis: vel q̄ recipiatur in ea altera partium destructionis: & istud facilius contin geret. Iam prædixi tibi vias loquētiū in assertione nouitatis mūdi. qd̄ percepī te de quinq̄ lo cis, respōderi potest & rationabiliter. Similiter etiam omnia quæ dixit Aristoteles & sequaces eius in induciōe demonstratiōis in antiquitate mundi, non sunt apud me demonstratiō cer ta: sed sunt rationes in quibus incidūt multæ dubitatiōes & magnæ, sicut audies. Quod au tē ostēdere volo ego dicam, q̄ non est impossibile mundum esse nouum secundum sententiā no stræ legis quam iam ostēdi: & q̄ omnes probationes prophetica: ex quibus apparet q̄ non est ita sicut prædiximus: omnes inquam illę rationes destruiuntur per alia quę tollūt ne accipiat

ex illis demonstratiō contra nos. Cum istud fuerit firmatum: & quæstio illa proposita fuerit q̄ renouatio mundi vel eius antiquitas est possibilis: & ipsius nouitas recepta est apud nos ex parte prophetia: quæ ostendit quædam quæ non sunt in potentia speculationis si perueniat ad ea, sicut explanabimus: quia propheta non tollitur etiam secundum sententiā illorum qui credunt antiquitatem mundi. Et postq̄ ostēdero q̄ ratio nostra est possibilis, incipiam ostē dere præminentiam ipsius super aliā opinionē: & q̄ vincit illam per viam speculationis. Hoc est vt asstruatur præminentia fidei nostræ in nouitate mundi super illos qui credunt ipsius antiquitatem mundi. Ostendam etiam q̄ sicut videtur sequi opinionem nostram inconueniēs in hoc q̄ credimus antiquitatem mundi: sic etiam sequitur eos maius inconueniens in hoc q̄ ipsi conueniunt & credunt antiquitatem mundi. Nunc autem incipiam ostendere viam quæ tollet probationis cuiuscunq̄ inducentis demonstratiōem super antiquitate mundi.

Qz nouum omne est generatum. Capitulū. XVII.

**N**ouum scito q̄ est generatum postq̄ non fuit: licet eius materia fuerit ens: sed spoliatur vnā forma, & induit aliam. Natura vero noui post nouitatem suam & per fectionem & quietem, est alia q̄ natura ipsius quæ fuit in hora generationis & ince ptiōis ad exeundum de potentia ad actum. Et fuit alia a natura illa quam habuit anteq̄ moueretur ad exeundum de potentia ad actum. Verbi gratia, Natura femine seminis dum est sanguis in matrice, est alia q̄ ipsius conceptionis cum miscetur cum spermate virili. Cum ve ro incepit moueri, est ipsius natura alia q̄ natura animalis perfecti cum nascitur. Nullo autem modo debet sumi probatio de natura rei post esse suum perfectum in fine perfectionis dispo sitionum suarum ad eandem rem in hora sui motus ad exeundum ad generatiōem, nec ac cipietur probatio de modo existentia eius in hora motus ipsius super modum existentia an teq̄ incipiunt moueri. Si autem erraueris & volueris accipere probationem de natura rei existentis in actu super eius naturam cum est in potentia, orientur tibi multæ dubita tiones, & auferentur de sensu tuo quædam quæ necesse est esse: & consequenter quæ dam nugatoria. Adhibe consensum in similitudine quam proponemus, Homo qui Nota apud exemplū ad propositū.

dam valde perfectus in creatione, natus est, cuius mater mortua est postq̄ lactauit eum per aliquos menses. Laborauerunt autem aliqui vt perficerent eius nutrituram in quadam insula, per quam nullus homo transibat: donec creuit, & intellexit, & sciuit. Ipse vero nunq̄ vidit mulierem, nec aliam feminam cuiuscunq̄ generis. Postea vero quæsiuit a quodam de assistentibus sibi, Quomodo fuimus facti, & qualiter fuimus creati? Responsum est ei ab as sistente in hunc modum, Singularis homo fit in ventre alterius singularis nostrę speciei quod vocatur femina: & est talis & talis formæ: & singulare dum est in ventre, parua quantitas est: & mouetur, & nutritur, & crescit paulatim, & viuunt, donec peruenit ad terminum quan titatis definita: tunc autem aperitur porta in fine corporis, & exit inde, & crescit postea do nec perficitur, sicut tu vides. Orphanus autem ille quæret instanter, sic: Istud singulare nostrę speciei, quando erat in ventre matris & viuebat, & mouebatur, & crescebat: comedebat, & bibat, & exspuabat per os & per nates, & egerat: Respōderūt ei, Non. Ipse vero festinanter cō tradixit huic responsioni, inducens probationes super omnia ista quæ vera sunt, q̄ sunt impossibilia accipiendo probationem suam de ente perfecto, & dixit. Vide q̄ omne singulare nostrę speciei cum non inspirat vel respirat, modico tempore moritur: & destruiuntur mo tus eius: Quomodo ergo ascendit in cor alicuius q̄ homo singularis sit in vase vndiq̄ clauso & duret ibi per aliquos menses viuens & mobile: Præterea si fortassis aliquis nostrum trans glutiret passerem viuum, moreretur ipse passer statim cum intraret in stomachum: quanto magis in matrice, quæ est inferior. Item quilibet singularis homo si non comederet & bi beret ore suo, in modico tempore moreretur. Postq̄ ergo ita est, quomodo durabit illud sin gulare animal multis mensibus, nec manducans nec bibens? Quilibet etiam singularis ho mo si cibetur & non egerat, in paruo tempore moreretur, inualecentibus ægritudini bus: Quomodo ergo viuert illud singulare tot mensibus, si non diuerterit ad requisita nature? Item, si perforet venter alicuius hominis, moreret nō in multis diebus. Quō ergo cre dit aliquis q̄ umbilicus istius nati fuit apertus: quō etiā nō aperit oculos suos & nō expandit

manus suas: & non extendit pedes membris suis, omnibus existentibus sanis, sicut dicitur. Hæc ergo est opinio illius qui credit q̄ non contingit hominem creari secundum modum istum. Nunc ergo pone cor tuum ad similitudinem istam, & meditare in ea: & inuenies q̄ ratio nostra cum Aristotele eodem modo se habet: quoniam nos qui credimus Moyse magistro nostro, & Abrahæ patri nostro: credimus q̄ mundus creatus fuit secundum talem & talem formam: & quiddam fuit factum ex alio: & quædam creata post alia. Aristoteles vero volens destruere fidem nostram, inducit probationes contra nos de natura entis perfecti in actu: de quo concedimus q̄ post statum suum atq̄ perfectionem non assimilatur in aliquo ei quod erat in hora creationis: quia est post priuationem absolutam. Quæ autem ratio de vniuersitate rationum suarum firmabitur contra nos: illa vero sequeretur concedenti, q̄ natura huius esse quod modo est, demonstrat super esse suæ renouationis. Nunc autem reuertar, & dicam radicem viarum suarum, & ostendam tibi qualiter non obligant nos in aliqua re in eo quod dicimus, q̄ mundum vniuersum creauit Deus post priuationem: & fecit ipsum donec perfectus est, sicut vides. Dixit Aristoteles q̄ materia prima nec est generabilis nec corruptibilis: & induxit probationes super hoc de rebus generabilibus & corruptibilibus: & ostendit impossibilitatem suæ generationis earum: & hoc idem verum est. Non enim dicimus q̄ materia prima est facta sicut fit homo ex spermate: neq̄ corrumpitur sicut homo qui conuertitur in puluerem: sed dicimus q̄ Creator fecit esse de nihilo: & est sicut fecit eam esse: quoniam ex ipsa facta sunt omnia, & in eam corrumpitur quicquid est generatum ex ipsa: nec inuenies eam nudam a forma, & usq̄ ad ipsam peruenit generatio & corruptio. Ipsa vero non generatur sicut illud quod generatur ex ea: neq̄ corrumpitur sicut illud quod corrumpitur in ipsam: sed est creata, & non de aliquo: & cum voluerit creator ipsius, faciet ipsam non esse: priuatione perfecta & absoluta. Eodem modo dicemus de motu: quia ipse accipit probationem de natura motus, q̄ nec est generabilis nec corruptibilis: quod quidem est verum. Nos vero dicimus q̄ postquam motus est ens huius naturæ: in qua est: non ascendit in cor q̄ sit generabilis & corruptibilis generatione & corruptione vniuersali: sicut generatio motuum particularium, & corruptio ipsorum. & hæc est opinio in omni eo quod sequitur naturam motus. Eodem modo se habet res in motu circulari qui non habet initium: & hoc est verum post esse corporis sphericum, quod mouetur circulariter: & non ascendit in cor q̄ in motu eius sit principium. Similiter dicemus in possibilitate quæ debet præcedere in omni generato q̄ non est adiuncta nisi in natura huius entis, in quo quicquid generatur, generatur ex aliquo ente. Quod autem creatur ex priuatione, non est aliquid nec in sensu, nec in intellectu propter quod sit aliqua possibilitas ante illud. Sic etiam dicimus in generatione cælorum, q̄ non est in eis contrarietas, & hoc est verum. Sed nos non credimus q̄ cæli facti sunt sicut homo & equus: & nos non credimus q̄ eorum compositionem sequatur corruptio, sicut in plantis & in animalibus propter contrarietatem quæ in ipsis est. Fundamentum autem rationis est quod diximus q̄ motus existentia entis perfecti non demonstrat super modo existentia ipsius ante perfectionem eius. Nec est inconueniens aliquod secundum nos in eo quod dicitur q̄ cæli fuerunt facti anteq̄ terra: vel terra anteq̄ cæli: vel q̄ cæli fuerunt sine stellis: vel aliqua species animalium sine aliis speciebus: quoniam illa fuerunt in tempore generationis omnium istorum: sicut in omni animali prius generatur cor q̄ testis oculi, sicut oculis contingit videre: & nerui generantur anteq̄ ossa: quis post totam perfectionem non inuenitur vnum membrum sine aliis: sine quibus homo non debet esse. Hæc omnia necessaria sunt cum accipitur scriptura secundum suum planum, quis res non ita se habeat, sicut explanabo in agnominibus. Est autem necessarium vt caueas tibi in hac ratione: quia thurus fortis est quem ædificauit circumcirca legem, qui munit ipsam vt prohibeat damnium ab omni eo quod proiecerit lapidem ad illam. Si vero disputauerit contra nos Aristoteles vt sequamur sententiam ipsius, & dixerit ex quo non accepimus probationem ex hoc ente, quomodo scitis vos q̄ vniuersum ens est creatum & generatum: & q̄ est alia natura quæ creauit ipsum? Dicemus, non obistamus nos in hoc secundum nostram questionem: quia non querimus modo astruere q̄ mundus est nouus: sed quod querimus est possibilitas inceptionis eius: & non tollitur illa ratio in eo q̄ accepimus probationem de natura entium: cui nos non contradicimus. Cum autem firmata fuerit possibilitas rationis, sicut ostendimus, reuertemur postea ad ponendam præminentiam nouitatis mundi. Nihil autem remansit in hac opinione quæ inducit nobis dubitationem in possibilitate nouitatis

mundi: & non est de natura entium, sed de eo quod exigit intellectus in eo quod conuenit Creatori. Ista tria sunt quæ præmisimus: & ipsi inducunt probationem in antiquitate mundi, ex parte creatoris: sic autem ostendam tibi viam dubitationum quæ venerunt super ipsos: donec nulla demonstrationum ipsarum firmetur vilo modo in capitulo quod inducam.

**¶ Creator non exit de potentia ad actum.  
Capitulum XIX.**

**V**ia prima. La prima, ex qua sequitur secundum estimationem predictorum vt dicatur q̄ Creator exiit de potentia ad actum, cum operatur in vna hora, & non in alia. Ablatio autem huius dubitationis manifesta est. Multum enim hoc est necessarium in omni composito ex materia & forma attinente possibilitati. Ipsum namq̄ cum agit per formam suam postquam autem non agebat, scimus q̄ erat in eo aliquid in potentia: & exiit in actum: & illud egebat modis omnibus extractore. Huius enim propositionis non sunt probationes nisi quantum ad monstrata in substantia vero eius quod non est corpus, nec habet materiam, non est possibilitas vilo modo: sed quicquid habet, est in actu solummodo: nec istud conuenit ei necessario, nec est impossibile vt agat in vna hora & non in alia: nec istud est mutatio in eo quod conuenit separato: nec est exitus de potentia ad actum. Huius autem rei probatio, est intelligentia agens secundum sententiam Aristotelis & sequacium eius. Intelligentia namq̄ agens est separata: & possibile est vt agat in vna hora & non in alia: sicut ostendit Abimac in libro suo de Intellectu. Dixit enim, Scito quia quod apparet de intelligentia agente est, q̄ non semper agit: sed agit aliquando, & quandoq̄ non agit. Hæc sunt verba illius. Et est veritas nota, quis hoc ita sit: non dicitur q̄ agens intelligentia mutetur: licet quod fuit agens in potentia, & exit in actum, eo q̄ agit in vna hora quod non prius agebat. Nec est comparatio inter corpus & illud quod non est corpus: neq̄ similitudo vilo modo: nec in hora actionis, nec in hora ablationis actionis. Actio vero formæ quæ est in materia, & actio separati, vocantur æquiuoce nomine actionis. Ideoq̄ non sequitur quia separatum non agit in vna hora, & agit postea in alia, vt putetur exire de potentia ad actum: sicut inuenimus in his quæ sunt ex materia & forma. Si vero putauerit aliquis q̄ in his verbis est aliquis error: & putet q̄ intelligentia agens non agat in vna hora, & agat in alia ex debito substantia ipsius intelligentia, seu ex preparatione, seu compositione materialium: sed eius actio sempiterna est ad omne quod aptum est vt recipiat illam: & si est prohibens ne perficiatur actio: hoc est ex parte materia: non ex intellectu perfecte. Respondebimus ei qui hoc putat, q̄ non est intentio nostra vt faciamus scire causam propter quam Creator operatur in vna hora, & non in alia: nec obligat nos ista similitudo, vt dicamus q̄ sicut intelligentia agens operatur in vna hora, & non in alia: & est separata: q̄ ita sit Creator. non enim dicimus istud, nec sequitur ex dictis nostris. Nam si hoc diceremus, error esset. Quod autem sequitur ex dictis nostris, est verum, videlicet q̄ intelligentia agens non est corpus nec potentia in corpore, quis agat in vna hora & non in alia. Et quæcumq̄ sit causa huius rei, non dicitur propter hoc q̄ exiit de potentia ad actum: nec erit possibilitas in substantia ipsius: nec egebit extractore qui extrahat ipsam de potentia ad actum: Quod si ita est, ablata est ergo a nobis illa magna dubitatio quæ induxit super nos credens antiquitatem Mundi: ex quo nos credimus q̄ Creator non est corpus, nec potentia in corpore. Vnde non adharet ei mutatio, quis agat cum prius non egerit. ¶ Via secunda, ex qua sequitur secundum ipsos antiquitas Mundi: est additio expergefactionum & renouationum, & impediendum illum qui est benedictus. Hæc autem dubitatio est multum difficilis, & valde subtilis: & intende nunc ad audiendum. Scito q̄ omnis operator per voluntatem & propter finem necesse est vt hoc quod operatur in vna hora & non in alia, sit propter prohibitionem, vel expergeficientiam. Verbi gratia, Aliquis homo vult ædificare domum & non ædificabit propter impediendum, scilicet cum materia domus non fuerit preparata: vel q̄ ipsa est preparata: sed non recipit formam propter defectum instrumentorum. Potest etiam contingere q̄ materia est preparata: & instrumenta sunt præsto, nec tamen ædificabit domum: quia non vult: non enim indiget ea, sed cum fuerint renouationes secundum frigus, vel calorem, vel pluuiam, induceret vt quærat habitationem: & tunc laborabis

Via prima

Via secunda

vt adificet. Apparet ergo q̄ renouationes immutant voluntates, & impedimenta resistunt voluntati, vt agens non operetur quod vult. Hoc autem totum erit cum fuerint actiones propter aliquem finem villo modo, nisi qd sequitur voluntatem, ipsa voluntas non eget exper gefactore. Iste autem volens sic, licet non habeat prohibentia, non sequitur vt semper operetur cum non fuerit finis extra ipsum propter quem operetur: quoniam operatio in talibus sequitur simplicitatem voluntatis. Si autem dixerit aliquis, hoc totum verum est: sed quod est volens in vna hora & non in alia: nonne hac mutatio est? Respondebimus ei, Non est ita: quoniam veritas voluntatis & substantia eius est vt velit vel nolit. Si vero fuerit illa voluntas ad harenens materiae per quam volens quærat aliquem finem qui est extra ipsum: erit tunc illa voluntas mutabilis secundum impedimenta vel renouationes. Voluntas autem separati quæ non est propter aliud villo modo, non est variabilis: & cuius velle modo aliquid, & cras velle aliud, non dicitur variatio in eius substantia, nec ad istud trahit alia causa, sicut nec est variatio in eo q̄ est agens & non agens, sicut exposuimus. ¶ Ad hoc autem ostendetur q̄ voluntas de nobis, & de separato dicitur æquiuoce solummodo: nec est similitudo inter illas duas voluntates. Jam ergo locuti sumus de hac contradictione: & ostensum est q̄ non sequitur ex hac via vt dicamur credere vanitatem, hoc est quod quarimus, vt tu scis. ¶ Via tertia est per quam volunt probare antiquitatem mundi, scilicet: quia quicquid exigebat sapientia Dei vt exiret, iam exiit. Sapientia vero ipsius est coæterna suæ substantiæ: ergo quod sequitur ex illis, est æternum. Hæc autem consequutio est multum debilis. Sicut enim nos ignoramus arcana sapientiæ ipsius, scilicet q̄ cœli tot sunt, & non plures, nec pauciores: & q̄ stellas tot sunt, nec plures, nec pauciores, nec maiores, nec minores: sic ignoramus arcana sapientiæ ipsius, scilicet quare creauit omnia a tempore qd multo prius non fuit: sed hæc omnia sequuntur sapientiam ipsius æternam, in qua non est variatio. Nos autem sumus ignorantes in fine ignorantia, in intelligendo illud quod conuenit illi sapientiæ, & debitum eius. Voluntas namq̄ secundum sensum nostrum sequitur sapientiam. Hæc autem idem sunt, scilicet sua substantia, & sua sapientia. Nos enim non credimus in agnominacionibus. Adhuc autem au dies in hac materia multa verba, cum loquar de cura. Cum autem intellexeris ista, tollet inconueniens præmissum. ¶ Et quod dixit Aristoteles, q̄ omnes gentes conuenerunt in diebus præteritis: & generationes priores, q̄ Angeli habitant in cœlis: & q̄ Creator est in cœlis: & sic se habent plana dictorum: Scito q̄ ista non demonstrant æternitatem cœlorum, sicut vult aduersarius: sed vt doceant nos q̄ cœli demonstrant nobis super essentia intelligentiarum abstractarum quæ sunt spirituales, & ipse sunt angeli. ipsi etiam demonstrant nobis super essentia Creatoris, q̄ ipse est motor eorum & rector, sicut explanabimus. Et faciemus scire q̄ non habemus probationem quæ demonstrat nobis essentiam artificis secundum q̄ credimus talem qualis est visio cœlorum: qui etiam secundum opinionem philosophorum demonstrant sicut prædiximus, super essentia sui motoris: & q̄ nec est corpus, nec potentia in corpore. Post q̄ autem ostendi tibi possibilitatem rationis nostræ: & q̄ non est impossibilis, sicut putant qui credunt antiquitatem mundi, reuertar ad ostendendum præminentiam opinionis nostræ super opiniones aliorum, per vim speculationis: & detegam ea quæ sequuntur opinionem istius hominis in capitulis sequentibus.

## ¶ Aristotelis credulitas circa Deum & vniuersum. Capitulum, XX.

**A**ristoteles credidit Deum esse causam, & vniuersum causatum. Stensa est iam tibi sententia Aristotelis, & omnium qui credunt antiquitatem mundi. Aristoteles quidē credit q̄ hoc vniuersum esse, manat a Creatore de necessitate: & q̄ ipse est causa, & mundus causatum: & necesse fuit sic esse. Et sicut non oportet querere de ipso quare est, & quomodo scilicet vnus & incorporeus: ita non dicemus de hoc mundo vniuerso quare est, & quomodo est: quia necesse est hoc ita esse, causam, s. & causatum. nec conuenit eis priuatio villo modo, nec mutat ab eo qd est. Et idcirco sequitur secundū hanc opinionem necessario esse rerū vniuersitatem stabilem in sua natura: & nihil variatur in natura quam habet villo modo. Secundum hanc ergo sententiā impossibilis est variatio cuiuscūq̄ entis super materiā suam. Quod si ita est, non erunt omnia ista secundū meditationē preparatoris, qui elegit & voluit vt ita essent: quoniam si sic fuissent per electionem vel voluntatem,

fuerunt non entia priusq̄ esset intentio. Sed secundum nostram opinionem ostensum est a nobis q̄ creata sunt per electionem, non ex necessitate essendi vnū ex alio. Et posset esse q̄ immutaret ea adinuentor eorum: & intentionem suam poneret alio modo: sed non quolibet modo, quoniam natura impossibilis firma est, & nullo modo potest tolli, sicut explanabo. Intentio vero nostra in hoc capitulo est, vt ostendam tibi per probationes quæ sunt propinquæ demonstrationi: quod ita sic esse demonstrat: quia sunt per intentionē preparatoris necessario absq̄ eo q̄ non laborem in iis in quibus laborant loquētes, scilicet destruere naturam entium: & credere atomos, & creationē accidentium, & omnia quæ ostendi tibi de radicibus eorum, quas strauerunt vt facerēt inueniri terminationem. Et non putes quia ipsi dixerunt qd ego dico: & quasi fuerunt qd ego quæro sine dubio: & posuerunt intentionem & voluntatem in terminationem. Sed secundum opinionem ipsorum non est differentia inter terminationē huius plantæ in rubore siue albedine: & in dulcedine siue amaritudine: & inter terminationē cœlorum secundum q̄ sunt formæ rotundæ sine quadracione & triangulatione: & firmationem terminationem cum propositionibus suis, quas feci te scire. Ego vero astruo terminationem per id per quod debet astrui cum propositionibus philosophorum sumptis de naturis entium. Hanc autem viam ostendam tibi postq̄ præmiserō propositionem istam, quæ est: q̄ materia est cōmunis in rebus mutabilibus ex parte mutationis. Necessaria vero est alia causa extra materiam illam communem, quæ fecit quædam esse talis figuræ: & quædam alterius figuræ: vel alia causa secundum numerum mutationum. Omnes autem credentes antiquitatem mundi, conuenerunt in hac propositione cum credentibus nouitatem mundi. Post istam vero propositionem incipiam ostendere quod intendo, querendo, & respondēdo super opinionem Aristotelis. Quæsiuimus ab Aristotele dicēs: Tu inducis probationes ad ostēdēdū q̄ vna materia communis est omnī quæ sunt sub sphaera Lunæ, qd si ita est, quæ est causa diuersitatis specierum entium, vel quæ est causa diuersitatis singularium cuiuscūq̄ speciei? Respondit nobis: & dixit q̄ causa diuersitatis est varietas mixtionis compositionū ipsius materiae. Materia namq̄ illa communis recipit prius quatuor formas, quarū quilibet comitantur duæ qualitates per quas fiunt elementa omnibus quæ componuntur ex eis: quoniam primo miscerur per motum cœli: deinde sunt mixta & temperata: & tunc inuenitur diuersitas in mixtionē quæ componitur ex eis secundum diuersas proportiones frigidi & calidi: & humidī & sicci: & fiunt ex eis composita diuersa secundum diuersas temperantias apta recipere formas diuersas. In ipsis vero formis similiter fiunt compositiones aptæ recipere alias formas: & sic semper proceditur. In materia vnus formæ specialis inuenitur latitudo magna secundum qualitatem & quantitatem: & secundum hanc latitudinem variantur singularia speciei, sicut ostensum est in scientia naturali. Hoc autem totum verum est volenti concedere verum, & non decipienti animā suam. Postea vero quæsiuimus ab Aristotele: si temperantia elementorum est causa essendi materias aptas recipere formas diuersas, quæ fuit causa quæ fecit generationem primæ materiæ donec vna pars reciperet formam ignis: altera formam terræ: & fecit vt media inter ista reciperet formas aeris & aquæ, cum sit materia vna communicabilis: & in quo fuit materia terræ necessaria formæ ipsius: & materia ignis necessaria formæ ignis. Respondit Aristoteles & dixit. Diuersitas locorum fecit hoc: quia ipsa loca dederunt materiæ quæ est vna, dispositiones diuersas. & hæc est expositio. Quoniam qd est ex eis propinquius cœlo circūdanti, recipit ab ipso potentiam splendoris & sublimitatis, & velocitatem motus: & recipit compositionem a cœlo circūdante. Versus centrum terræ densior & durior effecta est terra. Similis quoq̄ causa est in aqua & aere. Hoc autem fuit necessarium, quia vanum esset q̄ ista materia esset sine loco: vel q̄ circūdans esset centrum, vel econuerso. Hoc ergo dedit eis terminationem in formis diuersis, scilicet aptitudinem recipiendi formas diuersas. Postea vero quæsiuimus ab Aristotele, Dicis q̄ materia circūdantis & materia elementorū est vna? Respondit & dixit, Nō: sed illa materia est alia: & illæ formæ sunt aliæ. Et corpus dicitur æquiuoce de corporibus quæ apud nos sunt: & de corporibus cœlorū, sicut exposuimus, & induxit probationes super oibus istis. Nunc ergo audi verbum nostrum tu qui intendis in libro meo. Jam scis demonstrationē Aristotelis, q̄ ex diuersitate actionum demonstrantur diuersitates formarum. Cum ergo motus quatuor elementorum fuerit rectus: & motus cœlorum circularis: fuit scitum q̄ illa materia fuit alia q̄ ista, & hoc est verū secundū speculationē naturalem. Et cū inuentū est q̄ motus cœlorum sunt recti in diuersas partes. Quædam enim mouentur sursum, & quædam deorsum.

similiter quæ componuntur ex eis: & mouentur in vnam partem: quædam enim mouentur tardius & quædam velocius, scitur quod sunt diuersa in formis: & scis quod elementa sunt quatuor. Et ex hac demonstratione sequitur quod materia cælorum sit vna: quoniam omnes mouentur circulariter: & forma cuiuslibet cæli est diuersa a forma alterius: quoniam motus vnus est ab oriente in occidentem: & motus alterius est ab occidente in orientem, motus etiam ipsorum sunt diuersi in velocitate & tarditate. Consequens etiam est si queratur ab eo & dicatur ei: Cui illa materia sit communis omnibus cælis: & quodlibet eorum differt in forma ab alio: quis est terminator eorum vel preparator vt recipiant formas diuersas: si est trans cælum aliquid aliud quod sit terminator & distractor præter creatorem: nunc ergo erudiam te super profunditate cogitationum Aristotelis, & super admiratione apprehensionis ipsius: & quomodo anxiauit eum ista contradictio sine dubio: & laborauit vt euaderet ab ipsa cum verbis in quibus nõ iuuuit eum natura entium: quis non fecerit mentionem huius contradictionis: sed quod apparet ex verbis eius quod ipse nititur totis viribus suis vt ordinet essentiam cælorum: sicut ordinauit essentiam eorum quæ sunt sub cælo: nisi sunt omnia ex necessitate naturali non ex intentione eligentis & terminatione terminantis sic voluit. Voluntas autem istius hominis non fuit completa, nec vnquam complebitur: quoniam ipse laborat reddere causam quare mouetur cælum ex parte orientis, & non ex parte occidentis: & quare quidam cæli veloces sunt in motu: alii vero tardi: & quod ita fuit necessarium secundum ordinem dispositionis cæli altissimi. Laborauit etiam reddere causam in eo quod quilibet planetarum habet cælos multos: & iste numerus est magnus in vno cælo. In omnibus istis laborauit reddere causas nobis, vt ordinet ista secundum ordinem naturalem & necessarium: sed nihil istorum perfectum est ab eo. Quod enim ostendit nobis de iis quæ sunt sub phæra Lunæ, est conueniens entibus causa quæ ostendit, & oportet dicere in hoc quod est ex necessitate quæ prouenit ex motu cælorum, & virtutibus eorum. In iis vero quæ dixit in ratione cæli, non assignauit causam notam: nec produxit rationem in illis secundum ordinem per quæ necessitas astruatur. Nos autem videmus quosdam cælorum esse veloces in motu: & sunt superiores aliis qui sunt tardioris motus: sunt & alii tardioris motus, & sunt superiores velocioribus in motu: sunt & alii quorum motus sunt æquales quibus eorum alii sunt superiores aliis. Sunt etiam quædam alia difficilia valde, quæ necesse est vt intelligatur & videatur si sunt ex necessitate. Et adhuc appropriabo eis capitulum quoddam de capitulis huius libri. Generaliter autem dicam quod Aristoteles cum intellexit debilitatem rationum suarum in assignatione causarum: in istis rebus præmisit ante inquisitionem & inceptionem verba ista, Volumus nunc inquirere de duabus questionibus si necesse est nobis inquirere de eis: & loqui secundum apprehensionem intellectus nostri, & secundum opinionem nostram. Et non oportet quod aliquis credat nos facere istud ex inuerecundia, vel ex audacia: sed oportet vt miretur super magno desiderio in eo quod laboramus in philosophia & amore vehementi. Cum vero quæsiuerimus questiones istas sublimes & honorabiles, & poterimus eas soluere solutione aliqua conuenienti in veritate Creatoris, necesse est vt auditor gaudeat multum in hoc. Hæc sunt verba Aristotelis. Ostensum est ergo tibi quod ipse cognoscit debilitatem verborum suorum: quanto magis cum scientiæ mathematicæ in tempore suo non erant completæ: nec fuit scitum in tempore suo de motibus cælorum, quod nos scimus hodie. Quod autem mihi videtur, est quia quod dixit in Metaphysica imponendo intelligentiam separatam cuiuslibet cælorum, nõ est nisi propter hoc vt quodlibet cælum habeat terminatorē & distractorē in motu sibi proprio, & adhuc explanabimus quod nulla fuit ei vtilitas in hoc. Ego vero ostendam tibi expositionem eorum quæ ipse dixit secundum apprehensionem intellectus mei, & secundum opinionem meam: neque vidi hoc apud aliquem expositorum. In eo namque quod dicit opinionem meam, scilicet opinionem necessitatis, quæ est ad credendum antiquitatem mundi. Quod autem dixit scientiam nostram, scilicet rationem manifestam, in quam consentiunt homines: quia quælibet illarum rerum causam habet: nec est aliqua species generata casu. Quod vero dixit intellectum nostrum, hoc est breuitatem potentiæ nostræ in expositione causarum omnium istorum secundum veritatem suam & suum finem. Dixit autem quod exponeret pauca de illis, quod & fecit. Quod enim dixit de velocitate motus communis, & tarditate cæli stellarum fixarum quare est in diuersitate partis: hæc est causa valde mirabilis: sic etiam dixit quod quodlibet cælum quanto magis elongatur ab octauo cælo, erit velocius in motu suo. Hæc autem non sequitur in omnibus quæ ostendi tibi. Quod etiam difficilius est: quia sunt cali-

qui mouentur ab oriente in occidentem sub octauo cælo: & esset necessarium vt essent velociores inferioribus se, quod similiter mouentur ab oriente in occidentem. Et quod ille motus sit propinquus in velocitate sua motui nono, sed sicut feci te scire, scientia firmameteri non erat scita in tempore suo si cut est hodie. Scito autem quod hæc omnia facilia sunt secundum fidem nostram qui credimus nouitatem mundi: & procedunt illa secundum principalitatem legis nostræ: quoniam dicimus quod est terminator terminans quodlibet cælum, sicut ei placuit, in motu & in velocitate: sed arcani debiti sapientia: suæ in facièdo mundum sic esse, nõ fuit scitum. Quod si Aristoteles posset nos facere scire causam diuersitatis motuum cælorum quæ sit secundum ordinem positionis vnus ad alium, sicut ipse credit, istud est mirabile: & tunc esset causa terminationis in diuersitate motuum suorum: sicut causa diuersitatis elementorum in sua positione inter circūdans & centrū. Sed non ita coherent rationes sicut ostendi tibi: & ostendam in inuentione terminationis cæli, cuius terminationis causam non potest homo scire sine voluntate volētis, & intentione preparantis: quia hæc est essentia stellarum: quia cælum semper esse mobile: & stellas semper esse fixas, est probatio quod materia stellarum non est materia cælorum. Hoc autem dixit Abimac in libro suo: & dixit quidam super libro de auditu, quorum hoc est planum. Et dixit: differentia est inter stellas & cælum: quod cælum est clarum & peruium visui: stelle autem non sunt peruiæ. Cuius rei causa est quoniam duæ materiae & duæ formæ differunt, sed parū. Ego vero nõ dico parū, sed dico quod multum differunt. Non enim accipio demonstrationem ex paruitate ipsorum, sed ex motibus: ideo ostendit quod triplex est materia, & triplex forma: & sunt in corporibus, quorum quedam semper quiescunt in suis substantiis, scilicet corpora stellarum: quedam vero semper mobilia sunt, sicut corpora cælorum: quedam autem quæ mouentur, quæ quiescunt, elementa, scilicet vltima. Velle scire quod coniunxit istas duas materias diuersas: si est iter eas summa diuersitas secundum opinionem meam an si est inter eas parua diuersitas secundum opinionem Abimac sapientis. Quis est igitur factor huius coniunctionis adunatæ? Et vniuersaliter quæ sunt corpora diuersa tantum in alio, nec miscet ei: sed separat in quodam loco de terminato fixo in eo sine intentione aptatoris. Istud esset valde mirabile. Est etiam maior admiratio in hoc quod stellæ multæ quæ sunt in octauo cælo, & omnes sunt sphericæ, quod earum quædam sunt parua, quædam vero maiores: quædam etiam stella est in quodam loco, & alia remota ab illa per cubitum. Vnde secundum quod apparet visui, sunt etiam decem vel plures stellæ valde sibi propinquæ. Est etiam pars magna cæli in qua nulla stella est. Quæ est ergo causa quæ determinauit illum locum decem stellarum: alium vero sine stella? Præterea totum corpus cæli vnum est & simplex in quo non est diuersitas. Propter quæ igitur causam pars vna cæli fuit necessaria stellæ positæ in ea plusquam alia? Omnia ergo hæc & similia sunt difficilia ad intelligendum: & sunt propinqua impossibilitati, cum credimus quod omnia illa proueniunt ex necessitate, sicut dixit Aristoteles. Si vero credimus quod omnia ista proueniunt ex voluntate agentis & ex intentione optantis qui sic operatus est, non erit admiratio vlla in hac credulitate, nec erit remotum ab intellectu, nec remanebit locus inquisitioni: nisi cum quæsieris quæ est causa intentionis. Quod autem vniuersaliter scitur est quod omnia ista sunt propter causam quam ignoramus: neque sunt frustra neque casu. Tu vero scis quod omnes venæ in corporibus animalium non sunt creatæ casu: neque fuit vna grossa, altera vero subtilis: absque intentione aptatoris. In neruis etiam est multa diuersitas: quia quidam sunt recti, quidam tortuosi: & omnia illa non accidunt casu: sed sunt propter vtilitates multas ex necessitate operantis, & intentione componētis. Quod si ita est, quomodo ascendit in cor intelligentis, quod positio stellarum & mensura & numerus earum & motus diuersi cælorum fuerunt absque ratione, casu? Non est autem dubium quod habent omnia illa rationes necessarias secundum intentionem factoris. Ordo vero in istis ex parte necessitatis, & quod non sit ex intentione, est res valde remota ab intellectu. Non est apud me demonstratio maior super hoc quod ipsa sunt ex intentione, quod diuersitas motuum cælorum: & quod stellæ fixæ sunt in cælis. Ideoque inuenies quod omnes prophætæ dederunt stellas & cælos in signum super essentia Creatoris necessaria. Et accidit in Abraham cor suum in apponendo ad intelligendum naturas stellarum, quod est scitum. Dixit etiam Esaias per viam doctrinæ: & vt acciperent probationem ex ipsis cælis. Leuate ad cælos oculos vestros, & videte quis creauit eos. Similiter & Hieremias dixit, Creans cælos. & Abraham dixit, Dominus Deus cælorum. Dixit etiam dominus prophetarum, Ascendens cælos, sicut exposuimus. Hæc est probatio vera in qua non est dubitatio. Expositio vero omnium istorum est quod omnium diuersitatum quæ sunt sub cælo quis materia eorum sit vna vt exposuimus, poteris dicere quod ter-

Argumentum quod materia stellarum non est materia calorum. De differentia cæli & stellarum. Triplex est materia & triplex forma.

Nota de stellis octauæ sphericæ

Quod non sit ex intentione, est res valde remota ab intellectu. Non est apud me demonstratio maior super hoc quod ipsa sunt ex intentione, quod diuersitas motuum cælorum: & quod stellæ fixæ sunt in cælis. Ideoque inuenies quod omnes prophætæ dederunt stellas & cælos in signum super essentia Creatoris necessaria. Et accidit in Abraham cor suum in apponendo ad intelligendum naturas stellarum, quod est scitum. Dixit etiam Esaias per viam doctrinæ: & vt acciperent probationem ex ipsis cælis. Leuate ad cælos oculos vestros, & videte quis creauit eos. Similiter & Hieremias dixit, Creans cælos. & Abraham dixit, Dominus Deus cælorum. Dixit etiam dominus prophetarum, Ascendens cælos, sicut exposuimus. Hæc est probatio vera in qua non est dubitatio. Expositio vero omnium istorum est quod omnium diuersitatum quæ sunt sub cælo quis materia eorum sit vna vt exposuimus, poteris dicere quod ter-

minator illarū sunt virtutes cœlestes: & positiones materiae sunt de coelo, sicut Aristot. fecit nos scire. Diuersitatum vero quae inueniuntur in cœlis & in stellis, quis est terminator nisi Creator bñdictus: Si autem dixerit aliquis q̄ terminator sunt intelligentiæ separate, nihil vtilitatis est in hoc. Probatio vero huius rei est: quia intelligentiæ separate nō sunt corpora vt habeāt aliquē certū locū in cœlo. Et si ita est, quare sphaera vna mota est motu suo appetitūo ad intelligentiā separatā versus orientē: altera vero ad partē occidentis: Nunquid potest dicere q̄ quēdā intelligentia est i parte orientis: & altera in pte occidentis: cur etiā sint vna sphaera velocioris motus, & altera tardioris: Nec istud pcedit per viā elōgationis ab vna parte ad alterā, sicut scis. & necesse est dicere omnibus modis q̄ natura huius cœli, & substantia eius, est necessaria moueri ad hāc partē, & in tali velocitate: & q̄ sit necessitas cōcupiscētiē ipsius secundū istā rationē: & hoc dixit Aristoteles: & in hoc firmat assertio ipsius. Iam ergo reuertimur ad id in quo prius eramus. Ex quo sic est: dicem⁹ q̄ cū materia omnium fuerit vna, quare terminabit vni in vna hora, alia a natura alterius: & erit in eo amor & desiderium qd̄ inducat in eo talē motum diuersus ab amore alterius: cœli qui inducit in eo alium motum: & necessarius est omnino terminator. Hæc autē consideratio inducet nos in inquisitionem duarum rerum. Vna est in inuentione nostra huius diuersitatis & inuentionis, si est necesse q̄ istud perueniat ex intentione aptatoris ex necessitate: vel si non est necesse. Secunda, si hæc omnia fuerunt ex intentione aptatoris qui firmavit ea. Si sequitur q̄ mundus sit nouus post priuationem an non: sequitur q̄ creator eius non fuerit prohibitus sic esse. Hoc enim dixerunt quidam de credentibus antiquitatem mundi. Reuertar ad loquendum de istis duabus viis, & ostendam quod in eis est ostendendum in capitulis quae inducam.

Probatio Aristotelis q̄ naturalia non sunt secundum accidens. Capitulum. XXI.

Robauit Aristoteles q̄ omnia naturalia non fuerunt facta secundū accidens. Probatio vero hæc est. Quacūq̄ sunt præter intentionē aptatoris, nō sunt sempiterna nec frequēter. Omnia vero gna rerū vel sunt sempiterna vel frequēter. Cœli autē & quae in eis sunt, sunt sempiterna in dispositionibus immutabilibus, in substantiā, & in locis. Gna vero rerū naturalium quae sunt sub sphaera lunae, partim sunt sempiterna, & partim frequēter. Sempiterna vt calor ignis, & motus lapidis deorsum, in pluribus vero sicut formae singularium cuiuslibet speciei, & actiones eorum. Hæc autē omnia manifesta sunt. Si autē singularia eorum non sunt secundū accidēs neq̄ casu, qualiter erit genus eorum casu. Et hæc est probatio q̄ oia entia non sunt casu. Ista sunt verba Aristotelis respondentis cuiusq̄ antiquorum dicenti q̄ mundus iste fuit secundū accidēs casu: & q̄ est ex se non ex causa. Dixit enī quidā: Quidā dixerūt q̄ cœli & vniuersus mundus fuerunt ex se: & dixerunt q̄ circulatio & motus fuerunt ex se: & ipse mundus se terminauit: & aptauit omnia secundum istam dispositionem. Hæc autem ratio mirabilis est: valde scilicet quia ipsi dicunt q̄ animalia & plantae non sunt neq̄ renouantur secundum accidēs neq̄ casu: sed habent causam. Causa vero vel est naturalis intellectus vel extra ipsa simile illis, non enim quilibet nascitur ex quolibet: sed ex vno semine nascitur oliua, & ex tali spermate erit homo. De cœlis vero & aliis corporibus existentibus intra ipsos dicūt quorum stabilitas est manifesta: quae sunt ex se: & non habent causam omnino sicut animalia & plantae: hoc est planum verborum ipsius: & incepit ipse ostendere destructionem huius cogitationis simplicis. Iā patet tibi q̄ Aristoteles credit & probat, q̄ omnia entia non sunt casu. Illud autem per quod hoc ostenditur, scilicet q̄ eorum creatio non est causa: est ablatio eius qd̄ dicunt q̄ sunt ex se: hoc est dicere q̄ habent causam quae facit ea sic esse necessario, & propter causam illam fuerunt sicut modo sunt: & non ex se. Hoc est probatum: & hoc credit Aristoteles: secundum qd̄ sequatur quia non sunt ex se creata vt sint ex intentione aptatoris, vel voluntate volentis. Non apparet q̄ Aristoteles credit hoc. Facilius nāq̄ est secundū sententiā meam coniungere entia de necessitate, & renouationem per intentionem & voluntatem, vt vtrūq̄ sit vna ratio, q̄ coniungere duo contraria. Ratio nāq̄ necessitatis quam credit Aristoteles, est quoniam omne ens quod nō est ex artificio eget omnino causa aptatrice illius rei, quae fecit ipsam esse sicut est: & ipsa causa eget alia causa. Et sic proceditur donec perueniatur ad primam causam, ex qua de necessitate sunt omnia, nec enim possunt illa cōcatenari vt procedatur in infinitum. Sed Aristoteles non credit q̄ necessitas esse vniuersi mundi ex parte Creatoris, scilicet primae causae: sit sicut necessitas essendi vmbra a corpore: vel necessitas esse

Qualiter p  
bat secundū  
Aristotelē  
oia esse ex  
necessitate.  
Necessitas  
vniuersi  
quō nō sit  
a Deo.

lucis a Sole: vel calor ab Igne: sicut dicit qui nō intelligit verba eius: sed credit q̄ illa necessitas est sicut necessitas intellecta ab intellectu: quia intellect⁹ est operator intellecti inquantū est in intellectu: quoniam ipse est causa prima. Et scdm̄ eius sententiā est intelligens in fine sublimitatis in gradibus entium: & in fine perfectionis. & dicit etiā q̄ ipse diligit qd̄ est necessario ab eo, & gaudet in eo: & illud placet ei: nec oportet vt velit inuentionē eius. Istud autem nō vocat intentionē: nec est in eo ratio intentionis. Homo autē vult habere oculos, manus, & gratulatur in eis, & non vult mutationē eorum: nec tamen voluerit illa ex intentione vel terminatioe sua, vel ex electione sua in tali forma, vel talibus actionibus. Nō est autē modus intentionis vel terminationis nisi in non ente, & possibile esse scdm̄ q̄ aptauit & terminauit: & possibile est q̄ non sit ita. Et nescio si isti vltimi intellexerunt ex verbis Aristotelis q̄ illa indigent duabus de causis, scilicet manerie intentionis & terminationis: & q̄ cōtradictō ei in hoc: vel eligūt vt credant intentionē & terminationē: & dicāt q̄ illa nō tollant antiquitatem mundi. Postq̄ vero ista exposui: incipiam loqui de opinione istorum vltimorum.

Opinio dicentium mundū semper fuisse & tamen a Deo esse. Capitulum. XXII.

Cito q̄ quidam philosophorum posteriorum credentium antiquitatem mundi, dicunt q̄ Creator est factor mundi: & elector esse ipsius, & aptator esse ipsius, & terminator ipsius scdm̄ q̄ est. sed vanitas est q̄ sit in vna hora: & nō in alia: sed ita fuit & erit semper. Et dixerunt: quia qd̄ induxit nos ne putemus q̄ aliquis operetur aliquid nisi pcedat operator in tempore opus suum, quia istud sequitur apud nos in omnibus operibus nostris. Ois enī operator qui sic operatur, habet in se priuationē aliquā: & fuit operator in potentia ante opus suū. Postea vero cū coepit operari: exiit ad actū. Creator vero in quo non est priuatio nec aliquid in potētia omnino, nō est ante opus suum in potētia: sed semper fuit in actu. Et sicut sua substantia est separata a substantia nostra in fine separationis: ita est cōparatio sui operis ad ipsum separata a cōparatione nostri operis ad nos. Hanc eandē opinionē dixerunt in terminatione & voluntate. Nihil enim differt siue dicas operator, vel voluntator, vel aptator, vel elector, vel terminator, in hoc loco. Similiter dixerunt q̄ vanitas est dicere q̄ mutetur eius actio vel voluntas, sicut exposuimus. Iam ergo apparet tibi consideranti in hoc libro q̄ isti mutauerunt verbum necessitatis: sed fecerunt vt remaneret eius ratio vt forte fuerit eorum intentio: vt remoueretur incōueniens. Eadem nāq̄ ratio est dicere vniuersum esse coniunctū esse causae suae sempiternae in duratione sua: quae causa Creator est sicut dixit Aristoteles: & dicere q̄ mundus est opus Creatoris ex intentione sua vel voluntate & electione & terminatione: sed nunq̄ cessauit nec cessabit sic esse sicut ascensio solis super horizonta est effectus diei sine dubio: licet neutrum pcedat reliquum in tempore. Nō est autē hoc nostra intentio: sed intendimus & volumus dicere q̄ mundus nō pendet a creatore necessario sicut causatum a sua causa a qua nō pōt separari: neq̄ potest mutari nisi prius mutetur causa sua vel aliqua dispositionū eius. Cum igitur intellexeris intentionem per viā istā, scias q̄ vanitas est dicere q̄ aliqua creatura pcedet necessario ex essentia Creatoris sicut causatum a sua causa: & q̄ est ex eius actione vel terminatione. Iam ergo depuratum est verbū: & peruenit ratiocinatione ad quaerendū de diuersitate q̄ reperitur in cœlis: de qua probatū est q̄ non potest effugere quin habeat causam, & si est illa causa huius diuersitatis & pependit ex alia necessario: vel si est illa causa operator illi⁹ diuersitatis & terminator scdm̄ q̄ nos credim⁹ in lege Moy si magistri nri: postea loqmur de hoc cū pmissim⁹ ppositionē ad ostendendū modū necessitatis quae dixit Aristoteles donec intelligas illam: & tunc incipiā ostendere pponderationem & peminētiā fidei meae in nouitate mundi, cū pbariōibus speculatiuis & philosophicis. Istud autē est qd̄ dixit: quia intelligentia prima puenit necessario a Creatore. secunda vero intelligentia a prima, & tertia a secunda: & sic in aliis. Et credit q̄ cœli necessario fuerunt ab intelligentiis separatis. Explanatio vero istorū est q̄ ordinatio nota quae scis de locis suis: cuius etiā mentionē fecimus in his quae pmissimus, est q̄ non est eius intentio in ipsa q̄ aliquid fuerit & ex eo postea renouatū est aliud qd̄ ex ipso prouenit: quia ipse nō credit renouationē alicuius talis, sed intendit dicere necessitatē causae, sicut si diceret. Intelligentia prima est causa existentie secundae intelligentiae: secunda vero causa existentie tertiae intelligentiae: & sic vsq̄ ad finē suū, & eadē rō est & in cœlis: & in materia prima, & in oib⁹ istis nihil pcessit aliud vel fuit sine aliis scdm̄ ei⁹ opinionē. Huius autē rei similitudo est sic: si diceret homo q̄ ex primis qualitib⁹ p-

Intellectus diligit  
re intellectā  
siue q̄ ē a se  
Causa pcedit  
esse effectū  
in his q̄ sūt  
in potētia.  
Quō mundus  
nō pcedet  
necessario  
a Creatore.  
Prima intelligentia  
est a Creatore.  
& secunda  
a prima, &  
sic deinceps.



Opinio de eternitate mundi destruit fundamenta legis. Argumentu contra Aristotele.

dit concupiscentiis & vitiis: siue fit hoc ex complexione, siue ex acquisitione: & cum obedit motibus ire: semper errabit, & euagabit opiniones querendo que iuuent eum ad id in quod natura sua tendit. Idcirco pmonui aut te super hoc, ne decipias animam tuam: vel ne forassis aliquis decipiat te in aliqua dubitatione quam tibi pponet super antiquitate mundi: & pparabit acquiescere illi. Vniuersaliter etenim opinio illa habet in se destructionem fundamenti legis nostre: & comenta eorum que non conueniunt Creatori. Talibus ergo dubitationibus non acquiescat intellectus tuus: sed recipiat dicta prophetarum, que sunt firmamentum compositionis speciei hominum in operationibus suis. Non recedas ergo ab opinione nouitatis mundi nisi propter demonstrationem: sed talis demonstratio non est in natura. Qui autem considerat in hoc libro, non reprehendat me super ornatu verborum istorum ad mittendum super illis in nouitate mundi. Princeps namque philosophorum Aristoteles induxit in libris suis verba filia istis ad inuitandum super illis in opinione sua in antiquitate mundi. Et propter hoc vere dicitur quod sapientes dixerunt. Nihil lex nostra perfecta non erit sicut verborum eorum inane. Si ergo ipse corroborat opinionem suam cum erroribus gentium mundi: quare nos non corroborabimus nostram opinionem cum verbis Moyse & Abrahę: & cum omnibus qui sequuntur ex dictis ipsorum. Iam promisi tibi quod inducam capitulum in quo ponam dubitationes fortes que sequuntur illum qui putat quod homo apprehendit per sensum suum omnes motus celi: & quod sunt res naturales & pcedunt secundum suam consuetudinem necessitatis manifeste in ordine & dispositione, & nunc ostendam tibi hoc.

De Epicyclis & Eccentris. Capitulum. XXV.

**A**m scis de rationibus firmamenti quod coram me didicisti & intellexisti ex his que conuincunt in libro Almagesti. Tu enim scis quod quicquid est in dispositione motuum: & in cursu stellarum secundum quod apparet nobis, fundatur super duabus principalitatibus. scilicet vel epicyclo, vel eccentrico circulo: vel vtriusque. Volo autem docere quod vtraque istarum principalitatum est extra sensum. Et vniuersaliter est contrarium ei quod ostenditur in natura. Principium istorum est firmitas sphaere circumdantis super aliam sphaeram, eius circulatio non erit circa centrum illius sphaere deferentis eam sicut conuenimus in hoc in Luna & quinque aliis planetis. Ex hoc autem sequitur necessario reuolutio: hoc est quod sit sphaera circumdans, reuoluens se, & mutans locum suum. Hanc vanitatem effugit Ptolemaeus: immo Aristoteles. scilicet quod sit ibi aliquid quod mutet locum suum. Et idcirco Moabatre Maurus dixit in his que dixit de scientia firmamenti: quod esse epicyclum est vanum: & dixit postea quae vanitas sequatur ex hoc. scilicet essentia epicycli. Et sequuntur, etiam ex hoc aliae vanitates quas ostendam tibi. Vna est: quod sit circulatio, & non circa centrum mundi. Fundamentum vero huius medi est, quod motus sunt tres: motus a medio, & motus ad medium, & motus circa medium. Si vero fuerit epicyclus, motus eius est non a medio, nec ad medium, nec circa medium. Praeterea stramentum Aristotelis in scientia naturali est, quod necessaria est res stabilis & firma ut circa eam sit motus. Et idcirco necesse est ut terra sit stabilis. Si vero epicyclus fuerit, dicemus quod motus circularis est non circa rem firmam. Audiui etiam quod predictus sapiens Moabatre dixit quod inuenerat firmamentum in quo non erat epicyclus: sed sphaerae eccentricae solummodo. Hoc autem non audiui a discipulis ipsius, sed si etiam firmum, istud non est ei multum utile. Egressio namque a centro deuiat a principalitate quam fundauit Aristoteles. Istud etiam ego percepi, quod in egressione a centro similiter reperitur motus circularis caelestis non circa medium: sed circa centrum imaginabile quod egreditur a centro mundi, & est motus non circa rem firmam. Si vero dixerit aliquis qui non habet scientiam firmamenti, quod egressio centri cum ipsa centra fuerint inter sphaeram Lunae, sicut apparet in principio imaginationis: ipse motus erit circa medium: & nos conueniemus cum eo in hoc, ut sit circa centrum in igne vel in aere, quibus non sit ille motus tunc circa firmamentum, & nos ostendemus ei quod demonstrat sunt quantitates egressionum centrorum in libro Almagesti. Posteriores etiam induxerunt demonstrationem in qua non est dubitatio super quantitate egressionum ipsorum centrorum in medio diametri secantis terram: secundum quod demonstrauerunt elongationes & quantitates caelorum. Et ostensum est quod centrum egrediens a centro mundi, circa quod mouetur Sol, egreditur ab inferiori caeli Lunae de necessitate: & sub declinatione caeli Mercurii. Similiter centrum circa quod mouetur sphaera Martis: egreditur ab inferiori caeli Mercurii & sub declinatione sphaere Veneris. Centrum etiam sphaere Iouis est in eadem elongatione, scilicet inter sphaeram Mercurii, & Veneris. Centrum vero sphaere Saturni cadit inter sphaeram Veneris & Martis. Nunc ergo vide quomodo loque sint verba

Contra positionem de Epicyclis.

illa a consideratione naturali. Haec autem omnia ostendunt tibi cum consideraueris elongationes, & quantitates cuiuslibet caeli & stellae. Proportio istorum est in diametro transeunte per medium, donec sint omnia secundum veram mensurationem: non quod super qualibet sphaera sumat propria probatio. Inconueniens autem maius isto & maior error, quod cum duo caeli sint vnum intra aliud: & vndique coniunctum est: centra vero ipsorum sunt diuersa: potest contingere quod minus caelum moueretur intra maius permanente maiori immoto. Nec oportet ut maius moueat super quacunque linea: & quod non moueatur minus: nisi cum motus fuerit maius: & tunc mouebitur minus de necessitate, nisi fuerit motus super chordam que transit per duo centra. Secundum hanc ergo propositionem & probationem & secundum quod est demonstratum quod vacuum non existit: & secundum quod est fundatum de egressione centrorum: sequitur quod cum moueatur maius mouebit illud quod est sub eo, & circa centrum suum, sed non est ita: quia inuenimus quod vtriusque eorum, scilicet circumdans & circumdatum non mouetur in motu alterius, nec super centrum ipsius, nec super polos eius: sed vtriusque habet motum suum proprium: & ideo compulsi necessitate credere, quod sunt ibi alia corpora caelorum inter quoslibet duos caelos. Quae multae sunt dubitationes in istis vtriusque ita se habeant: & quod imaginentur centra illorum corporum que sunt inter quoslibet duos caelos: & quod ille sphaerae habeant motus suos propios. Et iam ostendit hoc sapiens qui vocatur Tebit in libro suo: & induxit demonstrationes super hoc quod dicemus, quod necesse est omnibus modis ut sint corpora sphaerica inter quoslibet duas sphaeras, scilicet caelorum. Nihil autem istorum demonstraui tibi cum addisceres coram me confundere quod intendebam tunc docere te: rationem autem declinationis & egressionis in latitudine Veneris & Mercurii, iam explanavi tibi ore ad os. Et ostendi tibi quod est impossibile ascendere in cor: quae talia sunt in corporibus. Ptolemaeus vero dixit quod non est in homine ut apprehendat illa sicut vidisti: cuius verba sunt ista. Non putet aliquis quod principalitates sunt ille, & similia istis sunt difficultates ad comprehendendum quod ponat considerationem suam in his que diximus: sicut considerationem suam in rebus inuicem per instrumenta & per subtilitatem artificiorum: quoniam non oportet imaginari super spiritualibus res humanas. Haec sunt verba ipsius sicut tu scis. Iam ostendi tibi loca in quibus stabis super veritate eorum que dixi tibi ut attendas ad centra ista quae sunt centra caelorum egredientia nisi cadunt, quia nullum vidi qui apponeret cor suum ad ista. Et explanabitur istud cum sciueris quantitate diametri cuiuslibet caeli: & quantum distant duo centra in medio diametri terrae: secundum quod demonstrat Maurus quod cognominatur Alcabisus in libro elongationum. Cum vero intellexeris elongationes stabis super veritate illorum de quibus docui te. Pone igitur animum tuum in hoc labore magno quantum potes. Quicquid enim dixit Aristoteles in scientia naturali, illud est verum, quod si ita est, non est alia qua sphaera circumdans eccentrica: & omnes sphaerae reuoluuntur circa centrum terre. Quod si ita est quomodo sunt in stellis isti motus diuersi? Vel si est modus aliquis qui conueniat motui circulari: ut sit aequalis & perfectus: & appareat in ipso ea que non apparet nisi per alteram duarum principalitatum: vel illud quod sequitur ex eis: quanto magis ut sit quod dixit Ptolemaeus de sphaera Lunae, & declinatione ipsius versus partem centri egredientis extra centrum mundi: & centrum suum quod egreditur, & erit quod putabit secundum istas principalitates: non remanebit pars aliqua de gradibus stelle. Et testificatur super veritate istorum veritas eclipsis: cuius computatio est semper secundum illas principalitates: & numerus horarum et tempus obscurationis: & quomodo ascendit super cor retrogradatio stellae, cum aliis motibus suis, nisi cum epicyclo, quomodo etiam ascendit super cor reuolutio siue motus circa centrum non firmum. Haec est vera dubitatio, cuius ostendi tibi veritatem: quia ad omnia ista non tenetur magister scientiae firmamenti: quia non est eius intentio ut faciat nos scire modum caelorum essentiae quomodo est: sed eius intentio est ut excogitet firmamentum cui conueniat ut sint in eo motus circulares & aequales & conuenientes illis quae apprehenduntur oculis siue sit siue non sit ita. Tu autem scis quod Abimacer dubitat de verbis Aristotelis in naturalibus, & eius dubitatio est: Vtrum sciuit Aristoteles egressionem centri sphaere Solis: & tacuit in illo: & laborauit in his quae necessaria erant in declinatione: quoniam opus egressionis centri non separatur ab opere declinationis: vel forte non apprehendit istud vere, vel non sciuit, vel non audiuit, quoniam scientiae mathematicae non fuerunt perfecte in tempore illius: & si audiisset, contradiceret omnibus modis. Quod si forte probaretur ei quia verum esset: tunc esset anceps & dubius in omnibus libris quos composuit de hac materia magna dubitatione. Repetam autem quod ante dixi: quia quicquid dixit Aristoteles in omnibus quae sunt sub sphaera Luna, procedit secundum ordinem sensus. Et verba ipsius sciuntur ex ratione & causa: & colliguntur



gantur inter se: et loca sapientiae demonstrantur in eis: & cura naturalis est manifesta in eis. Quicquid autem est in caelis non est homo consecutus ut sciret ea quae ibi sunt, nisi secundum hunc modum disciplinalem modicum: & tu vides hoc. Ego vero dico quod dixit David, Coelum caeli domino: terram autem dedit filiis hominum. quod est dicere, quod Creator solus scit veritatem caelorum: & naturam, & substantiam, & formam ipsorum, & motus, & causas ipsorum in fine perfectionis. Super his vero quae sunt sub caelo, dedit potestatem homini ut sciret ea: quoniam ille est mundus hominis, & habitatio eius in quo nutritus est: & est pars illius, & haec est veritas. Quoniam causa ex quibus accipiuntur demonstrationes super caelis, sunt impossibiles nobis: & caeli distant multum a nobis: & locus ipsorum, & gradus est remotus a nobis. Demonstratio etiam coelis quae est ex ipsis super motore suo, est res ad quam non perveniunt intellectus scientiae humanae. Labor etiam cogitationum in illis qui non possunt apprehendere, nec habent arma per quae consequatur illa, est defectus naturae, & species ignorantiae, & labor intellectus: sed expedit nobis ut simus contenti mensura quam data est nobis: & consentiamus in illis quae non possumus apprehendere per industriam nostram, quam data sunt isti super quem diffusa est potentia spiritualis magna a Deo: quae de ipso dictum est, Ore ad os locutus sum ei. Hic est ergo finis sensus mei in ista questione. Fortassis vero scit alius homo demonstrationem per quam declaratur veritas eius quod est mihi laboriosum. Ex magno etiam amore meo revelavi & feci scire dubitationem meam: & brevitate intellectus mei in rationibus istis: & quod non audiui demonstrationem: nec scio eam super istis rebus.

## ¶ Quod non tamen propter legem creditur mundus creatus. Capitulum XXVI.

**S**cito quod non fugimus credere antiquitatem mundi propter illa quae reperimus in lege. quod mundus est creatus. Versus etiam qui demonstrant creationem mundi & eius novitatem non sunt plures illis versibus qui demonstrant quod Creator est corpus: neque portae opinionis sunt clausae coram nobis, nec a nobis prohibita in ratione antiquitatis mundi: sed possemus arbitrari aliquid in hoc, sicut fecimus in remotione corporeitatis a Creatore: & forte levius esset istud. Habemus potentiam magnam ad exponendum versus istos: & ad confirmandam credulitatem in antiquitate mundi: sicut exposuimus alios versus: & remouimus a Creatore corporeitatem: sed duae causae prohibuerunt nos facere istud, & credere hoc. Quarum una est quod Creator non est corpus: & hoc demonstratum est. Et sequitur de necessitate ut cogitemus cogitatione & opinione recta super omnibus quorum planum est contrarium praedictae demonstrationi: et ut sciamus quod indigent expositione omnibus modis. Super antiquitate vero mundi, non fuit inuenta demonstratio: & idcirco non est necesse ut versus in quibus de hoc fit mentio trahatur ad illam opinionem: nec arbitrari in illis preponderationem opinionis: cuius contrariam possibile est preponderare illi per modos preponderationis. & haec est una causa. Causa vero Secunda est: quod cum crediderimus quod Creator non est corpus, illa fides non destruit aliquam de principalitatibus legis: nec contradicit verbis alicuius prophetae: nec est in hoc aliquid inconueniens: nisi quod dicunt insipientes quod est contrarium scripturae. Sed non est ita: immo est conueniens scripturae, sicut ostendimus. Credulitas autem antiquitatis mundi secundum sententiam Aristotelis: quae est per viam necessitatis, & quod eius natura non mutat omnino: nec aliquid recedit a consuetudine sua: ista inquam opinio destruit fundamenta legis: & negat omnia signa & miracula: & contradicit eis, & tollit omnia quae promittit lex, vel a quibus prohibuit: nisi forte excogitauerunt opiniones super signis & mirabilibus, sicut fecerunt quidam de sapientibus Maurorum: & tunc pervenitur ad aliquam stultam viam. ¶ Si vero credatur in antiquitate mundi secundum sententiam secundam quam exposuimus. scilicet sententiam Platonis, qui dicit quod caeli sunt generabiles, & corruptibiles: ista opinio non destruit fundamenta legis: neque praecedit ex ea negatio signorum & miraculorum: & convenit ut exponatur versus secundum hoc. Etiam inuenies multa convenientia illis in versibus legis, & in aliis locis quae dependent ex ea: sed accipient probationes ex illis, quibus nulla necessitas compellat nos ad istud, nisi demonstrata esset illa sententia. Sed cum sit probata per viam demonstrationis, non sequimur istam sententiam: neque ponemus cor ad ipsam: sed exponimus versus secundum suum planum. Et dicit quod lex fecit nos scire quaedam quae non possunt comprehendere vires nostrae. Signa vero & miracula testificant super veritate nostrae rationis: quoniam si credimus novitatem mundi, signa & miracula omnia erunt possibilis: & lex erit possibilis. Tollitur etiam omnis questio quae solet in hunc modum proponi: quare locutus est Deus cum homine illo: & non dicitur tollit ambiguitates, et quare dedit eam in illo tempore: et non in alio: nec ante, nec post: et quare praecipit ista et prohibuit

¶ opinio Aristotelis de eternitate mundi destruit fundamenta legis: et negat omnia signa et miracula. Opinio Platonis neutrum destruit. Credere novitatem mundi cum homine isto: et quare dedit legem nostram genti separatam, et non dedit eam aliis gentibus: et quare dedit eam in illo tempore: et non in alio: nec ante, nec post: et quare praecipit ista et prohibuit

illa: & quare separant prophetam unum in talibus signis & mirabilibus quae scripta sunt: & non fuerunt alia praeter illa: & quae fuit intentio Creatoris in praecipis illis: & quare non posuit in potentia naturae nostrae praecipia & prohibitiones, si fuit haec voluntas eius? Responso vero super omnibus huiusmodi questionibus est, quia sic ipse Creator voluit: vel sic ordinavit eius sapientia, secundum quod mundus factus est voluntate in ista forma: neque scimus voluntatem eius in via illa: nec debitum sapientiae ipsius in terminatione formarum suarum & temporis sui. Et eodem modo nescimus voluntatem eius & debitum sapientiae in terminatione omnium istarum questionum. Si vero dixerit aliquis quod necesse fuit mundum istum sic esse ex parte necessitatis: tunc necessario erunt omnes praedictae questiones: nec posset quisquam evadere ab illis nisi cum responsionibus malis, & deformibus ex quibus sequeretur contradictio & destructio omnium planorum legis: in quibus vero non est dubitatio apud omnem intelligentem: quod ratio sic est sicut plana dicunt. Et idcirco fugimus illam opinionem. Sapientes vero finierunt dies suos: & alii adhuc finient super inquisitione questionis illius. Si enim probaretur novitas mundi, etiam secundum sententiam Platonis: repellentur & deicerentur omnes rationes Philosophorum. Si vero probaretur antiquitas mundi secundum sententiam Aristotelis: lex uniuersaliter tolleretur, & procederetur ad opiniones extraneas. Iam ostendi tibi quod omnes rationes dependent ab ista questione. Tu vero intellige istud bene.

## ¶ Quod caeli sunt de luce vestimenti dei: & terra de niue throni eius. Capitulum XXVII.

**V**idi verba rabi Eliezer maioris in capitulis quae dicuntur ipsius & nunquam vidi verba alius cuius credentium legem Moyse adeo mirabilia. Dixit enim quod caeli creati sunt de luce vestimenti eius. accepit Creator & extendit sicut pannum, & protraherentur & expandebantur, sicut dixit David, Amictus lumine sicut vestimentum: & extendens caelum sicut pellem. Dixit etiam unde creata fuerit terra. scilicet de niue quae est sub throno gloriae. Accepit & expandit super faciem aquarum, et facta est terra, sicut scriptura dicit. Nunc dicit, esto terra. hoc est planum verborum eius. Vellem scire quae fuit opinio istius sapientis. Vtrum crederet quod nihil potest esse de nihilo: & quod necesse est materiam esse modis omnibus: de qua facta sunt omnia quae sunt: & idcirco quasiuit de caelis, & de terra, unde creata fuerunt. Et quid utilitatis attulit nobis in hoc: & non est consequens ut dicatur ei lux indumenti eius unde causata est: & nix quae est sub throno gloriae suae, unde creata est: ipsa etiam sedes gloriae: unde creata est. Vtrumne sententia ipsius est dicere quod lumen indumenti eius est res non creata: & quod sedes gloriae eius est res non creata. Ista est cauillatio magna & mala in antiquitate mundi: sed convenit sententiae Platonis. Sed sedem gloriae esse rem creatam, scitum est: quia sapientes dicunt in hoc rationem mirabilem. Dixerunt namque quod creata fuit ante mundum. Verum versus scripturae non dixerunt in hoc rationem creationis villo modo, nisi quod dixit David, Dominus in caelo paravit sedem suam: et verbum istud capit & sustinet expositionem illam. Sed corroboratio illius in hoc: quia scriptura dicit, Et tu dominus in eternum permanes: sedes tua in seculum seculi. ¶ Si rabi Eliezer credit quod est sedes eterna, erit tunc agnominatio Creatoris non corruptibilis creati. Maior est autem admiratio in eo quod dicit, Lumen indumenti eius. Et generaliter verbum istud facit laborare sensum credentis legem: & confundit etiam credulitatem sapientis. Mihi autem non apparet adhuc opinio sufficiens: sed feci mentionem ipsius ne erres in eo. In hoc tamen fuit nobis utilitas magna: quia fecit scire quod materia caelorum non est materia terrae: & quod sunt duae materiae inter quas est magna differentia: & quod una est attributa Creatori propter suam sublimitatem & pulchritudinem: et quia est de lumine vestimenti eius: altera vero longe est a gloria ipsius: & est materia inferior: & dixit quod est de niue quae est sub throno gloriae eius. hoc autem est quod docuit me exponere illud quod dicit in lege, Sub pedibus eius quasi opus splendoris hyacinthi. Quia seniores apprehenderunt in visione prophetiae veritatem materiae primae. Angelos namque exposuit id quod dicitur, Sub pedibus eius: ut referatur ad sedem, sicut ostendi tibi. Iste vero fecit scire quod alba quae est sub sede, est materia terre. Et rabi Eliezer sepe dixit istud & fecit sciri quod duae materiae sunt, superior, & inferior: & quod non est materia omnium una. Istud est secretum magistri: nec reputes modicum quod fecerunt sciri de hoc maiores sapientum Israel: quia est secretum de secretis uniuersitatis entium & arcanum arcanorum legis. In quodam libro dixerunt. Rabi Eliezer dixit. Quaecumque sunt in caelis, sunt creaturae caelorum: et quicquid est in terra, est creatura terre. Appone igitur cor tuum: et vide quomodo revelavit tibi sapiens iste quod materia eorum

Nora mirabile dictum cuiuscumque sapientis in lege Moyse.

Duae materiae sunt. scilicet superior et inferior.

que sunt in terra. s. omnium eorum que sunt sub sphaera Lunae, est vna cois eis. Et dixit q mate- ria coelorum & oim que sunt in eis, est alia materia que no est sicut illa, et ostedit in capitulis suis sublimitate illius materiae, & appropinquatione ipsius ad illum: & defectu istius modi & inferioritatem loci eius, intellige ergo istud.

¶ Quid mundum debere corrumpi non habet ex lege. Capitulum. XXVIII.

**M**am ostendi tibi q fides de nouitate mundi est principalitas totius legis sine dubio, sed credere corrumpti mundu postq fuit nouus, non est principalitas legis vlllo modo: neq tollitur aliquid de fide nostra si crediderimus q mundus manebit stabilis in eternum. Si vero dixeris: nonne probatu est q oim creatu & generatum est corruptibile: et si mundus est generatus erit corruptibilis: scito q istud non sequitur scdm nos. No enim dicimus q mundus fuerit factus sicut naturalia que sunt debita esse scdm ordinem naturalem. Generabile namq qdctiq qd precedit scdm ordinem naturalem, sequit ipm corruptio necessario scdm legem nature: quia sicut eius natura fecit vt esset postq non erat: sic & exigit necessario vt no sit semp sic. Firmatu est autem iam q ipsa generatio mundi non est debita esse semper scdm suam naturam: sed scdm voluntate Creatoris non ex parte necessitatis. Et scdm hanc credulitatem non obligamur ad dicendu q cu Creator fecerit esse qd prius no erat, sequatur ipsum corrumpti omnibus modis, sed hoc pendet ex voluntate ipsius. Si enim voluerit, corrumptet illud: & faciet ipsum si voluerit in eternu permanere: vel scdm q exegerit sapietia ipsi: & firmabit ipm in sua stabilitate: sicut scis q sedes glorie de qua dixerunt sapientes q est creata: no dixerunt de ea q deficiet vnq: nec inuenitur in dictis prophetarum vel sapientum q sedes glorie corrumperetur: sed permanet in eternu. Similiter etia anime iustoru scdm fide nostram create sunt & non peribunt. Sur etia quida de creditibus verba sapientu: & credut q corpora ipsoru delictis affluent & reuifescant in secula, sicut credunt illi quoru fides nota est in ratione paradisi. Et vniuersaliter ostendit speculatio de necessitate q no est necessariu mundu corrumpti: nec e necessariu ipsum permanere in eternu: nisi ppter verba sapientu & pphetaru qui dixerut q mundus iste peribit omnino. Plures enim de gente nostra credunt qd dictu est nobis in scripturas: q totus iste mundus peribit: sed adhu ostendam tibi q non est ita. Multi namq versus ostendunt q semper durabit. Ratio vero omnium planoru scripturae ex quibus videtur ostedi q mundus corrumperetur, manifesta est: quia similitudo est sicut explanabo. Q, si aliquis de credentibus plana scripturae voluerit istud, & dixerit q necesse est modis omnibus vt credatur q mundus peribit: nos phibemus istud, sed oportet scire q ei destructio seu corruptio no est necessaria: quia omne nouu est corruptibile: sed credat istud scdm q sibi videtur q verificet illum qui dixit similitudine illam qua ipse intellexit scdm suum planum. Iste vero non destruit aliquid eorum que sunt in lege aliquo modo.

¶ Quidam putauerunt Salomonem credidisse aeternitatem mundi. Capitulum. XXIX.

**M**ulti hominum qui tenent legem nostram putant q Salomon credidit antiquitate mundi. Hoc autem est mirabile quomodo putant de aliquo tenente legem Moyfi magistri nostri q credit antiquitatem mundi. Et si ascendisset hoc in cor illius hominis qui non crederet opiniones legis non esset mirabile: sed noluit deus qm oes prophete & sapientes receperunt verba ipsius: & no contradixerunt eis: neq post mortem eius dixerunt in hoc aliquid turpe de ipso: sicut inuenimus in quibusda mulieribus extraneis: & in quibusda aliis rebus. Quod autem induxit homines ad putandu istud qd induxerunt sapientes: quia voluerunt abscondere libru Cohelet. s. Ecclesiasten: quia verba illius attinent verbis minim: & ita

De libro q est sine dubio. s. quia in plano illius libri sunt verba que videntur attinere opinionibus extraneis remotis a credulitate legis: & indigent opinione ordinante illa. No est autem scriptura que demonstrat q ipse credit antiquitate mundi: nec inuenietur vlllo modo versus simplex ad antiquitatem mundi: sed est versus inter verba ipsius qui ostedit q mundus non peribit: sed durabit in eternum: & hoc est verum. Cum autem viderunt q erant versus qui demonstrabant super firmitate mundi, putauerunt q ipse credebatur q mundus non erat nouus: sed no

terra vero est ita. Versus autem qui loquitur de duratione mundi est iste. Terra vero in secula stat. doctus in eternu stat nec omnis qui non intellexit secretum istud necesse habuit dicere q expositio illius particula, scilicet in eternum, est in tempore definito illi. Sed vellem scire quid dicunt in eo quod

dixit Dauid, Fundauit super terram stabilitatem suam: non inclinabitur in secula. secunda Fundauit lororum. Si vero dixeris q id quod dixit in seculum seculi, non demonstrat super duratione ipse terra super eius aterna sed super tempore definito eius: dicis in hoc q Creator habet tempus definitum. quia scriptura dicit, Dominus regnauit in secula seculorum. Tu vero scis q hoc stabilitate suam. nomen secula non significat firmitatem sempiternam: nisi cum adiungitur huic nomini seculorum. Salomon autem minus dixit in eo quod supra diximus, q qd dixit Dauid: ibi. Non inclinabitur in seculum seculi. Dauid autem ostendit & fecit sciri q coeli & omnia que in eis sunt durabunt in sempiternum: & non mutabuntur: in eo q dixit, Laudate Dominum de coelis: vsq ibi, Quia ipse mandauit & creata sunt, statuit in secula seculorum. Preceptum posuit quod no preteribit. hoc est dicere, quia precepta que dedit non mutabuntur. Verbum enim precepti, significat precepta coelorum & terrae: illa scilicet que precedunt ante hoc. Fecit autem nos scire q creata sunt in eo q dixit, Ipse mandauit & creata sunt. Dixit etiam Hieremias. Creans Solem in lucem diei: precepta Lunae & stellarum in vice noctis. Dicit dominus, si leges iste fuerunt ablate de coram me: & semel Israel tolletur ne sit gens. In hoc autem fecit sciri q precepta illa non tolluntur: licet fuerint causata. Cum autem disputaueris de istis, inuenies etiam in aliis preterq in verbis Salomonis. Dixit etia Salomon q omnia que fecit Deus: scilicet mundus & oia que in eo sunt, sunt stabilia scdm naturam suam: quia omnia sunt creata, et propter hoc dixit, Omnia que fecit Deus erunt in aeternum: no si addatur vel diminuat aliquid ex eis. In hoc autem ostendit q mundus est opus Dei: & q assignauit rationem durationis ipsius in aeternum, in eo q dicit, non si addatur vel minuat aliquid ex eo. Hoc autem est ratio durationis ipsius: sicut si diceret, Omne qd mutatur no mutatur nisi propter defectum qui est in eo & indiget perfectione: vel quia est superabundantia in ipso qua non indiget: & oportet vt experiatur. Sed cum opera Creatoris sint in fine perfectionis: nec potest additio vel diminutio fieri in illis: durabunt sicut sunt de necessitate: quia non est aliquid qd inducat mutationem mundi: Et quasi vellet definire super illis que mutatur: dixit in fine versus. Dominus fecit vt timeant coram eo. s. renouationem signoru & mirabilem. Et qd dixit postea: Qd factum est ipsum permanet, que fuerut sunt: iam fuerunt & Deus instaurat qd abiit: hoc est dicere: q Creator vult q sempiternum sit vniuersum esse: & q succedat vna pars alteri. Qd autem dictu est quia in perfectione operu Creatoris non est addere vel diminuere, hoc fecit scire Deo sapientum in eo qd dixit. Creatoris perfectu est opus: hoc est dicere, q omnes creature Dei sunt in fine perfectionis: & nullus defectus est in eis alio quo modo, nec additio: nisi qd est eis necessarium. Similiter etiam quicquid renouatur in creaturis ex eis iustitia pura est, & trahitur post debitum sapientie sicut explanabitur in quibusdam capitulis huius libri.

¶ De obscuritate que est in dictis prophetarum: & quilibet propheta habet proprium modum loquendi. Capitulum. XXX.

**S**cito qui no intelligit lingua alterius & sermonem eius, scit sine dubio q loquitur sed no intelligit mete ei: & qd etia fortius est: quia pot contingere q audiet aliqua verba ex ore loquentis: & significabit aliquid scdm mete ei: & eade verba significat contrariu in lingua auditoris: & ide putabit q verbu istud est in intentione loquentis sicut in mete ipsius auditoris. verbi gra: Si Maurus aliq audiret Hebreu dicentem abe, putaret q diceret de aliquo: quia nollet hoc vel illud. quoniam abe in Arabica lingua, significat nolentem: in Hebraica vero lingua significat contrarium. s. volentem. Eodem modo contingit gēti nostrę in verbis pphetaru: quedam em verboru ipsoru no intellexerut vlllo mo: sicut ppheta dixit. Et erunt vobis verba prophetaru sicut verba libri signati. In quibusda vero locis in verbis prophetaru intelligunt contrariu eoru que dicuntur: sicut dictum est, Peruertitis verba Dei viui. Scito etia q quilibet ppheta habet propriu modu loquedi sicut si esset idioma ipsius apud intelligētem eum. Post hanc autem propositionem qua promissimus scito q Esaias in pluribus suis verbis in Esaias, processit scdm ordinem istum: et in verbis etiam aliorum idem contigit sed in paucis locis. Cum enim narrat eradicationem regni alicuius: vel magnam perditionem gentis alicuius:

inducit verba sua scdm hunc modum loquendi q stellæ ceciderunt & cœli deserti sunt: et Sol obscuratus est, & terra deserta est, et tempestate percussa: & similia istis. Hæc etiam similitudo inuenitur in lingua Arabica. Cum enim accidit tribulatio magna, dicitur q ceciderunt cœli super terram eius. Sicut etiam propheta, cum loquerentur de renouatione regni & bonitate mundi attribuunt additionem luci Solis vel Lunæ, & renouationi cœlorum & terræ: & similibus istorum. Similiter cum narrant mortem alicuius hominis, vel gentis, vel ciuitatis, exprimunt modos iræ & indignationis magnæ Creatoris aduersus eos. Cum vero narrant renouationem regni & gentis, attribuunt Creatori modos lætitiæ. In modis autem iræ dicunt insiliit super eos: & descendit, & ingemuit, & intonuit: & dedit vocem suã et multa similia istis, & dicunt mandauit, & dixit, & operatus est: & fecit, & similia istis, sicut narra- bo. Sic cum propheta fecit mentionem perditionis hominum de loco suo, dixit q maneries hominum mutaretur de loco suo: & tota species, sicut dixit Esaias. Remouebit Deus hominem, vult dicere, perditionem Israel. Et dixit Sophonias, Præcidam hominem de super faciem terræ: et extendam potentiam meam super Iudam, & attende isti. Postq̄ vero exposui tibi modum istum loquendi generaliter, ostendam tibi modo probationem super hoc. Dixit Esaias quando prædixit in spiritu prophetiæ deletionem regni Babylonis & perditionem Sennacherib & Nabuchodonosor qui surrexit post eum, cuius regnũ cõtractum est, incepit narrare contentiones quæ venturæ erant in fine mundi regni eorum: & contractionem quæ ventura erat super ipsos: et quæ supuetura erant ipsis de cõtentõibus quæ contingunt cuiusq̄ fugienti inimicos suos vel gladium. Dixit ergo sic. Stellæ cœli non dabunt lumen suum. Obscuratus est Sol in ortu suo: & Luna non dabit lumen suum. Dixit etiam in eadẽ ratione. Cõmouebo cœlos: & terra cõmouebitur tempestate de loco suo. Ego vero non puto q ascendat in cor etiam hominis qui est in fine ignorantia & cecitatis pfecte: & sequentis plana eorum quæ solent attribui per accommodationem: & sequentis verba parabolarum, q stellæ cœlorũ & lumen Solis & Lunæ immutata fuerunt in destructione regni Babylonis: & q terra declinauerat a centro suo, sicut dixit. Hæc autem omnia sunt narratio dispositionum populi contriti coram inimicis suis, quia sine dubio lux hominis obscuratur in oculis ei: & omnis dulcedo apparet amara palato ipsi: et putat q latitudo terræ coarctat sibi: & q cœli cadunt super ipsum. Similiter cum coepit narrare qd̄ peruenit ad ipsum de humiliatiõẽ & contritione Israel in oib⁹ diebus Sennacherib: cum ipse cepit oēs ciuitates Iudæ munitas: & contriti sunt coram eo: & multitudinem angustiarum quæ contigerunt eis ab ipso: & perditionem terræ Israel sub manu ipsius, incepit & dixit. Pauor & fouea & laqueus super habitatores terræ: & erit qui fugerit a voce pauoris, cadet in foueam: & qui ascenderit de fouea, capietur in laq̄o. Quoniã cataractæ cœli apertæ sunt: et elementa terræ conturbata sunt: contrita contritio ne est terra: agitatione agitata est terra: commotione commota est terra, sicut ebrius. In fine vero verborum istorum cum coepit narrare quæ inducturus erat Dominus super Sennacherib: et perditionem fortitudinis regni eius super Hierusalem: & ignominiam & verecundiã quam inducturus erat super eum: dixit per viam similitudinis: Occultabitur Luna, & Sol erubescet. Sed Ionathas transtulit in hoc versu expositionem bonam, & dixit. Cum contigerit Sennacherib qd̄ continget ei super Hierusalẽ: tunc scient illi qui seruiunt stellis, q istud est opus Domini, & idcirco erubescet. In cuius expositione dixit, Erubescet qui seruiunt Lunæ: & conterentur qui seruiunt Soli: quoniam manifestabitur potentia Creatoris. Cum autẽ incepit narrare quietem Israel: et salutem post perditionem Sennacherib: et q terra eorum habitaretur & abundaret delitiis: et reparationem regni eorum per manum Ezechia: dixit per viam similitudinis, q lumen Solis & Lunæ augmentaretur: contrarium eius quod dixerat super victo: scilicet q lumen Solis et Lunæ obscuraretur in oculis eius. Et sicut obscuratio crescit victo: similiter lux eorum augmentatur in oculis et victoris & potentis. Sic etiam inuenies semper q cum accidit homini subito tribulatio magna, obtenebrantur oculi eius: & videre non potest: quia turbatur virtus visibilis a fumo suspensorum qui ascendit ad caput: et propter debilitatem visus præ fortitudine angustia: et propter retractionem partium animæ ad interiora. Cuius rei contrarium accidit in tempore lætitiæ. Quoniam partes animæ diffunduntur ad exteriora: et spiritus visibilis est clarus et lim-

**Q** in tribulatione subita obtenebrant oculi, & q̄ re. in lætitia vero e contrario.

pidus: et putat homo q lux augmentata est plus q̄ erat: sicut dictum est. Erit populus in Sion: et in Hierusalem plorans non plorabit. Et est finis huius rationis: Erit Lux lunæ sicut lux Solis: & lux Solis erit septemplex sicut lux septem dierum quando sanauerit Dominus contritionem populi sui: & curabit vulnus parti percussionis eius, qd̄ est dicere: quia leuabit ruina eorum de manu Sennacherib. Qd̄ autem dixit, sicut lux septem dierum: dixerunt expositores q̄ eius expositio est multitudo: quia in lingua hebraica solet poni septenarius pro multitudine. Videt aut̄ mihi q istud signat septẽ dies dedicatiõis domus Dñi, in diebus Salomonis: quoniam Israel nunq̄ habuerunt dies honoris & lætitiæ similes illis, & dixit q gloria & lætitia eorum erit sicut fuit in illis septem diebus. Cum vero fecit mentionem casus Edõ, qui affligebat Israel, dixit. Interfecti eius proicientur, & ascendet fetor de cadaueribus: & liquefcent montes a sanguine ipsorum: & delebitur omnis militaria cœlorum: & cœli complicabuntur sicut charta: et omnis virtus eorum cadet sicut folia vitis, & ficus. Et dixit: quia gladius meus saturabitur in cœlis: & dixit, flumina eius mutabuntur in picem: & puluis eius in sulphur. Nunc ergo attendite viri discreti si est aliquid in versibus istis qd̄ faciat aliquid ex rare: vel faciat in cor alicuius ascendere q̄ narrantur hic ea quæ contingunt: scilicet q commoueret cœlos. Nonne videtis q istud totum est similitudo in perditione regni ipsorum: & q ymbra Creatoris recederet ab eis: & q descenderet stella eorum & humiliatio altitudinis honorabilium ipsorum in paruo tempore? Sicut si diceret, q illi homines qui erant sicut stellæ in fortitudine sua: & in sublimitate gradus sui: qui longe erant a mutatione et damno cadent in vna hora: sicut cadunt folia vitis. Hoc autem totum manifestum est: nec oportet vt multum immoremur in hoc: sed necessitas compulit ad hoc, quia vniuersus populus et etiam illi qui se reputant intelligentes ex his versibus, inducunt probationem super corruptione mundi: sed non attendunt ad ea quæ præcedunt & ad ea quæ sequuntur: nec attendunt ex qua causa dicta sunt: sed putant q̄ sint in verbis prophetiæ rationes quæ ostendunt finem cœlorum: sicut inuenimus verba quæ testificantur super eorum duratione. Et cum incepit Esaias annũciare populo Israel mortem Sennacherib: & omnium populorum et regum qui cum eo erant: sicut scitum est q liberaret eos in saluatione Creatoris, dixit per viam similitudinis, Aspiciate & videte quomodo perierunt cœli, & terra deserta est: & mortui sunt oēs habitatores eius: & vos salui estis. Qd̄ est dicere, q illi populi qui repleuerunt terrã, & putabant q stabilitas eorum esset sicut firmitas cœlorum: perierunt in vna hora: & euauerunt sicut fumus: & signa eorum firma sicut firmitas terræ perierunt sicut pannus qui veterascit. In principio vero rationis huius dixit, quoniam confortabit Dominus Sion: & omnia deserta eius. Et dixit, Audite me populi mei, propinqua est iustitia mea: & egressa est saluatio mea. Et dixit, Leuate ad cœlos oculos vestros: et aspiciate terram deorsum: quoniam cœli sicut fumus delebuntur: et terra sicut pannus veterascet: et habitatores eius similiter morientur, et saluatio mea erit in secula: et iustitia mea non confringetur. Et dixit in reductione regni Israel: q esset stabile et q Creator renouaret cœlos atq; terrã. Consuevit enim ipse assimilare regnum regis sicut si esset mūdus vnus per se: scilicet cœlum & terram: & cum incepit confortare, dixit, Ego confortator vester. Et in alio loco coniuncto ei dixit, Posui verba mea in ore tuo: et in ymbra potentia: meæ protexi te, vt plantarem cœlos, et fundarem terram, & dicerem Sion populus meus es tu, et dixit: In stabilitate regni Israel: & in transitu regni gentium fortium, montes auferentur et colles fugient: et saluatio mea non auferetur a te. Dixit in stabilitate regni Israel, Non occidet vitra Sol tuus, et Luna tua non minuetur. Post hæc autem induxit Esaias verba sua quæ sunt vsitata apud intelligentem modum loquendi: et narrauit captiuitatum genera: & postea narrauit reparationem regni: et q deleberentur omnes angustia: & dixit per viam similitudinis: Quia ecce ego creans nouos cœlos & terram nouam, hoc est alios cœlos & aliam terram, et non erunt in memoria priora: et delebuntur signa eorum. Deinde incepit exponere illud scdm ordinem verborum suorum non separando verbum vnum ab alio, & dixit, Hoc quia dico q ego creans ideo dabo vobis lætitiã sempiternam & gaudium loco anxietatum, priores angustia: non erunt in memoria. Nunc igitur audi ordinem istarum rationum, & colligationem versuum: quoniam in principio rationis apparuit, & dixit, Beneficiorum Domini recordabor: et laudes eius narabo. Postea vero recordans beneficiorum, dixit: Adducet et eleuabit eos omnibus diebus

**Nota q̄ in hebraico solet poni septenarius p̄ multitudinem**

mundi & ea quae sequuntur ista. Postea vero narrauit peccata nostra, dicens: Ipsi rebellauerunt & contristauerunt spiritum sanctum eius, usque ad finem huius rationis. Deinde narrauit potestatem inimicorum super nos & dixit, Inimici nostri conculcauerunt sanctuarii nram. Postea orauit pro nobis & dixit, Ne irascaris Domine nimis: nec in perpetuum peccati reminiscaris, & consequentia ista. Deinde vero dixit quod debitores eramus omnium tribulationum quae uenerunt super nos: quia uocauit nos ad ueritatem: & non respondimus: & dixit, Apparui eis qui non quaerebant me: & inuentus sum ab eis qui non quaesierunt me. Postea dedit fiduciam in misericordia & pietate: & dixit: ita dicit Dominus: sicut mustum inuenitur in racemo, usque ad finem rationis. Demum uero deterruit inimicos qui nobis nocuerunt: & dixit, Ecce serui mei comedent: et uos esurietis. Postea uero induxit in fine istorum quod fides istius generis probabitur: et erit benedictio in terra: & omnes angustiae priores non recordabuntur, & dixit seruis suis, Vocabitur nomen aliud, et qui benedicetur in terra: benedicetur in Deo, amen. Et qui iurabit in terra: iurabit in Deo, amen, quoniam non sunt in memoria priores angustiae: quoniam absconditae sunt ab oculis meis, quia ecce ego creans nouos coelos & nouam terram: & non erunt in memoria priora: nec ascendent super cor. Latamini ergo & gaudeate semper quia ego faciens: quia ecce ego creans Hierusalem letitiam, & populo suo gaudium: & letabor cum Hierusalem: & gaudebo cum populo meo. Iam ergo manifestabitur tibi ratio tota, quia cum dixit, Ecce ego creans coelos nouos: & terram nouam: conuersus exposuit hoc, & dixit, Ecce ego creans Hierusalem letitiam: & populo suo gaudium. Et postquam pramissit istud, dixit, quod genus fidei & genera letitiarum quas promisi ut crearem, sunt firma & stabilia: sicut illa, quia fides est in Deo, benedictio et letitia est in fide, & sunt duo genera quae nunquam auferuntur neque mutantur ab eo: & sunt quae meminit: et dixit, quia secundum modum fidei & letitiae quam promisit quod replebitur ipsis terra semper: & sunt stabilia: sic permanebit semen nostrum & nomen. Et hoc est quod postea dixit, Quia sicut coeli sunt noui & terra noua quam feci stabilia coram me dicit Dominus: sic permanebit semen uestrum & nomen uestrum. Porro enim contingere quod remaneat semen & non nomen: sicut inuenimus sine dubio in multis gentibus, scilicet Peris, & Graecis, sed non cognoscuntur nomine noto: quoniam commixtae sunt cum aliis gentibus. Istud etiam in oculis meis est signatio super firmitate legis: quia per ipsam habemus nomen cognitum in mundo. Et quoniam multa talia per accommodationem dicta inueniuntur in Esaia: idcirco posui omnia supradicta. Inuenimus etiam similia istis in uerbis aliorum. Hieremias enim dicit in desertione Hierusalem, Vidi terram: & ecce uacua & deserta. Ezechiel dixit in perditione regni Aegyptiorum & Pharaonis per manus Nabuchodonosor, Et cooperiam coelos: & denigrabo stellas eorum: Solem operiam nubilo: et Luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria coelorum denigrabo super te, et obscuritatem dabo super terram tuam. Iohel autem dixit de multitudine locustae quae uenit in diebus ipsius coram ipso, Contremuit terra, & conturbati sunt coeli. Sol & Luna denigrati sunt: & stellae collegerunt lumen suum. Amos dixit in desertione Samariae, Faciam Solem occidere in meridie: & obtenebrabo terram in die lucis. Micheas dixit in perditione Samariae, Ecce Deus egredietur de loco suo: et descendet et conculcabit super altitudinem terrae: et debentur montes coram eo. Aggeus dixit in ruina regni Persarum, & Medorum. Ego conturbans coelum, & terram, & mare: & conturbabo gentes omnes. Et in pugna Ioab contra Aram: cum incepit Dauid narrare paupertatem populi Israel: et humiliationem eius in initio suo: & quod fuerunt contriti & oppressi: et orauit pro saluatione populorum: dixit, Commouisti terram et conturbasti eam: sicut contritiones eius quia mota est. Dixit etiam in eadem ratione quod nos non timeamus cum gentes perirent: quia nos innitebamur super saluatione Creatoris: non in uiribus nostris: sicut dixit, Israel saluatur in Domino: et propter hoc non timebimus dum conturbabitur terra: & transferentur montes in cor maris. Dixit etiam cum loqueretur de Aegyptiis, Viderunt te aquae, & timuerunt, et turbatae sunt abyssi. Vox tonitruum tui in caelis: commota est & contremuit terra. Dixit Abacuc, Nunquid iratus est Deus in similibus? Et dixit Dauid, Descendit fumus in naribus eius. Delbora dixit in Cantico suo: Conturbata est terra, & multa similia istis inueniuntur. Quae autem non diximus exponi possunt secundum ea quae praemisimus. Verba uero Iohelis sunt ista, Dabo prodigia in caelo sursum: et in terra deorsum sanguinem: antequam ueniat dies Domini

Hucusque fuerunt uerba Esaiae. Deinceps uerba aliorum prophetarum.

magnus & terribilis. Et erit omnis quicumque inuocauerit nomen Domini saluus: quia in morte Sion & Hierusalem erit saluatio. Expositio autem uera secundum me est, quod ipse narrat mortem super Hierusalem. Quod si tibi non placuerit istud, erit eius expositio de morte Gog, & Magog super Hierusalem: quibus non fiat mentio de eo in principio sermonis: sed de multitudine caedis, & combustionis ignis, & denigrationis Solis, & Lunae. Quod si quaesieris quare uocatur dies Domini magnus & terribilis, dies mortis Sennacherib: debes scire quod omnes dies salutis magnae, uel tribulationis magnae, uocantur dies Domini magnus & terribilis. Iosue namque dixit de die quando locusta uenit super eos. Magnus dies Domini & terribilis ualde, quis sustinebit? Ostensum est autem quod nos uolebamus ostendere: scilicet quod erit corruptio mundi et eius mutatio ab eo quod est: uel mutatio alicuius: nec quod remaneat in ipsa mutatione. Ista quidem non inueniuntur in dictis prophetarum, nec in dictis sapientum. Quod enim dictum est quod sex millibus annorum erit mundus & uino desertus, non significat hoc priuationem uniuersi esse omnino. In hoc enim quod dicitur in uino desertus ostenditur quod tempus remanebit. Praeterea uerba ista unius solius sunt, et super ratione specialia. Quod autem inuenies apud omnes sapientes semper: & hoc est principalitas quam inducunt omnes sapientes de Misna: & de Talmud, est illud quod dixerunt: quia nihil nouum sub Sole: & quod nulla renouatio est alicuius rei uillo modo: uel ex aliqua causa secundum sententiam istius: & etiam illius qui credit quod coeli noui erunt & terra noua: quomodo ascendit in cor eius, ipsemet dixit. Coeli & terra qui debent creari iam sunt creati & stantes. Quomodo ergo dixit propheta, Stantes coram me, & non stabunt, sed stantes? Et induxit probationem in eo quod dixit, quod nihil nouum. Non putes quod uerbum istud destruit illud quod ego exposui: sed oportet quod sint rationes quas promisi: ipsa est natura quae eis necessaria: scilicet sex primorum dierum, & ipsa natura est creata: & hoc est uerum. Quod autem dixit quod nulla res mutabitur a natura sua: & quod remaneat in ipsa mutatione: dixi hoc habito respectu ad signa quae facta fuerunt miraculose: quia licet baculus conuersus est in colubrum: et aqua in sanguinem: & manus sancta dealbata est absque causa necessaria ad illa: omnia ista et similia istis non durauerunt, neque mutata est natura in aliam naturam: nisi sicut dixerunt sapientes. Mundus procedit secundum consuetudinem suam: Haec est fides nostra & opinio: & hoc est necessarium ut credat: licet sapientes dixerunt de signis miraculose factis uerbum quoddam mirabile: quod inuenies in duobus locis. Ipsi quidem credunt quod signa sunt in natura secundum alium modum quem dixerunt. Quoniam Creator quando creauit esse uniuersum & terminauit ipsum in terris istis, dedit potestatem naturis ad renouandum in illis omnia signa quae fecit in hora renouationis suae. Signum ergo prophetae est quod Creator fecit ipsum scire horam in qua peteret quod uellet petere, & fieret illud sicut posuit in ei natura in principio instituti. Licet autem ratio ista sicut tu uides sit ostensua utilitatis eius qui dixit: & quod sit secundum ipsum difficile ualde, quod natura quaecumque mutetur post opera sex dierum: uel quod natura uoluntatis mutetur postquam ita fuerunt firmata, sicut si diceret exempli causa quod Creator fecit naturam aquae currere & descendere semper ad inferius: nisi in hora in qua submersi sunt Aegyptii in mari: & illa sola aqua est diuisa. Et iam docui te super ueritate huius dicti: & ille qui dixit hoc, idcirco dixit ut fugeret ne crederet renouationem cuiuscumque naturae post creationem mundi. Et idcirco dixerunt: quia dixit Iona thas Creator pepigit foedus cum mari ut diuideret se filiis Israel. Et hoc est quod scriptura dixit, Retuersum est mare in hora matutina ad pactum futurum. Dixit etiam alius sapiens, Creator non tantummodo pactum inuit: sed etiam cum omnibus quae creata fuerunt in primis sex diebus, & hoc est quod propheta dixit, Ego & manus meae extenderunt coelos: & precepi militiae eorum: id est potentia mea extendit coelos: & mandauit omni exercitui eorum. Precepi mari ut diuideret se, igni ut non combureret Ananiam, Misaellem, & Azariam. Et leonibus mandauit ne deuorarent Daniele: & pisces ut expueret Ionam in siccum. Eadem est opinio in omnibus aliis signis factis miraculose. Clam ostensum est tibi quod nos conuenimus cum Aristotele in medietate opinionis eius. Credimus enim quod hoc uniuersum esse, durabit in sempiternum in natura quam dedit ei Creator: & non mutabit aliquid ex ea uillo modo: nisi in aliqua pericula ipsius ratione miraculi: licet Creator possit omnia mutare uel facere uniuersum esse priuationem: uel quaecumque naturam facere puram priuationem: sed in principio nihil erat nisi Creator & eius sapientia quae fecit creata esse: cum fecit ipsa: licet mundus iste non deficiat: quoniam fecit esse: nec mutabit in ipso uilla natura, nisi cum ipse uoluerit in aliqua partem

De signis miraculose factis & quod in ipsis non traeserit res a sua natura.

Propositio prima.

et in his quae scimus: & in his quae ignoramus. Haec est fides nostra & principalitas legis nostrae. Aristoteles vero credit quod mundus est sicut semper fuit: & sic semper erit: & non est creatus. Iam vero diximus & ostendimus quod id non oportet dicere nisi ex ratione necessitatis unius rei ex alia: & in necessitate est abnegatio in veritate Creatoris: sicut ostendimus. Postquam autem inquisitio peruenit ad hoc, inducimus capitulum et dicemus in eo quaedam quae testificantur super versibus dictis in opere de Beresit. Quoniam prima intentio in hoc libro fuit exponere quod possemus de opere de Beresit: & de opere de Mercava, cum promissimus duas propositiones universales: quarum una est illa. **Propositio prima.** Scito quod non omnia quae dicuntur in lege in opere de Beresit, intelliguntur secundum suum planum, sicut populus putat: quoniam si ita esset, doctores sapientiae non prohiberent ea populo, neque sapientes cauerent ut absconderent ea & non prohiberent ne de eis loqueretur aliquis populo: quoniam illa plana vel inducunt in aliquam pessimam cogitationem, & in credulitatem malam in veritate creatoris: vel in omnimodam ablationem & negationem principalitatum legis. & quod est necessarium monere ne intendatur in eis secundum planum imaginationis ut sapere non confundatur: sicut faciunt expositores insipientes qui putant quod in scientia expositionis verborum sapientiae: & quod in multitudine verborum est additamentum intellectus apud nos, sed necesse est ut probatio rationum sit cum intellectu vero postquam fuerit perfectus in scientiis probabilibus: & sciuerit arcana prophetiae. Et necessarium est cuilibet scienti aliquid de his quae non reuelet populo: sicut exposuimus. Sapientes vero dixerunt a principio libri usque hoc, Gloria Domini celare verbum. hoc autem dixerunt in fine illorum quae dicta sunt in die. vi. et iam ostensum est quod diximus. Sed quoniam maneries specialis necessaria est omnibus modis illi qui consecutus est perfectionem aliquam ad largiendum alii extra se: sicut exponemus in capitulis quae inducimus in ratione prophetiae: necessarium fuit cuilibet sapienti qui adeptus est intellectum alicuius secreti de secretis istis: vel propria consideratione: vel ex doctrina alterius: ut diceret aliquid de his quae intellexit: de cetero vero prohibita est. Et idcirco necessarium est summam tangere aliqua: summam vero huius & similitudines multae inveniuntur in dictis sapientum quae sunt inter eos singulae res: sed illa sunt intermixta cum aliis verbis & aliis rationibus: & idcirco inuenies quod ego in huiusmodi absconditis dico semper verbum quoddam quod est quasi centrum totius rationis. **Propositio secunda.** Alia vero relinquo illis qui sunt idonei ad illa. **Propositio secunda est,** quod prophetae sicut praediximus utuntur verbis aequiuocis in omnibus in quibus non est intentio quae prima facie apparet: sed ponunt verbum illud: quia decisum est ab alio verbo habente similitudinem cum eo. sicut dixit Hieremias Baculum amygdalium, ad inducendum probationem ex eo super illud quod dixit, quia vigilabo super verbo meo: sicut explanabitur in capitulis prophetiae. Secundum eandem rationem dictum est in Mercava electrum: sicut exposuimus. & similiter post intuli. Et sicut color eris splendentis: & similia istis. sic etiam illud quod dixit Zacharias. Et montes aenei & similia istis. **Post praemissas autem duas propositiones ponam capitulum quod promisi.** Dixit traslator, Necessarium est nobis omnibus modis praemittere propositionem quandam a qua non possumus deuiare: quae est ista. Omnia nomina aequiuoca quae inveniuntur in lingua hebraica tam dicta quam dicenda, indigent expositione lata & profunda: & depurata per viam linguae hebraicae. Nec omnes magistri linguae istius sunt apprehensores veritatis huius rationis praeter singulares & electos quos excitauit intellectus suus ad querendum altum gradum: quoniam per scientiam istarum rationum intelligunt arcana multa communia operi de Beresit, & operi de Mercava: et verbis prophetarum omnium. Ista est clavis scientiae huius libri. visum est autem mihi quod si vellem exponere modicum sensum meum super quolibet verbo communi in loco in quo ponitur, fieret prolixitas magna: & fortassis prolixitas verborum meorum confunderet rationes capituli cum vellem exponere verba illa: & confunderet verba alta quae sunt adinuicem colligata sicut flamma ignis cum pruna per potentiam sapientis composito ris libri. Similiter etiam plures istarum rationum sunt prohibite ne ostendantur populo, & vocantur secreta & arcana legis. Et idcirco etiam non fui ausus ad hoc extendere manum. sufficit nobis dicere quae est via per quam ingrediendum est ad arcana illa. **Qui vero fuerit intelligens quaeret eam: donec ingrediatur per eam.**

De nominibus aequiuocis apud Hebraeos verba traslatoris.

Differentia inter primum et principium. Capitulum, XXXI.

**S**ciro quod differentia est inter primum & principium, quoniam principium est res in eo cuius est principium: vel cum eo, licet non praecessit ipsum in tempore. secundum quod dicitur quod cor est principium vitae animalium. & nunquodque elementum quod est commune quatuor elementis est principium eius cuius est elementum. hoc etiam potest dici primum. Primum vero dicitur de eo quod est antiquius in tempore, licet illud antiquum non sit causa eius quod est posterius ipso. sicut si diceretur, primus qui habitauit in tali domo fuit Noe: & post eum Iudas: nec dicitur quod Noe sit causa Iudae. Quod autem significat principium in lingua hebraica est illud verbum a quo incipit liber Genesios, quod est sumptum a verbo capitis quod est principium corporis cuiuslibet animalis secundum positionem suam. Mundus autem non fuit creatus in principio temporali: sicut exposuimus: quia tempus est de vniuersitate creaturarum. **Expositio autem illius versus secundum veritatem suam sic est.** principium creationis Dei superiorum & inferiorum. & haec est expositio quae conuenit nouitati mundi. Quod autem inuenies scriptum quod tempus erat ante creationem mundi: est labor magnus in fide nostra: quia est opinio Aristotelis qui asserit sicut dixi tibi quod non habet initium: et hoc est inconueniens magnum: & quod induxit sapientes ad dicendum hoc: est quia inueniunt scriptum, Dies primus: & dies secundus, & intellexerunt hoc verbum plane & dixerunt. Ex quo non erat caelum circumdans neque Sol quem cognoscimus: in qua re mensurabimus diem primum, & secundum, & tertium! Dixit Rabi Iuda, in hoc quod scriptura dicit diem primum & secundum videmus quod ordo temporum fuit antiquus. Dixit alius sapiens. Ex hoc videmus quod Creator creabat mundos, & destruebat eos. Haec autem opinio deterior est quam prima. Tu ergo vides quod difficile erat eis intelligere tempus ante Solis essentiam. Adhuc autem loquar de hac dubitatione quae fecit laborare sensum ipsorum duorum: nisi forte fuerit intentio eorum dicere quod si ne dubio temporum ordo antiquus fuit. Quod si ita esset, iam crederent antiquitatem mundi: & praeteriret Deus omnem tenentem legem ab hac credulitate. Vniuersaliter autem dico ne apponas cor tuum in hoc loco ad verba cuiuslibet loquentis. Iam enim feci te scire principalitates legis: quia Creator fecit mundum esse, & non de aliquo & sine principio temporali: sed in tempore creato quod est coniunctum cum motu caeli, caelum vero creatum est. Quod autem debes scire est quod illud quod dictum est, Coelos & terram, sapientes dixerunt multis locis quod eius expositio est cum caelis & cum terra. hoc est quod Creator creauit cum caelis quicquid est in caelis: et cum terra quicquid est in terra. Tu vero scis quod dixerunt quod caeli & terra simul sunt creati: eo quod propheta dixit, Ego vocans eos stantes simul. Omnia vero simul creata sunt: & omnia primo apparuerunt. Et assimilauerunt hanc rationem agricolae seminanti diuersa genera seminum simul in terra. Pars autem oritur post unum diem: alia vero pars post duos dies: alia post tres dies. sed omnia semina proiecta fuerunt in una hora. Secundum igitur hanc opinionem sine dubio poterit solui dubitatio illa quae induxit sapientem supradictum ad dicendum illud quod dixit: cui difficile fuit intelligere, quomodo fuerit dies primus, & secundus, & tertius. Manifeste vero dixerunt sapientes de ratione lucis de qua facta est mentio in lege quia fuit creata in prima die: quod ipsa sunt luminaria quae fuerunt creata in prima die. sed non ostendit ea Deus usque ad quartum diem. **Est autem necessarium tibi scire quod terra multipliciter dicitur.** Dicitur enim communiter & singulariter. Communiter autem pro omnibus quae sunt sub sphaera Lunae. i. quatuor elementis. singulariter vero pro ultimo elementorum. scilicet terra. Demonstrat autem haec scriptura quae dicit, Terra autem erat inanis & vacua: & tenebrae erant super faciem abyssi: et spiritus Domini flans super faciem aquarum. et haec omnia vocauit terram. Postea vero dixit, Vocauit Deus aridam terram. & istud est secretum magnum. Vbi cumque enim inuenieris quod vocauit Dominus aliquid sic, vel sic, non est hoc nisi ad distinguendum ipsum ab aliis cum quibus erat ei nomen commune. Et idcirco exposui tibi versus istum in principio creationis superiorum & inferiorum. & terra quae postponitur: significauit quatuor inferiora. scilicet elementa. Quae autem dixit, Vocauit Deus aridam terram: haec est vera terra. Debes etiam scire quod quatuor elementa fuerunt nominata post coelos: quia diximus quod nomen terrae significat illa quatuor nomina: scilicet quod est vni quatuor elementorum. non putes alium nisi hunc. Scriptura namque dicit, Verba eius audistis de igne, & subdidit postea. Audiuistis vocem eius de obscuritate. & in Iob, Omnis obscuritas &c. Ignis vero primus vocatus est illo nomine: quia non est lucidus, sed est peruius visui: neque comprehenditur ab eo: quia si ignis ille lucidus esset, videremus totum aera de nocte quasi ignem.

Qualiter accipit principium in principio Genesios.

Lux quae dicitur fuisse creata in prima die, fuerunt luminaria. Terra multipliciter dicitur. Terra ponitur per quatuor elementa.

Quo intel-  
ligitur, Di-  
uisit aquas

Nominata etiam fuerunt elementa scdm ordinem positionis suae naturalis: quoniam primo posuit terram & super eam aquam, super quam est aer, cui supereminet ignis. In eo enim qd aer determinatur sup faciem aque, erunt tenebrae quae sunt super facie abyssi super spiritum sine dubio. Ideo autem dictum est vetus spūs domini: quia fecit ipsum mobilem scilicet flantem. motus autem venti semper attribuitur Creatori: sicut scriptura dicit, Ventus motus est a facie Domini. Et iterum, Flasti cum spiritu tuo. Comouit Dominus ventum ab occidente. & hoc est manifestum. Et quoniam tenebrae quae primo nominatae sunt, significant ignem: sunt aliae q tenebrae secundo dictae. Incepit distinguere Dominus, Et tenebras appellauit noctem. Debes etiam scire q quia dictum est, Diuisit aquas, non est diuisio localis: vt alie sint superius: alie vero inferius: eo q natura earum sit vna. Sed eius expositio est q diuisit eas diuisione naturali: et parte illius quod vocauit aquam, prius fecit quoddam qd vestiuit forma naturali, aliam vero parte vestiuit alia forma naturali: & ipsa est aqua. & idcirco subdidit: congregatio- nes aquarum appellauit maria. Et iam fecit nos scire manifeste q aquae primae, de quibus dictum est Super faciem aquarum: non sunt aquae quae dicuntur maria: sed vna pars fuit separata in vna forma super aera: & altera pars sunt aquae istae. Qd autem dixit, Diuisit aquas quae erant super firmamentum ab iis quae erant sub firmamento, simile est ei quod dictum est, Diuisit Deus lucem & tenebras, & haec est diuisio scdm formam materialem & firmamentum ipsum ex aquis factum, sicut sapientes dixerunt, Congelata est gutta media. Qd vero dictum est, Vocauit Deus firmamentum coelum, sicut exposuimus ad demonstrandam aequiuocationem nominis. Et q nomen coelorum qd prius positum, cum dixit creauit coelos & terram, non significat coelos dictos in hoc loco. & corroborat hanc rationem qd dictum est sub firmamento coeli: ad ostendendum q aliud est firmamentum q coelum. Et propter hanc aequiuocationem huius nominis vocati sunt coeli veri firmamentum: sicut & firmamentum verum vocatum est coeli. & hoc est qd dixit, Posuit ea in firmamento coeli. Ex his etiam patet qd probatum est q omnes stellae & planetae sunt in coelo: quia nullus locus vacuus est: et non positae sup coeli superficie sicut populus credit: quia dictum est in firmamento coeli: & non super. Iam igitur patet q illa materia communis vocata fuit aqua: et postea diuisa est in tres formas. Vna marium. Secunda firmamentum. Tertia super firmamentum: et haec causa. Praeter terram accipit etiam aliam viam in alia ratione in profunditate secreti scdm q dixerunt sapientes. Qd enim super firmamentum est & vocatur aqua, ei soli nomen aquae conuenit: non q sit sicut ista aqua spiritualis. Sapientes siquidem posuerunt in dictis suis. Quatuor intrauerunt in densam. Dixit rabi Aquina discipulis suis, Cum appropinquaueritis ad lapidem marmoris mundi, ne dicatis aqua, aqua, quia scriptum est, Loquens mendacium non stabit coram me. Tu ergo si de intelligentibus es: appone cor tuum & vide quantum significauerit in verbis istis: et quomodo reuelauit secretum. Et cum in hoc intenderis intelliges omnia quae probata sunt ex illis in quibus conuenimus: & videbis q locuti sunt homines in qualibet illarum rationum. Debes etiam scire, & docebo te super hoc, scilicet quare in secunda die non fuit dictum, Vidit Deus q esset bonum. Tu autem scis verba sapientum quae dixerunt: q nondum erat completa operatio aquarum. Et ratio ista est apud me valde manifesta: & hoc est, quia in omnibus entibus nouis inuentis in nomine sempiterno: dixit q bonum: sed firmamentum & illud qd est sup firmamentum qd vocatur aqua res nimis occulta, sicut tu vides: quia cum inquisita fuerit res illa de plano cum consideratione grossa videtur esse omnino: quoniam aliud corpus non est inter nos & coelos qui sunt propinqui nobis nisi elementa: nec aqua est super aera: nedum si ascendat in cor hominis: vt super firmamentum sint aquae: hoc idem esset impossibilius & remotius ab intellectu. Et si intelligerent hoc scdm rationem latentem in eo: & scdm intentionem quae fuit in hoc, esset tunc occultius: quoniam est de secretis occultis quae populus scire non debet. De re igitur quae sic est, quomodo diceret q bonum: non enim est ratio vt dicatur quia bonum in re nisi cuius utilitas hominibus est manifesta: & eius apparatus in vniuersitate mundi huius: & eius sempiternitas. sed quae utilitas est hominibus in re, cuius ratio et essentia latens est nisi dicatur de ea quia bonum. Ad haec praeterea aliam rationem. scilicet quia licet sit quaedam pars magna entium non est finis intentionis ad durandum vniuersitatem vt dicatur de eo quia bonum: sed in necessitate apparitionis terrae dixit necessario quia bonum. Intellige istud praeterea te scire qd sapientes docuerunt: q plantae & arbores quas Creator fecit terram germinare, non fuerunt ortae anteq plueret: & q dixit, Nubes eleuabatur de

terra non est nisi expositio rationis primae quae praecessit illud quod dictum est, Germinet terra &c. Propter hoc trastulit Angelos, Nubes ascendeat de terra. Et ostensum est hoc ex scriptura q dicit, Omne virgultu agri anteq oriret in terra. Ostensum est etiam, & tu speculator scis q principium causarum generationis & corruptionis post virtutes caelestes est lux: & tenebrae, propter calorem & frigiditatem quae proueniunt ex ipsis. In motu autem coelorum miscentur elementa, & in luce & tenebra variatur ipsorum temperantia. In principio vero temperantiae ipsorum siue mixtionis renouantur vapores, qui sunt principium omnium causarum quae fiunt in sublimi, ex quibus prouenit pluuia. Ipsi etiam vapores sunt causa metallorum: & post hoc compositio plantarum: deinde sunt aialia: vltima vero compositio hominis. Tenebra vero est natura ens in toto mundo inferiori. Lux vero est res quae renouat super ipsum. Nonne vides q in priuatione lucis remanet status durabilis? Sic etiam procedit hoc in plano scripturae in opere de Beresit secundum hunc ordinem. De istis ergo nihil remanet exponendum. Necessarium est etiam tibi scire illud quod dixerunt sapientes q omnia opera de Beresit creata fuerunt in statu suo & in pulchritudine sua. Hoc est dicere, quia quicquid creatum fuit in specie perfecta & forma & in electione accidentium, Intellige istud simpliciter, quia est principalitas magna iam firmata ostensa. Debes etiam scire: & intelliges bene creationem hois in primis sex diebus. Dicit enim, Masculum & feminam creauit eos. Sigillauit etiam totam creationem & dixit, Perfecti sunt coeli & terra, & omnis ornatus eorum. Alio etiam modo fecit mentionem creationis Adae, & Euae de Adae, & fecit mentionem arboris vitae, & arboris scientiae, & serpentis: & dixit q hoc totum fuit postq Adam fuit introductus in ortu paradisi. Omnes vero sapientes sciunt q hoc totum fuit in die septimo: & q nihil immutatum est a natura post primos septem dies. Ideo q ne mireris de verbis istis: quia vsq ad diem istum non fuit inuenta natura stabilis. Cum iis etiam dixerunt sapientes quaedam quae dicam tibi: quaedam quae collecta sunt de locis suis, & docebo te in rationibus eorum, sicut sapienter docuerunt nos. Scito etiam q oia quae dicam tibi de dictis sapientum, sunt verba in fine perfectionis: & expositio ipsorum ostenditur illi per quem dicta sunt: & sunt multum suauia: ideoq non disputabo neq profundabo in expositione verborum: nec exponam planum ipsorum in quantum reuelaretur secretum ipsorum: sed dicam tibi secundum ordinem solummodo: & docebo te super rationes ipsorum q sufficiat tibi ad intelligendum ea. Istarum vero rationum vna est quam dixerunt: quia Adae & Euae fuerunt creati simul, & coniuncti in vnum, & separati sunt ab inuicem: & accepit creator partem vnam quae est Eua: ex ea formauit ipsum. Quod autem dixit, Vnum ex lateribus eius, vult ostendere q fuit istud vnum: & assumpserunt demonstrationem de latere tabernaculi: quia est translatio eius, latus tabernaculi: & sic translatum est in hoc loco de lateribus eius. Intellige igitur quid sit hoc q sunt duo secundum vnum modum: & sunt vnum sicut scriptura dicit, Os de ossibus meis: & caro de carne mea. Addidit etiam robur ad hoc in dicendo q nomen conuenit ambobus: & est vnum, sicut dictum est. Ista vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Corroboratio autem ipsorum adunationis & coniunctionis, est illud quod dictum est, Adhaerabit vxori suae: & erunt duo in carne vna. Qd magna est ignorantia illius qui non intelligit q totum hoc dictum est ppter rationem necessariam: & hoc etiam ostensum est. Debes etiam scire q exposuit q coluber fuit equitatus, & eius quantitas sicut camelus: & q equitatus eius fuit ille qui decepit Eua: & q ipse fuit Zamael. Hoc autem nomen dicitur praecise de diabolo. Inuenies etiam dictum in pluribus locis, Quia ipse voluit fugare Abraham patrem nostrum ne immolaret filium suum Isaac: & filius voluit fugare Isaac ne obediret patri suo. Dicit ergo in hac ratione, Quia venit Zamael obuia Abrahae & dixit ei, Quare venisti ad locum istum, vsq ad finem rationis. Et iam ostensum est q Zamael est diabolus: & nomen istud est ppter occultam rationem: sicut nomen Nah vel colubri: & est ppter occultam rationem. Dixerunt etiam cum veniret ad decipiendum Eua: Erat Zamael equitatus super ipsum. Creator vero ridebat de camelo & ascensore illius. Quod debes etiam scire, & docebo te super hoc: est q serpens non venit ad Adae primo vilo modo: neq locutus est cum eo: sed ordinatio verborum eius fuit cum Eua: & ea mediante danum puenit ad Adae: & interfecit eum coluber. Inimicitia vero perfecta non est, nisi inter colubrum & Eua, & semine vni semine alteri. Et non est dubium q semen Euae idem est & semen Adae: & q mirabilius est, respectus colubri ad Euam, id est semen ad semen: caput ad caudam. Hoc est quod dictum est, Ipsa conteret caput tuum: & tu infidiaberis calcaneo illius. Et hoc etiam ostensum est de verbis etiam sapientum, in quorum plano appareret esse turpitudine q dixerunt, Ex quo serpens venit ad Euam, proiecit humorem in ipsam, qui

Principium generationis & corruptio- nis post virtutes caelestes est lux;

quod dicitur in scriptura

steterunt super montem Sinai, praeciditur humor eorum: qui vero non steterunt ibi, non praeciditur humor eorum. Cum igitur intellexeris capitula huius libri in veritate sua, miraberis de sapientia huius similitudinis: & videbis quomodo conuenit cum essentia eorum, adhibe cogitationes tuas ad istud. Debes etiam scire quod dixerunt sapientes, Arbor vite iter quinquaginta annorum: & omnes species primae distinguuntur sub ipsa, & ostenderunt in hoc quod mensura illa est profunditas staturae suae, non capitis sui, neque latitudinis ramorum: & hoc etiam demonstratum est. Debes etiam scire quod dixerunt sapientes, quia arborem scientiae deus nec reuelauit, nec reuelabit alicui homini: & hoc est verum: quoniam natura essendi exigit hoc. Scire etiam te oportet quod scriptura dicit quod assumpsit Dominus Adam, exaltauit eum, & dereliquit eum in horto Paradisi. hoc non intelligitur de locali exaltatione & positione in loco: sed de exaltatione honoris & gradus super omnia entia generabilia & corruptibilia: & dedit ei praeminentiam super omnes mores aliorum. Debes etiam scire, & docebo te super eo quod fuit secretum sapientiae ubi vocarentur filii Ada Caim & Abel: & quod Caim esset interfector Abel in campo: & quod ambo perierunt: quis interfectoris prolixior fuerit vita: & quod non fuit firmatum esse hominum nisi in Seth, sicut scriptura dicit, Posuit mihi dominus semen aliud, & hoc ostensum est. Scire te conuenit, & docebo te super hoc, quia scriptura dicit, Vocauit Adam nomina: in quo fecit nos scire quia idiomata super expositione & conuenientia, non sunt naturalia. Intellege istud. Ista vero cum aliis quae praemisimus: & cum illis quae inducimus in eadem ratione sufficiunt quantum ad librum istum: & secundum intellectum inspicientis in ipso.

De causa obseruationis sabbati, Capitulum. XXXII.

**D**orte ostensa est tibi ratio in confirmatione praeccepti diei sabbati, & quod transgressor deberet lapidari: & Dominus prophetarum praeccepit occidi propter hoc: & est iterum praecceptum ab essentia Creatoris: & a remotione credendi duos: quoniam prohibitio in decem praecceptis ne seruiatur alii nisi ipsi, non est nisi ut credatur vnitas. Tu autem iam scis ex verbis meis, quod nisi opera fuissent praeccepta ad corroborandum & firmandum credulitates in populis, ipsae credulitates non firmarentur: & idcirco praecceptum fuit nobis ut honoremus diem sabbati, ut roboretur radix nouitatis mundi: & quod sciretur ab omnibus cum quiesceret omnis populus vna die, & quereseretur quare cessant ab operibus: & erit responsio, Quoniam in sex diebus perfecit Deus coelum & terram: & in die septimo requieuit. In hoc autem praeccepto duas rationes ostendit diuersas ab inuicem, quae sunt casurae duorum creatorum diuersorum. Dixit enim in primis decem praecceptis in veneratione sabbati: quia sex diebus fecit coelum Deus & terram. In vltimis vero dixit, Et memor eris quia seruus fuisti in terra Aegypti: & liberauit te Dominus Deus tuus. Et idcirco praeccepit tibi Dominus diem sabbati: Et ista ratio vera est, quia in eo quod primum dictum est, ostenditur honor & laus Deo, sicut dixit: & idcirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit illum: hoc autem est causatum coniunctum causa: quia dixit, sex diebus fecit Dominus coelos & terram. Quae autem iussi sumus obseruare diem illum, hoc est causatum huius cause, Quod serui fuimus in Aegypto, non faciebamus voluntatem nostram: nec in hora in qua volebamus, neque potuimus custodire diem sabbati: & idcirco iussi sumus quiescere & pauare, nisi aduenimus duas rationes. Vna est, ut credamus credulitatem veram, scilicet nouitatem mundi, quae demonstrat Creatorem esse in principio imaginationis & in consideratione facili. Secunda est, ut reminiscamur beneficiorum Dei, in eo quod fecit nos quiescere a laboribus Aegypti, sicut si vnum & idem communiter firmaret scientiam speculatiuam, & compositionem corporalium dispositionum.

De tribus opinionibus circa prophetiam, Capitulum. XXXIII.

**O**piniones hominum circa prophetiam sunt sicut opiniones eorum in antiquitate & nouitate mundi apud eos qui credunt Creatorem esse sicut ostendimus, ita tripartito diuiduntur opiniones secundum prophetiam. Ego vero nihil dicam in sententia Epicuri, qui non credit prophetiam, sed intentio nostra est ponere opiniones illorum qui credunt in creatorem. Prima opinio est insipientium, qui credunt prophetiam, & quorundam de populo nostro qui credunt quod creator elegit quencumque singularem hominem: & fecit eum nuncium suum: nec refert apud istos vtrum homo sit sapiens, an insipiens: senex, an puer: sed necesse est ut sit in ipso bonitas & compositio morum. Quoniam omnes dixerunt quod prophetia non quiescit super hominem prauum & incompositum: si creator conuertit ipsum primo conuersione

Prima opinio.  
Nota.

perfecta secundum istam opinionem. Secunda opinio, ipsa est sententia philosophorum, scilicet quod philosophia est vna perfectionum in natura humana. Haec autem perfectio non inuenitur in quolibet hominum, sed qui exercet animam suam ut exeat id quod est in potentia in specie hominum, ad actum: nisi fuerit prohibens ex parte complexionis, vel ex alia causa extrinseca, sicut contingit in qualibet perfectione quae reperiri debet in aliqua specie: quia illa perfectio non inuenitur in fine debito in quolibet singulari illius speciei: sed in aliquo de necessitate. Et si fuerit illa perfectio quae necesse habeat ut sit extractor de potentia ad actum, habebit illum & sine illo non exibat. Secundum hanc ergo sententiam non oportet quod propheteret insipiens vel fatuus. Nec est conueniens ut incipiat in nocte dormire, & surgat mane propheta: sicut quod inuenit subito aliquid aliud: sed erit sicut ego dicam quod homo bonus perfectus in suis viribus animalibus, & in suis moribus corporalibus, cum virtus eius imaginatiua fuerit in fine suae perfectionis: & acciderit ei quod adhuc dicam, prophetabit omnino: quia illa perfectio nobis est in nostra natura. Et secundum hanc opinionem non potest homo esse talis quin propheteret, nisi si cut potest contingere quod homo sanus comedat cibum bonum, & tamen non generetur ex eo sanus bonus, & similia istis. Tercia opinio, est sententia legis nostrae, & principalitas fidei nostrae: & est sicut sententia philosophorum supradicta: sed in hoc differt, quod nos credimus quod ille qui aptus est ad prophetiam, & praeparat animam ad illam, potest contingere quod non prophetizabit nisi cum voluntate Creatoris. Et istud est in oculis meis in signis miraculose factis: & comunicat cum eis: quoniam res naturalis exigit ut omnis qui aptus est ad prophetiam secundum suam compositionem & naturam: & exercitauerit animam secundum suam nutrituram & disciplinam, prophetizet. Et cum fuerit aliquis, & non prophetizauerit, prohibetur ab eo prophetia sicut prohibitus fuit motus manus in Hieroboam, vel sicut prohibitio visus, sicut contigit in exercitu regis Arae circa Heliseum. Principalitas vero nostra est perfectio & aptitudo: hoc est ut sit homo perfectus in moribus suis animalibus & corporalibus: & hoc est quod dixerunt sapientes, Non requiescet prophetia nisi super virum sapientem. Et diuidere istud iam ostendimus in expositione de Misna, & in nostra aggregatione magna: & diximus quod discipuli prophetarum laborauerunt semper aptare animam suam ad prophetiam. Prohibitio autem a prophetia in eo qui praeparat animam suam, & non potest hoc habere in Baruc filio Neri, qui fuit discipulus Hieremie: quoniam exercitauit & docuit, & ipse captiuitatem animam suam, & sperabat prophetizare: & tamen prohibitus est prophetizare, sicut dixit, Laboraui in suspirio meo, requiem non inueni, & responsum est ei per manum Hieremie, Hoc dicit Dominus: Sic dices ei: Regnum quod ego construxi, destruam: & quod ego plantaui, eradicabo: & tu petis tibi magna: non petas. Possumus ergo dicere quod istud quod reuelauit de ratione prophetiae in eo quod conueniebat Baruc, erat magna. Sic etiam possumus dicere in eo quod scriptura dicit, Prophetam suum non inueniunt prophetiam Domini: quia hoc fuit eo quod erant in captiuitate, sicut explanabimus. Postea autem inuenimus plures versus in verbis scripturas, & in verbis sapientum: & omnes procedunt secundum principalitatem quam dicam: quare Creator benedictus effudit spiritum prophetiae super quem vult: sed istud contingit perfecto viro & sapienti. Et secundum sententiam nostram non est conueniens ut insipientes prophetizent, nisi sicut contingit ubi prophetizet asinus vel rana: & haec est principalitas nostra: quia necesse est homini modis omnibus ut exercet animam suam in fine exercitii & perfectionis: & tunc conueniens erit ut coniungatur ei potentia specialis. Nec te decipiat quod dictum est de Hieremia, Antequam formarem te in utero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te: & prophetam in gentibus dedi te, quoniam istud est in quolibet propheta, quod non potest esse quin habeat in principio creationis suae naturam aptam & paratam ad prophetiam, sicut explanabimus postea. Quae autem ipse dixit, Nescio loqui, quia puer ego sum. Tu scis quod Ioseph erat etatis triginta annorum, & vocatus est puer. Moyses autem magister noster erat tunc octoginta vni annorum: & vniuersitas annorum eius fuit, cxx. Iosue autem vixit, cxx. annis: & vixit post Moysen, xiiii. annis. Et sic apparet quod Iosue tunc erat, lvii. annorum ad minus, & dictus est puer. Non te faciat errare quod dictum est per prophetam, Effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri & filiae vestrae: quia statim exposuit hoc, & ostendit cuiusmodi esset ista prophetia in eo quod dixit, Senes vestri somnia somniabunt: & iuuenes vestri visiones videbunt. Omnis namque qui facit scire diuinationes per artem magicam vel per somnium verum, propheta nominatur: & idcirco prophetae sunt vocati idolorum prophetae. Nonne vides quod scriptura dicit, Cum surrexerit in te propheta vel somniator, concilium erit

Secunda opinio, et est philosophorum.

Tercia opinio.

Quae diuinatione aliqui concilium est prophetia.

Nota de gradibus prophetia.

mōtis Sinai: licet omnes viderunt ignem magnū, & audierunt voces fortes, & coruscationes magnas: per viam miraculū non ascenderunt ad gradum prophetiæ, nisi ille qui fuit aptus ad hoc: & secundum differentiam graduum in vnoquoque. Nonne vides quod dictum est Moysi, Ascende ad Dominū tu & Aaron, Nadab, & Abin. Moyses vero fuit in gradu altiori, sicut scriptura dicit de ipso. Moyses solus ascendit ad Dominum, Aaron autem fuit in gradu secundo, Nadab & Abin sub Aaron. Septuaginta vero seniores sub Nadab & Abin. Populus autem remansit sub istis: quilibet autem secundum perfectionem suam. Sic etiam dixerunt sapientes, Paries per se, & Aaron per se. Postquam vero pramissimus de concilio mōtis Sinai, loquemur super omnibus quæ apparent ex scriptura secundum intellectum rectum, & ex verbis sapientum in expositione illius status, sicut fuit in capitulo separato.

**Q** Moyses solus audiebat verba Domini. Capitulū. XXXIII.

**M**idetur mihi quod in statu montis Sinai verba quæ perueniebant ad Moysen, non perueniebant ad omnem Israel: sed sermo fiebat ad Moysen solummodo. Et idcirco locutio omnium decem verborum dicta fuit ad vnum tantummodo: & Moyses stabat ad pedem montis: & loquebatur ad populū quod audiebat de verbis legis, sicut scriptura dicit. Ego stans inter vos & Dominum, & dicit alibi, Moyses loquebatur, & Dominus respondebat ei in voce. Et manifeste dixerunt sapientes quod Moyses loquebatur ad eos vniuersa verba sicut audiebat. Dicitur etiam in lege, Vt audiat populus quia loquor tecū. Istud autem ostendit quod sermo fuit ad Moysen: & populus audiebat vocem solummodo: & non intelligebant verba. & idcirco dictum est, Sicut vos audieritis voces, & iterū, Vocem verborū vos audientes: & non dixit verba vos audientes. Et in omnibus quæ referuntur ad auditum verborum, non est intentio in eis nisi auditus vocis solummodo. Moyses autem audiebat verba, & narrabat eis. Istud est quod apparet de plano legis: & de pluribus verbis sapientum. Inuenitur etiam apud sapientes verbum quoddam scriptum in pluribus locis. Dixerunt siquidem, Ego Dominus Deus tuus: & non fit tibi Deus alius: de ore Domini audierunt. Hoc est dicere quod peruenerunt ad illos secundum quod pertenerant ad Moysen: & non perduxit ista Moyses ad eos: quia illæ duæ principalitates, scilicet quod creator est, & quod est vnus, non apprehenduntur nisi per considerationem intellectus humani. In omnibus autem quæ sciuntur per demonstrationem, idem est iudicium prophetæ, & cuiuscunque alterius scientis illud: & neuter præfertur alteri. Illæ vero duæ principalitates non fuerunt scitæ solummodo ex parte prophetiæ: quia dictum est in lege, Tu fuisti ostensus, vt sciatur quod Dominus ipse est Deus. Alia vero verba sunt de genere præceptorū demonstrata & recepta, non de genere intelligibilium. Verba scripturæ & verba sapientū qui locuti sunt de hoc, conueniunt in hoc quod totus populus Israeliticus in concilio illo non audiuit nisi verbum vnum in vna vice: & hoc fuit verbum illud quod audiuit Moyses: & oīs populus cum eo, scilicet Ego Dominus Deus tuus: & non fit tibi Deus alius. Et Moyses narrauit eis hoc in sermone suo, secundum modum quo ipse audierat. Hanc autem rationem sapientes traxerunt ad id quod Dauid dixit. Semel locutus est Deus, duo audiui. Exposuerunt etiā in alio loco quod non audierant aliud verbum a creatore. Lex etiam dicit, Vox vehemens, & non cessabat: & postquam audierunt verbum illud, fuit quod dictum est de magno metu ipsorum in statu illo, sicut Moyses postea dixit eis, dicēs: Dilixistis, ecce Dominus Deus noster ostēdit nobis gloriam suam & magnitudinem: quare moriemur. Accede tu ad Dominū, & audi: & sic vsque ad finem rationis accessit. Ergo Moyses solummodo in quo melior apparuit omnibus hominibus in secunda vice, & recepit alia verba vnum post vnum: & descendit ad pedem montis, & fecit vt audirentur in illo magno concilio. Ipsi vero videbant ignem & coruscationes, & audiebant voces sicut vocem tonitruū & vocem tubæ. Quicquid autem inueneris de auditu multarum vocum, sicut dictum est, Omnis populus audiebat voces, non fuit hoc nisi vox tubæ & vox tonitruū, & his similiū. Vox autem Creatoris, s. vox creata, ex qua componitur verbum, non fuit ab eis audita nisi semel solummodo, sicut dictum est in lege: & sicut exposuerunt sapientes in loco quem ego docui. Verbum autem illud fuit ad quod exiit anima illorum quando audierunt: & coniunxit in illo duo prima verba. Scito etiam quod licet omnes audierunt primum verbum, non tamen omnes fuerunt æquales in gradu Moysi magistro nostro quantum ad verbum illud. Ego autem reuelabo tibi secretum istud: & faciam te scire quiddam quod est vsitatum apud sapientes in gēte nostra, quod vbiq; inueneris, Locutus est Dominus ad Moysen, Angelos

In iis quæ sciuntur per demonstrationem idem est iudicium.

¶ Vnum.

transulit illud secundum suum planum, sicut locutus est Dominus. Et similiter quod scriptum est, Locutus est Dominus omnia verba hæc: transulit, Locutus est Dominus. Quod autem dixit populus Israel ad Moysen, Non loquatur nobis Dominus: transulit ipse, Non loquatur nobis cum verbo quod est coram Domino. Iam vides ergo quid ostēderit tibi vniuersitas eorum: quæ nos exposuimus. Rationes autem istas mirabiles tu scis quod Angelos narrabat eas, & recipiebat eas de ore Rabi Eliezer, & Rabi Iosua, qui fuerunt sapientes in Israel præcisē. Scito etiam istud & intende in hoc: quia non oportet destruere sepem, neque loqui in secretis statibus montis Sinai, nisi secundum modum istum quæ ipsi dixerunt. Hoc etenim est de arcanis legis, & veritas illius comprehensionis, & quomodo fuit, totum est occultum: quia non fuit ei similis ante eum, nec post eum.

**De eo quod scriptum est, Ecce ego mitto angelum meū. Capitulū. XXXV.**

**S**criptum est in lege, Ecce ego mitto angelum meum ante te. Ratio vero huius scripturæ est quod expositum est in Deuteronomio, Quia Dominus dixit ad Moysen: Prophetam suscitabo eis, quod ostēditur ex eo quod dictum est de angelo isto. Obserua te coram ipso, & audi vocem eius, & non contradicas ei, & non est dubium quod istud præceptum est vniuerso populo. Tu vero scis quod angelus non consuevit se ostendere populo, nec docere eos, nec reddere eos cautos vbi non contradicāt ei: Sed ratio huius dicti est, quia Creator fecit eos scire quod ad prophetam ipsorum venturus esset angelus, & locuturus cum eo, & præcepturus & prohibiturus eis: & præcepit nobis Creator quod non rebellaremus contra angelum illum, cuius nunciū propheta annūciabit nobis, & narrabit nobis verba ipsius, sicut expositum est in Deuteronomio: & dixit, Ipsum audieris, & erit, Oīs qui non audierit verba eius quæ locutus fuerit in nomine meo, ego requirā ab eo. Et istud est expositio eius quod dixit, Et nomen meū in ipso. Istud autem totum fuit vt faceret eos scire quod ille magnus status montis Sinai quem vidistis, non remanebit semper nobiscum, nec erit de cetero similis illis, nec habebit semper ignem, neque nubem, nec erit semper sicut modo est super tabernaculum: sed subiiciet vobis terras, & faciet vos habitare super eas: & faciet vos scire quæ facere debetis. Angelus quem mittam ad prophetam meum ad docendum vos quod fuerit faciendum, & remouendum a vobis quod fuerit remouendum. In hoc autem ostendit principalitatem quæ ego semper soleo exponere, scilicet quod omnis prophetæ præter Moysen, prophetia est angelo mediante.

**Quæ prophetia Moysi sit excellentissima. Capitulū. XXXVI.**

**A**m ostendi genti quatuor differentias, in quibus differt prophetia Moysi a prophetia omnium aliorum prophetarum: & induxi super hoc probationem, & exposui hoc in expositione de Misna: & in aggregatione mea magna: & non est necesse nisi repetatur nec est de ratione istius libri. Quod autem oportet te scire, hoc est, quod quicquid dicitur de ratione prophetiæ in capitulis huius libri: non est intelligendum nisi in ratione omnium prophetarū qui præcesserunt Moysen, & secuti sunt eum. Ad prophetiam vero Moysi non extendam manum meam in capitulis istis, neque palam, neque in occulto: quoniam nomen prophetiæ sicut mihi videtur, dicitur de Moysē, & aliis prophetis æquiuoce. Et sic est diuersitas apud me in signis eius, & in signis aliorum prophetarum: quia signa eius non sunt eius speciei, cuius sunt signa aliorum prophetarum. Probatio vero legis quod magna est differentia inter eius prophetiā & prophetiam omnium aliorum, est illud quod scriptura dicit, Ostendi me Abraham, Isaac, & Iacob, & nomen meum Adonai: non me indicam eis. Per hoc facit nos scire quod apprehensio Moysi non fuit sicut apprehensio patriarcharum: sed est fortior & nobilior, quanto magis apprehensione aliorum antiquorum. Eius autem præ eminentia super omnes prophetas qui secuti sunt post eum, est in hoc quod historia dicit, Non surrexit propheta in Israel sicut Moyses: quoniam nouit dominum facie ad faciem. Ex quo fecit sciri quod eius apprehensio fuit separata ab apprehensione omnium qui secuti sunt post eum in Israel. Excellentia vero signorum eius super signa omnium prophetarum, est in hoc quod omnia signa & mirabilia quæ operati sunt prophetae narrauerunt cuidam hominum: sicut signa Heliae & Helisei. Nonne scis quod rex Israel quæsiuit a Giezi de signis Helisei: & dixit ei, Narra mihi omnia mirabilia quæ fecit Heliseus, quæcum narrares, quædam mulier conquesta est regi, & dixit Giezi, Domine mi rex, hæc est mulier, & ille est filius eius, quem suscitauit Heliseus: & sic fuerunt signa cuiuslibet prophetæ præterquam Moysi. Propter hoc ergo dicit scriptura, Quæ non surget propheta de cetero qui faciat signa manifesta in conspectu omnium qui conueniebant cum eo: & eorum qui contradicebant ei, sicut fecit Moyses in omnibus signis & portentis ad quæ misit Dominus eum, vt faceret ea in

nomē prophete dicitur æquocē de Moysē & aliis prophetis.



terra Aegypti in Pharaone, & in omnibus seruis eius: & in tota terra ipsius in manu forti & timore horribili: quae fecit Moyses coram Israel. Colligauit ergo duas rationes in vnum, Quod non surgeret propheta qui apprehenderet apprehensione consimili sua, nec qui faceret similia operibus suis. Postea vero fecit sciri quod signa illa fuerunt facta in Pharaone, & in omnibus seruis eius, & in vniuersa terra ipsius qui contradicebat ei, & fuerunt in conspectu totius populi Israel qui consentiebant ei. hoc autem non fuit inuentum in aliquo propheta post eum. Sic ergo verificatum est verbum quod praecessit: quia non est alius propheta sicut ipse. Nec te decipiat quod accidit in statione solis in diebus Iosue in horis notis, quia dictum est coram Israel: sed non dixit coram omni Israel, sicut dictum est de Moysse. Eodem modo in facto Heliae in monte Carmelo, pauci homines interfuerunt. In hoc autem loco feci mentionem de horis quibus stetit Sol, quia videtur mihi hoc quod scriptura dicit, Sicut dies completa: hoc est sicut dies longa completa: verbum siquidem completionis est, sicut si diceret, Dies illa fuit eis ad Gabaon, sicut solebat ibi esse dies aestiua longa. Postquam separaueris in corde tuo prophetiam Moysi & signa eius, & intellexeris quod excellentia illius apprehensionis fuit sicut excellentia illorum operum: & credideris quod nos non apprehendimus gradum illum secundum veritatem suam: & nescimus ipsum exponere, Audies verba in omnibus istis capitulis in prophetia & in gradibus omnium prophetarum, excepto gradu istius prophetae. Haec est intentio huius capituli.

## Quid sit realiter prophetia. Capitulum XXXVII.

**C**ito quod veritas prophetiae & substantia sua est largitas a Creatore effusa mediante intelligentia agente super potentiam animae rationalis primo, deinde super imaginatiuam virtutem, & ille est finis gradus hominis & finis perfectionis quae inueniri potest in eius specie: & hoc est finis perfectionis virtutis imaginatiuae. Hoc autem continet, sed non cuiuslibet homini: & non est res ad quam perueniat quae per aliquam perfectionem quam habeat per scientiam speculatiuam: neque per compositionem morum: licet haec omnia essent in fine compositionis & excellentiae: nisi coniungatur cum istis perfectio virtutis imaginatiuae in radice suae creationis in fine eius quod conuenit ei. Tu vero scis quod perfectio virtutum corporaliu de qua virtutu corporaliu de pedet ex bonitate complexiois.

rum vniuersitate est virtus imaginatiua, eget bonitate complexiois illius membri in quo est virtus: & quod sit membrum perfecte mensuratum, & habeat materiam mundam & claram. In hoc autem non potest esse ut acquiratur quod deficit per studium aliquod villo modo. Quodlibet namque membrum malitiam habens ex complexione quae est in eo ex radice compositionis, scito quod finis suae dispositionis & sui regiminis, & quod potest bene disponi, est ut sit in quacumque sanitate: non ut reuducatur ad bonitatem compositionis. Sed si defectus vel malitia quae est in eo, scilicet in mensura vel in positione vel in scientia, scilicet ex parte materiae de qua factum est membrum, fuerit: istud quidem membrum nullo consilio vel arte bene potest disponi. Et hoc totum tu scis, nec

De actione et bonitate virtutis imaginatiuae: quod bonitas nobilium operationum ipsius imaginatiuae non erit nisi in tempore quietis sensuum. Tunc enim diffundetur super illam largitas illa secundum suam dispositionem & preparatio est causa somnii. Haec autem est causa somniorum verorum, & eadem est causa prophetiae: sed est differentia in multo & paucio. Tu vero scis quod dixerunt sapientes quia somnium est vnum de LX generibus prophetiae. Non est autem conueniens proportio inter res differentes in specie. Non enim oportet dicere quod hominis perfectio est tanta vel maior equi perfectione. Dixit etiam in eadem ratione quod casus prophetiae somnium est. Haec autem similitudo mirabilis est: quia illud quod cadit, ipsum portio iter est fructus per se: sed cadit ante perfectionem & maturitatem suam. Sic est virtus imaginatiua res differentes specie. ad finem suum: quia docebo te istud ex verbis eorum: & omittam versus legis in qua dictum Somnium est est, Si fuerit propheta: videtur dominus in visione, notum me facio ipsi, & in somno loquar ei. Species prophetiae. lam fecit nos scire creator veritatem prophetiae & substantiam eius: & fecit nos scire quod est perfectio eius quae accidit in somniis, vel in visione. Visio vero dicitur a videndo, cuius expositio est quod in virtute imaginatiua inuenietur perfectio actionis tanta quod videbit rem acsi esset extra visio et vnde dicatur, bus. In his autem duobus generibus communicant omnes gradus prophetiae, scilicet in visione & somnio. Notum est autem quod virtus imaginatiua tempore somni laborat in illis in quibus

homo dum vigilat laborat, & studet cum largitas intellectus diffunditur super ipsum secundum suam preparationem. Exempla vero & multa verba in talibus sunt additio absque utilitate. Hoc etenim ostensum est, & notum omni homini perfecto in sua creatione: & contra. Post ista quae praemisi, scito quod cum fuerit aliquis homo singularis, cuius cerebri substantia fuerit in radice suae creationis in fine debito in materia clara & in temperantia appropriata cuiuslibet partium suarum in sua mensura & positione: & non prohibuerint ipsum impedimenta ex parte complexiois alterius membri: & homo ille studuerit in disciplina & scientia donec exeat de potentia ad actum: & intellectus humanus fuerit inuentus in eo perfectus in fine perfectionis: & mores eius fuerint mundi, & omnia desideria eius fuerint ut sciat secreta vniuersi esse: & causas omnium quae sunt in mundo: & cogitationes amauerit & intenderit rationibus nobilibus, & studium eius fuerit in scientia Creatoris, & intellectu operum ipsius: & in his quae oportet credi de ipso: & elongauerit a se concupiscentias & desideria voluptatum bestialium, scilicet cibi & porus, et coitus: quorum subiectum commune est membrum siue sensus gustus, & tactus, ad quem refertur coitus. De quo dixit Aristoteles quod membrum istud est malum: & bene dixit in hoc ex parte qua viuimus solummodo sicut & caetera animalia non considerato aliquo eorum quae sunt in homine. Alia vero delectationes sensibiles, scilicet quae sunt secundum sensus: licet sint corporales, potest contingere quod inueniat in eis delectatio quaedam huiusmodi inquam est homo, sicut dicit Aristoteles. Multitudo verborum deduxit nos ad id quod non erat de proposito nostro: sed necessarium est quod multae cogitationes sapientum laborent in delectationibus huius sensus. Et omnis amor plurium est ad illum. Mirantur etiam plurimum quare non prophetizat: sed propheta est in natura hominis. Necessarium etiam est isti homini quod eius cogitatio & amor recedat a sensibus non veris: & desiderium eius elongetur ab ambitione & amore potentiae: & ab appetitu inanis gloriae: & commodi temporalis, & obedientiae hominum. Est etiam ei necessarium ut cognoscat homines secundum suas diuersitates: secundum quas ipsi sunt sine dubio: quia cupiditas eius est sicut bestia mala, vel serpens, cui cum obuiauerit vir bonus, non cogitat nisi qualiter euadere possit a malitia ipsius: nisi forte velit aliquam utilitatem consequi ab ipsa in aliqua suarum necessitatum. Homo igitur cuius fuerint mores & dispositiones praedictae, non est dubium quod cum virtus eius imaginatiua, quae est in fine perfectionis, laborauerit & intellectus fuerit effusus super eum secundum perfectionem speculationis suae, apprehendet rationes spirituales valde mirabiles: & non videbit nisi Creatorem & angelos eius: & non considerabit nisi sententias rectas, & regimina communia hominibus inter se. Scitum est autem quod ista tria quae adiuuauimus, sunt perfectio virtutis rationalis in disciplina & perfectione virtutis imaginatiuae in natura creationis: & perfectio morum in remouendo cogitationem ab omnibus delectationibus corporalibus: & in elongando desiderium inanis gloriae. In perfectis autem magna distantia est vnius ad alterum in praedictis. Secundum vero differentiam & praerminentiam in quolibet praedictorum trium sunt praerminentiae graduum omnium prophetarum. Tu etiam scis quod omnis virtus corporalis debilitatur & confunditur quandoque: virtus autem imaginatiua corporalis est sine dubio. Et propter hoc contingit quod prophetia aufertur a propheta in tempore iracundiae & angustiae, sicut dixerunt sapientes, Non requiescet propheta super pigrum, neque super tristem. Iacob etiam non prophetauit omnibus diebus doloris sui: quia virtus eius imaginatiua laborabat circa luctum Ioseph. Prophetia etiam quae requieuit super Moysen post exploratores non fuit sicut erat prius: donec consumpta est omnis illa generatio in deserto: quia doluit super malitia ipsorum: licet virtus imaginatiua non praualeret in ipso: sed largitas intellectus effundebatur super eum illa non mediante, sicut exposuimus. Non enim prophetauit per similitudines sicut & caeteri prophetae. Hoc etiam exponemus adhuc: quia non est de intentione huius capituli. Similiter etiam inuenies quod quidam prophetae prophetauerunt diebus aliquot, & postea recessit ab eis prophetia. Istud vero non fuit factum secundum accidens. Ista etiam est causa propinquior, sicut mihi videtur, in recessu prophetiae tempore captiuitatis, scilicet tristitia, & pigritia, in quam incidit homo ex causa multiplici, praecipue dum est seruus oppressus, & tributis seruiens: nec est suae potestatis: Et hoc est quod dictum est per prophetam, Dispergentur ut quatant verbum domini, nec inuenient. Et iterum, Rex eius et princeps in gentibus, non lex, nec etiam prophetae sui inueniunt prophetiam Domini: et hoc est verum. Et ostensa est causa quare cessaret prophetia in diebus istis.

De preparatione hominis ad actum propheticum

De distantia vnius prophetae ad alterum. Omnis prophetia aufertur a propheta.

De causa cessationis prophetiae

## De splendore intellectus qui effunditur super intellectum hominum: & de distantia

ferentia effusionis. Capitulum. XXXVIII.

**E**cce est ut erudias intellectum tuum in natura essentia huius splendoris specialis qui peruenit ad nos, per quem intelligimus in quo pars nostra excellit alios. Potest enim contingere quod de illo perueniet aliquid ad aliquem hominem ex quo ipse perfectus erit in se solummodo. Potest etiam contingere quod de illo perueniet aliquid amplius ad alium unde ipse perfectus erit, & poterit alium perficere, sicut solet contingere in omnibus entibus. Quaedam etenim entium consequuntur de perfectione tantum quod potuerunt alia regere: quaedam vero tantum consequuntur quod sufficit regimini suo, sed non aliorum. Post ista scito quod iste intellectus splendoris qui effunditur super virtutem rationalem: & non ex eo effunditur super virtutem imaginatiuam, est vel propter paucitatem largitatis effuse, vel propter defectum qui est in virtute imaginatiua ex radice creationis: unde non potest recipere splendorem intellectus. Isti tales sunt sapientes inquirendo & speculando. Si vero fuerit iste splendor sufficiens vtrique virtuti, scilicet rationali, & imaginatiue in fine perfectionis sue in creatione, isti tales dicuntur prophetae. Si autem splendor effunditur super virtutem imaginatiuam solummodo, est defectus in rationali vel ex radice creationis, vel propter modicum exercitium in scientiis: & isti tales sunt rectores ciuitatum: inuatores legum: & prophetizantes de corde suo: & qui diuinant, & qui magicis vtuntur artibus, & qui vident somnia vera, & qui sciunt facere mirabilia cum inuentionibus profundis & artificijs occultis. Et licet non sint sapientes, oes tamen isti sunt de tertio genere. Oportet etiam te credere quod in quibusdam de isto tertio genere renouantur phantasiae inutiles & somnia: & quandoque cum expergefati fuerint, putant se prophetas esse: & anima ipsorum est valde nobilis in oculis eorum, propter illa quae apprehendunt de vanitatibus illis: & opinantur quod apprehenderunt scientias absque doctrina. Immittunt etiam difficultates magnas in scientiis speculatiuis difficilibus: & confundunt in eis verba veritatis cum verbis vanitatum confusione magna. Haec autem omnia proueniunt ex fortitudine virtutis imaginatiuae, & debilitate virtutis rationalis: quae non apparet. In non exit ad actum. Palam est autem quod in quolibet istorum trium generum quaedam singularia excellunt alia praecellentia magna. Vtraque vero species hominum de duobus primis generibus, diuiditur, sicut exposuimus, quoniam splendor qui peruenit ad vtrumque illorum generum, vel erit tantus quod sibi soli sufficiet, vel tantus quod sibi sufficiet & aliis. Prima pars est sapientium in quibus effusus dicitur tantus splendor super virtute rationali, ut erudiantur ab eo ad quaerendum sapientiam & intelligendum & cognoscendum & sciendum: & non erudiantur ab ipso ut doceant alium: nec ut componant libros, nec concupiscent istud, nec habebunt potentiam super hoc. Potest etiam contingere ut quod effusum est super aliquem de predictis, sit tantum quod erudiantur ad componendum libros, & ad instruendum alios. Similis quoque ratio potest esse in secundo genere. Potest namque contingere quod perueniat ad aliquem talium de virtute prophetiae tantum quod ipse propheta erit sufficiens in se solummodo. Et potest etiam contingere quod ad aliquem alium tantum perueniat quod de necessitate cogetur docere alios: ut effundat super eos de perfectione sua. Ostensum est tibi iam quod nisi esset ista perfectio cum additamento, scientiae non essent aggregatae in libris: nec prophetae docerent homines scire veritatem. Sapiens namque non componit sibi librum ut addiscat quae prius didicerat: sed natura istius intellectus est quod illa semper diffundit ab vno recipiente in alium, donec perueniatur ad aliquem qui non potest diffundere splendorem in alium: sed est sibi soli sufficiens, sicut exposuimus in quibusdam capitulis huius libri. Natura etiam rationis huius cogit illum qui consequitur mensuram talem splendoris additionis, ut instruat alios sicut recipiat ea siue non, licet damnum inferat vitae suae. Inuenimus namque prophetas quosdam qui corripuerunt homines donec interfecerunt eos: quoniam splendor specialis excitabat eos: & non permittebat illos quiescere vilo modo: quousque essent expositi periculo cuiuscumque. Propter hoc inuenies quod cum Hieremias abstinuisset opprobria & iniurias a perfidis & rebellibus qui erant in diebus illis: noluit scribere prophetias suas, ita quod non prophetizaret eis neque redderet eos cautos: sed non potuit, sicut ipse dixit. Iam dixi Non dicam neque loquar amplius in nomine eius: & fuit in corde meo sicut ignis ardens retentus in ossibus meis, & fatigatus sum sustinens, & non potui. Propter hoc etiam dixit alius propheta, Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit?

Quaedam entium consequuntur perfectionem ad regimen aliorum: quaedam vero ad regimen proprium.

Quidam propter copiam splendoris consequuntur alios instruere & prophetizare.

De audacia hominis, Capitulum, XXXIX.



**S**cito quod in quolibet homine est potentia audaciae de necessitate: quae potentia nisi esset, eius imaginatio non intenderet repellere nocuum. Haec autem potentia secundum intellectum nostrum est in potentiis animalibus, sicut virtus expulsiva in virtutibus naturalibus. Item ista virtus variatur & in fortitudine & debilitate, sicut & alia potentia, donec inuenies aliquem hominem qui non cedit leoni: & inuenies alium qui fugiet murem. Inuenies etiam aliquem qui ponet animam suam in manibus suis coram aliquo exercitu, & pugnabit cum eo. Alius iterum erit quem si terruerit mulier, contremiscerent omnia membra eius. Non est autem dubium quod est temperantia composita in radice creationis, & augmentatur, & extrahit quod habet in potentia in actum: secundum imaginationem renouatam. Si similiter etiam diminuetur & deficit in paucitate usus: & secundum hoc in annis adolescentie ostenditur tibi in pueris fortitudo vel debilitas talium potentiarum. Similiter etiam potentia sentiendi rationes & mensurandi eas inuenitur in quolibet homine: & variatur in multitudine & paucitate: & praecise in illis in quibus multum laborat homo: & multam operam dat: & in quibus diffundit cogitatio, donec inuenies in anima tua quod talis vel talis dicit sic vel sic, vel operabitur sic vel sic: & proueniet res sicut tu aestimasti. Inuenies enim hominem cuius aestimatio & imaginatio erit fortissima: adeo quod illud quod cogitauerat in corde suo, proueniat ex toto vel pro maiori parte sicut praecogitauit. Causae vero istarum rerum sunt multae diuersimode coniunctae, priores & posteriores. Dicam autem quod virtus imaginatiua transcendit aestimationem & praedictam potentiam sentiendi & omnia praemissa: & faciet ex eis in modico tempore multa, adeo quod credit istud esse factum sine tempore: & per hanc potentiam reddit cautos quosdam hominum: & prophetizant in renouationibus magnarum diuinationum. Necessesse est autem istas duas virtutes esse fortissimas in prophetis, scilicet virtutem aggrediendi aliquid: & virtutem diuinandi aestimatiuam. Cum vero intellectus effunditur super ipsos: confortantur illae duae potentiae multae: donec erit finis illud quod scis, scilicet quod quidam homo solus venit cum virga sua ad quendam regem potentem ut eriperet de potestate eius quaedam gementes: & non expauit neque timuit: quia creator dixit ei, Ego ero tecum. Haec autem ratio variatur etiam in ipsis: sed nec fuit ut esset omnibus modis ut dictum fuit Hieremias, Ne timeas a facie eorum, & iterum. Ecce dedi te hodie in ciuitate militiam. Dictum est etiam Ezechiel, Ne timeas neque formides a facie eorum. Sic igitur inuenies quod oes prophetae habent audaciam cordis: & cum fortitudine virtutis, scilicet aestimatiuae quae viget in eis, horruerunt in vna hora quae ventura sunt. Istud vero variatur in ipsis sicut scis. Scito etiam quod prophetae veri habent apprehensiones speculatiuas quarum causas, scilicet ex quibus prouenit scitum illud non potest homo apprehendere simpliciter consideratione. Verbi gratia, Ipsi sciunt rationes quas non valet homo per planum suam aestimationem vel considerationem communis facere ipsas sciri. Quoniam splendor ille qui effusus est super virtutem imaginatiuam donec perfecit ipsam: & adepta est de opere suo tantum quod potest initiare diuinationes sic sicut fuissent sensibus comprehensa: & peruenissent ex parte ipsorum ad virtutem ipsam imaginatiuam: ipse splendor similiter perficit operationem virtutis rationalis donec apprehendit de operatione sua scientiam rationum verarum: & apprehendit hoc sicut si apprehendisset per propositiones speculatiuas. Haec igitur est veritas cui debet credere quicumque sequitur veritatem. Haec enim omnia sic se habent quod pars vna testificatur super aliam partem. Et oportet quod illud sit in virtute rationali: quia veritas istius intelligentiae ageris est super ipsam: & extrahit eam ad actum. De virtute vero rationali peruenit splendor ad imaginatiuam quia si ita est, quousque apprehendet mensura illa a perfectione imaginatiua: quae apprehensio non peruenit ad ipsam a sensibus: Et similiter non peruenit ad rationale: & haec est apprehensio quam non apprehendit ex propositionibus prioribus: nec ex his quae nascuntur ex imaginatione. Haec est autem veritas rationis prophetiae & sententiarum quae appropriantur scientiae prophetiae. Intentio vero mea in dicendo vero prophetas veros fuit euadere a coetu tertiae speciei: qui non habent potentiam animae rationalis: neque scientiam nisi planam aestimationum quae ascendunt in corde: & cogitationum vanarum. Fortassis autem illa quae apprehendunt tales, non sunt nisi in ea quae habuerunt ante, & signa eorum remanserunt fixa in cogitationibus suis cum omnibus quae sunt in virtute sua imaginatiua. Cum vero recesserunt ab eis cogitationes multae, remanserunt signa illorum praecceptorum & termini eorum: & visum est eis quasi nouum aliquid deforis aduenisset: cuius rei similitudo apud me est: sicut si quidam homo haberet in domo sua mille milia singularium animalium: & omnibus exeuntibus remansit vnum solum: & visum est domino domus quod de nouo intrauit: sed non est ita: quia non exiit. Ille igitur est vnus locus errorum qui faciunt homines perire. Multi autem

Causa audaciae est temperantia compositio.

Nota de fortitudine imaginatio.

Duas virtutes oportet esse fortissimas in prophetis.

eorum qui nitentur apprehendere veritatem rerum, perierunt. Vnde inuenies multos homines qui firmauerunt credulitatem suam in somniis quae videntur: & putant quod illud quod videtur in somniis, est aliud quam illud quod sciuerunt vel audierunt vigilantes. Propter hoc igitur oportet quod non apponamus animum ad illum cuius virtus rationalis non est perfecta: neque peruenit ad finem perfectionis speculationis: quoniam inuentus perfectus in speculatione ipse est qui est idoneus apprehendere scita alia de splendore intelligentie spiritualis quae est super ipsum. & iste est propheta vere. Istud etiam Dauid dixit manifeste: propheta cor sapientie. hoc autem est de his quae necessaria sunt tibi ut scias.

## Quare lex Moyfi praefertur aliis legibus. Capitulum XL.

**O**stendimus locuti sumus de substantia & veritate prophetiae: & ostendimus quod prophetia Moyfi nostri magistri fuit separata ab aliis prophetiis: dicemus quod propter illam apprehensionem solummodo secuta est praerogativa in lege nostra. Quoniam nulli antiquorum ab Adam usque ad Moysem accidit quod ipsi Moyfi accidit, nec post ipsum Moysem contigit alicui prophetarum quod ipsi Moyfi contigit. & ita est in principalitate legis nostrae quod nulla lex erit post istam in sempiternum. Cuius rei expositio est quod dictum est & inuentum est in libris prophetiae: & receptum est quod omnes prophetae qui fuerunt ante Moysem magistrum nostrum sicut sunt patriarchae, ut Sem, & Heber, & Noe, & Matusalem, & Enoch, nullus eorum dixit hominibus, Dominus misit me ad vos: & praecipit ut dicerem vobis ista: & prohibet vobis talia facere: & praecipit ut talia faciatis, & verbum istud non inuenitur in lege, nec receptum est pro vero. Sed prophetia super predictos quiescebat ex parte Creatoris, sicut exposuimus: super quem vero effusus est splendor magnus, sicut super Abraham: aduocauit gentes per viam doctrinae & ostensionis veritatis quam apprehenderat: & docebat eos per probationes speculatiuas quod iste mundus habet unum Creatorem: & quod ipse creauit omnia praeter se: & quod non erat opus apponere animum ad imagines quas colebant: & nec ad aliquam creaturam: & reddebat homines cautos super istis: & trahebat animos eorum responsis blandis proponendo beneficia: sed non dicebat, Creator misit me ad vos: & praecipit ut cautos vos redderem: licet etiam praecipit receperit super circumcisione & seipsum circumciderit, & filios suos, & eos qui erant in domo sua: nec vocauit eos quasi ex parte prophetiae. Nonne vides quod scriptura dicit, Quia videro quod praecipiet filiis suis & generationi suae post ipsum: & custodient viam domini: iam igitur patet quod per viam praecipit operabat omnia opera sua. Eodem modo Isaac, & Iacob, & Leui, & Ca hac, & Abraham per huiusmodi viam conuocabant homines: sicut etiam inuenies plures sapientes dicentes de prophetis qui fuerunt ante istos, Schola iudicii Heber, Schola iudicii Matusalem. Omnes illi faciebant homines scire, & reddebant homines cautos per viam inquisitionis & disciplinae, non quod dicerent. Dixit dominus, loquere ad istos vel ad illos talia, sic fuit consuetudo semper ante tempus Moyfi magistri nostri. Tu vero iam scis quod dixit populus ad Moysem, In die ista vidimus quod dominus loquitur cum homine & viuunt. Rationes etiam omnium prophetarum qui secuti sunt post Moysem: tu scis quod corripiebant homines & praedicabant eis ut sequerentur legem Moyfi: & promittebant beatitudinem omni tenenti legem, & sequenti praecipit ei: & cetera. Et credimus quod sic erit in secula sicut scriptura dicit, Non in seculum. Et iterum. Vobis & filiis vestris in secula seculorum. Oportet autem ut ita sit perfectum in quoniam omne perfectum in fine perfectionis debita suae speciei non oportet ut inueniatur aliud sine perfectione praeter ipsum in specie sua: nisi diminutum ad illam perfectionem: vel in excessu debiti, vel in nulla defectu, quoniam si recederet a rectitudine lineae erit in eo defectus vel recessus. Ita ergo se habet res in lege ista sicut fecit sciri quod est recta: sicut scriptura dicit, Praecipit & iudicia iusta. Et esse nisi recta, quia expositio iusti est rectum, est namque seruitium in quo non est labor, neque recessus a lineae rectitudinis: sed omnia sunt secundum ordinem, nec est in eis decertatio quae inducat concupiscentiam vel voluptatem ut diminuat perfectio hominis in moribus suis, vel in speculatione sua. Cum vero loquemur in libro isto in rationibus praceptorum depurabit tibi rectitudo quae est in eis, & sapientia secundum quod opportunum erit ut ostendatur. Propter hoc dixit Dauid, Lex domini perfecta. Quicquid vero dicit quod seruitium eius graue est & durum & laboriosum valde: totum istud error est apud intelligentes. Ostendat vero postea quod leue est apud perfectos. Vnde Moy ses, Quid requirit a te dominus deus tuus nisi ut timeas dominum: Istud totum non fuit dictum nisi bonis. Homines vero mali & superbi atque violenti: scis tu quod maximum malum quod potest eis euenire est cum praeposunt sibi iudices & praepositos qui prohibeant eis ne malefa-

cient. Similiter luxuriosis grande malum videtur cum prohibetur eis fornicatio: vel cum puniuntur pro suis malis operibus: sicut etiam valde graue est homini minus intelligenti cum prohibetur ei quod ipse eligit secundum nequitiam morum suorum. Nos vero non debemus ponderare leuitatem vel onus praceptorum secundum concupiscentiam hominum malorum deficientium in bonis moribus: sed oportet ponderare & probare perfectionem secundum perfectum hominem: quoniam intentio legis istius est ut omnes homines sint ille homo. Haec autem lex sola est quae vocatur domini: quae autem sunt praeter illam in regimine & legibus ciuitatum, omnia sunt opera hominum rectorum & castigantium non prophetarum sicut praediximus.

## Quare consuetudo sit potentissima. Capitulum XLI.

**O**stendimus iam in fine demonstrationis quod natura hominis trahitur post consuetudinem ciuitatis: quia natura ipsius inducit eum ut conueniat cum aliis hominibus propter necessitates suas. Non est autem homo sicut & cetera animalia quorum coniunctio non est propter necessitates suas. Propter compositionem vero quae fuit in hac specie vltimo composita: sicut scis, fuit magna diuersitas inter eius singularia, adeo quod non inuenies duos homines omnino consentientes in moribus. Sed nec inuenies formas eorum manifestas sibi conuenientes, huius autem rei causa est diuersitas compositionis. Idcirco variantur accidentia quae sequuntur formam: quoniam qualibet forma naturalis habet propria se comitantia praeter accidentia quae materiam comitantur. Non inuenietur autem ista diuersitas magna quae est in hominibus in aliqua specie animalium irrationalium: sed diuersitas quae est in singularibus cuiuscumque alterius speciei animalium est vicina sibi, praeterquam in specie hominum: adeo quod inuenies duos homines differetes in moribus, sicut si essent duarum specierum: ita quod fortitudo vnus occidere aliquem serpentem: & debilitatur anima eius in hoc, hoc idem contingit in pluribus accidentium. Quia vero stat in natura hominis de necessitate necessaria coniunctio, non fuit possibile vilo modo ut perficiat hominum coniunctio & conuenientia nisi per rectorum quod concordet & ordinet opera eorum, & suppleat defectus, & diminuat excessus, & imponat leges operibus & moribus, ut ea omnes operentur semper per eandem viam: donec occultetur diuersitas magna naturalis sub dispositione ordinata: & tunc varietates omnium erunt ordinatae. Ideoque dico quia lex licet non sit naturalis, conueniat tamen in legibus naturae: & est ex sapientia Dei ad firmandam speciem istam secundum quod placuit ei essentia ipsius: & dedit in natura eius ut habeat in singularibus suis potentiam regiminis, quorum quoddam mittitur a Creatore cum regimine illo: & ipse est propheta qui fundat mores & leges. Est etiam aliquid eorum quod habet potentiam compellendi homines ad faciendum quod propheta praecipit: & ut sequatur verba eius: & operetur secundum ipsa. Et iste est rex qui credit leges illas: qui vero credit se esse prophetam, & credit in legem alterius prophetae totam vel in partem, eius demonstrabit partem illarum legum: Alteram vero partem dimittet: vel quia hoc erit ei leue: vel ostendet quod verbum istud peruenit ad ipsum in prophetia: & in ipso non sequitur alium per viam inuidiae & iactantiae. Est enim aliquis homo cui placebit aliqua perfectio & diliget ipsam: & volet ut putent homines quod in ipso est illa perfectio: licet ipse sciat quia non est in ipso, si cut videbis multos qui iactant se esse inuatores cantilenarum, & hereditat carmina aliorum: hoc ipsum factum est in parte aggregatiōis scientiarum & in singularibus scientiis quando veniunt in manus alicuius inuidi, & videt ea quae alius de nouo inuenit per se: & dicit quod ipsemet inuenit. Similiter igitur contingit in perfectione prophetiae: quia inuenimus quosdam qui iactauerunt se esse prophetas: & dixerunt quod nunquam locutus est Deus, sicut Sedechias: & inuenimus alios qui dicunt se esse prophetas: & dicunt verba quae locutus est Deus. Verba prophetarum non sua sed aliorum: sicut Ananias filius Azur: & haereditauerunt illa: & per ea composuerunt mores hominum. Scientia vero istorum omnium nota est. Ego autem addam tibi hoc ut non labores in aliquo: & habebis discretionem per quam discernes inter regimen legum factarum, & regimen earum quae mittuntur verbis prophetarum, & credit in eis, & haereditat illa. Non est autem necessaria demonstratio in legibus quas fecerunt sciri conditores sui, quas inueniunt de corde suo: quoniam consentiente aduersario non indigemus teste. Faciam vero te scire regimina de quibus dixerunt quod sunt prophetiae vere spirituales: quarum etiam quaedam sunt quasi leges: quaedam vero sunt hereditate & ab aliis acceptae. Cum autem quoniam sit finis earum & intentio rectorum ipsarum qui ordinauit opera earum: inuenimus quod est dispositio ciuitatis & negotiorum ipsarum ut tollat superbiam & dānam: & quod non sit in eis consideratio verborum speculationis, nec ut apponamus in eis mentem ad perfectionem virtutis rationalis: nec credulitates vtriusque sint vere vel dubitabiles: sed intentio est ordinare diuersos

Natura hominis trahitur post consuetudinem ciuitatis. Diuersitas in compositione est causa diuersitatis in moribus. Quilibet forma naturalis habet propria se comitantia. Ad coniunctionem hominum necessaria est alia quae rectorum. Lex non est naturalis. De prophetia De ortu regni.

De iactatione

Finis legis ciuilitatis est dispositio ciuitatis.

mores hominū quocūq; modo melius hoc possit fieri: & q̄ cōsequatur cōmodū aliqd̄ de con-  
filio rectoris illius. Qd̄ si ita est, scies q̄ lex illa cōstituta est, q̄ fundauit eam, sicut prädiximus  
est de societate terrē speciei. s. de perfectis in virtute imaginatiua solummodo. Cū aut̄ inueni-  
ris legem & intellexeris omnia quæ cōtinentur in ea intende quid continetur in ea de disposi-  
tione corporalium morū, & de dispositione fidei: & si est eius intentio fides Creatoris in prin-  
cipio & sciētia angelorum: & si intentio eius est docere homines, & facere illos scire & docere  
corda eorum, donec sciatur vniuersum esse in veritatis forma. Tūc ergo scies q̄ regimē illud  
est a creatore: & q̄ illa lex est spūalis. Restat etiā vt scias vtrum ille qui talia loquitur cui sic  
locutus est Deus: vel si facit se heredem bonorum alterius. Via vero probationis huius rei est  
intelligere perfectionem talis hominis: & diligenter inquirere opera ipsius, & attēdere ad mo-  
res. Signa vero certiora quæ demonstrant ipsum, sunt elongatio corporalium voluptatum, &  
q̄ non apponat cor suum in illis: quoniam ille est primus graduum hominum sapientum: &  
præsertim prophetarum. Præterea sensualitas nostra quæ est nequitia nostra, sicut dixit Ari-  
stoteles, & præcipue inquinatio fornicationis. Et idcirco reuelauit creator malitiam omnium  
qui se constituēbant heredes prophetiæ non suæ vt manifestaretur veritas credētibus: neq; in-  
ducerent homines in errorē, neq; deciperent alios. Nōne vides quomodo Sedechias & Achaz  
se constituerunt heredes prophetiæ: & traxerunt homines ad se, & prophetauerunt prophe-  
tā quæ facta fuit ad alios, non ad ipsos: & scelus grande quod cōmiserūt cū vxoribus alienis,  
donec creator detexit eos, sicut & quosdā alios: & cōbussit eos rex Babylonis, sicut ostēdit Hie-  
remias, dicens: Fornicati sunt cum vxoribus proximorum suorum: Intellige ergo istud.

## De statu prophetiæ in actu prophetandi. Capitulum. XLII.

**N**on est necessarium ostendere quæ sit ratio somni: visio vero est, sicut scriptura dicit,  
In visione me notum facio illi. Et ista visio prophetiæ vocatur etiam manus domini,  
id est spiritus domini, vel potentia domini: & iste status terribilis qui contingit pro-  
pheta cum vigilat, sicut manifestum est in Daniele, cum dixit: Vidi visionē magnam, & non  
remansit in me virtus, & dixit. Obdormiui ego super faciem meam: & facies mea in terra. Sed  
collocutio angeli cum eo quando ipsum erexit, tota fuit in visione prophetiæ. In huius vero  
statu quiescunt status ab operationibus suis: & descendit splendor prophetiæ super virtutem  
rationalem: exinde diffunditur super virtutem imaginatiuam donec perficitur & operatur  
operationes suas. Principium vero prophetiæ erit in visione: postea vero augmentabitur ti-  
mor & pauor qui sequitur perfectionem operationis virtutis imaginatiuæ: tūc autem veniet  
prophetia sicut venit ad Abraham: quia in principio prophetiæ dixit, Verbum domini factū  
est ad Abrahā in visione. In fine vero dicit, Sopor irruit sup Abrahā. Deinde seq̄. Dixit Abrahā.

**De diuersi-  
tate in p̄ci-  
piendo pro-  
phetiam.** Scito q̄ prophetarum qui dicuntur prophetasse, quidā dicitur locutus cum angelo, alii vero  
dicitur locutus fuisse Deus: licet omnia fuerunt facta mediantibus angelis. Dixerunt siquidē  
sapientes, quia qd̄ dictum est dixit dominus ad talem vel talē: hoc fuit per manum angeli. Sci-  
to autem q̄ vbiq; legitur in scriptura q̄ locutus est angelus cum aliquo: vel q̄ factum est  
verbum domini ad aliquem: hoc nullo modo fuit in somnio vel visione pphetiæ. Inuenimus  
autem q̄ sermo qui prouenit ad prophetas, sicut dicitur in verbis prophetiæ quadripartito  
diuiditur. **Via prima** est cum propheta dicit q̄ sermo talis peruenit ad ipsum ab angelo in  
somnia vel visione. **Via secūda** est cum narrat angeli verba solummodo, nec exprimit q̄ istud  
fuerit in somnio vel in visione, quia innititur super eo qd̄ notū est: quia nō est nisi altero isto  
rum modorum: sicut scriptura dicit, In visione ostēdo me illi, In somnio loquor in illo. **Via tertiā**  
est, cum nullo modo facit mentionem de angelo: sed dicit quia creator locutus est ad  
eū sic, quia tūc exprimet q̄ in visione vel in somnio. **Via quarta** naturalis quādo propheta dī-  
cit verbum præcisum quod locutus est ei dominus: vel dixit ei, Fac istud, vel dic istud, non ta-  
men facit mentionem angeli vel somni: & innuitur super eo qd̄ somnium: quia nō venit pro-  
pheta nisi in somnio vel visione: vel mediante angelo. Secundum viam primam est illud quod  
scriptum est, Angelus domini dixit ad me in somnio Iacob, & item, Dixit angelus ad Balaā.  
Secundū viam secūdā est illud qd̄ dictū est, Dixit angelus ad Iacob, Surge & ascēde in Betel.  
Secundū tertiā viā, & dixit ad eū dñs nomē tuū Iacob: & dixit dñs ad Noe: Vocauit angelus  
domini Abraham in visione. Secundum viam quartam est illud quod scriptum est, Dixit do-  
minus ad Abraham, Dixit dominus ad Iacob: reuertere ad terram patrum tuorum, & dixit

Dominus ad Iosue: & dixit dominus ad Gedeonem, plures autem eorum ita loquebantur. Di-  
xit dominus ad me, Factum est verbū domini ad me, Spiritus dñi fuit sup me, & multa talia.  
Omnia vero quæ veniūt secundū aliquā prædictarū quatuor viarū sunt pphetiæ: & q̄ talia di-  
cunt pphete nuncupant. Qd̄ aut̄ dicit, Dominus venit ad illum in somnio noctis, nō est pro-  
phetia villo modo: nec ille homo ppheta est: sed venit ad ipsum aliqua cautela a Deo: & fecit  
scire q̄ illa cautela fuit in somnio: quoniam sicut Creator facit motū vnius hoīs vt alius eua-  
dat vel moriatur: ita est causa renouatiōis aliquarū rerū quas voluit Creator renouare in vi-  
sione somni. Non est enim dubium apud nos q̄ Laban malus erat in fine malitia: & idolola-  
tra, & Abimelech similiter, licet bonū se ostenderet. Abraham siquidem pater noster dixit de  
hominibus regni eius, Timor domini non est in loco isto. De illis vero dictum est, Venit dñs  
ad Laban Acanitā in somnio noctis. Intellige igitur nunc præminentia quæ est inter somniū  
noctis, & visionem noctis. De Iacob enim legitur, Dixit dominus Israeli in visione noctis. Ad  
Laban vero & Abimelech legitur, In somnio noctis. Et idcirco exposuit Angelos, Venit mada-  
rum coram domino: & non dixit reuelatum est coram domino. Potest autē inueniri scriptū,  
Dixit dominus ad talem vel talem: nec loquitur cum ipso: nec tamen vnq; peruenit ad ipsum  
pphetiæ: sed dictū ad ipm p manū pphete, sicut dictū est: Iū vt quæretet dñm qd̄ est dicere,  
iuit vt quæretet scholā Heber: & respōsum est ei. Vñ & dictū est, Dixit dñs ad illā, licet dictū  
sit in alio loco, Dixit dñs ad illā p manū angeli. Et erit expositio huius loci q̄ Heber ipse est ange-  
lus: quia propheta vocatur angelus, sicut explanabimus postea. Vel innuitur in hoc q̄ ange-  
lus venit ad Heber cum ista prophetia, vel erit istud vt faciat sciri q̄ vbiq; sermo attribui-  
tur Creatori præcise, hoc fit angelo mediante, sicut & in aliis proph. tiis.

Q̄ ppheta  
vocatur an-  
gelus.

## De prophetia per similitudinem. Capitulum. XLIII.

**N**am ostendimus q̄ vbiq; fit mentio de visione angeli, vel de ipsius locutione, non  
est nisi visio pphetiæ vel somni: siue sciatur ex ipsa scriptura, siue non: sicut præmi-  
simus. & intellige istud bene: nec refert siue dicat primo q̄ viderit angelum, siue pla-  
num verborum sit in principio q̄ reputauit ipsum hominem: & postea sciuit q̄ esset ange-  
lus. Ex quo igitur inuenieris q̄ ille qui apparuit & locutus est cum illo fuit angelus: scies q̄ a  
principio rationis fuit prophetia vel signum prophetiæ: quoniam in visione prophetiæ vel  
somnia pphetiæ videbit propheta Creatorem aut acsi videret Creatore: & loquet̄ in eo, sicut  
ostēdem⁹. Et p̄t esse q̄ videbit angelū q̄ loquit̄ cū ipso: vel audiet vocē loquētē: & postea fiet ei  
manifestū q̄ ille qui loquebat̄ erat angelus. Et secundū ista & ipsis similia in rationibus prophe-  
tiæ dicit q̄ vidit hoīem loquētē & faciētē vel vt faciētē: & postea sciet q̄ erat angelus. Ad hāc  
ergo principalitātē magna fuit mēs sapiētū: & honorabilior honoratis inter ipsos. Ipse est Rabi  
Hoia maior in eo q̄ dixit, Apparuit dñs ad motē Mambre: quia cū posuit rationē commu-  
e q̄ Creator apparuit ei, incepit ostēdere quō fuit reuelatio gloriæ: & dixit quia primō vidit tres  
hoīes, & occurrit eis, & locuti sunt ei, & ipse respōdit eis. Dixit aut̄ ille homo qui excogitauit  
hanc opinionē: quia illud qd̄ dixit Abrahā, Adonai si inueni gratiā coram oculis tuis, non per-  
trāseas serui tui: quia hoc est variatio eius qd̄ dixit in visione prophetiæ, & vni illorū, & ma-  
iori inter illos dixit. Tu aut̄ intellige rationē istā, quia est secretū secretorū. Eodē modo dico in  
Iacob in eo q̄ dicitur, Luctatus est vir cū eo, quia istud fuit in visione pphetiæ, sicut ostensum  
est in fine q̄ angelus fuit. Est autē sicut & ratio de Abrahā: quia præmisit scriptura verba cōia,  
vt ostēderet qualiter acciderit. Similiter etiā in Iacob dixit, Obuiauerūt ei angeli dñi, & postea  
dixit quis ascēderit primo donec obuiauerūt ei, & dixit, misit nūcios & fecit sic & sic: & reman-  
sit Iacob solus: & luctat⁹ est vir cū eo, & isti sunt angeli dñi de qb⁹ dictū est primo. Obuiaue-  
rūt ei angeli dñi: & ista collocutio & luctatio cū eo, istud fuit in visione pphetiæ. Eodē mō quoq;  
ratio oīm verborū Balaā et verba asina causa ista fuerūt in visione prophetiæ: quia scitū fuit in  
fine q̄ angelus locutus est cum eo. Item dico in Iosue, Leuauit oculos suos et vidit, et ecce vir  
stans circa eum: quia hoc fuit in visione prophetiæ, sicut dixit in fine rationis, Ego  
princeps exercitus domini. Q̄ autē dictum est, Ascēdit angelus domini de Galgal, et fuit ac-  
si loqueretur angelus Domini verba ista ad omnes filios Israēl. Dixerunt sapientes q̄ ille an-  
gelus fuit Phinees, de quo dicitur q̄ quando gloria et Spiritus sanctus quiescebat super eū  
videbat angelus Domini. Et iam ostendimus q̄ nomē angeli equiuocū est: et q̄ ppheta vocat̄  
angelus, sicut scriptura dicit: Misit angelum et eduxit vos de Aegypto, sicut dixit Aggeus.

angelus dñi p nuncio dñi: & itē, Illudebat angelis dñi, i. nunciis. Dixit etiā Daniel vt Gabriel. Quē vidi primo in visione. totū istud fuit in visione prophetie: & non ascēdat in cor tuū q̄ sit angelus sic vel auditus verbi angeli, nisi in visione vel somnio prophetie, sicut fundatum est in scriptura. In visione ostendo me illi, & in somnio loquor ei. De iis autē quae dixi potes intelligere illa quae nō dixi. De his autē quae prāmissimus in ratione illorū quae necessaria sunt ad prophetā, & de equiuocatione huius noīs angelus scire poteris q̄ Agar Aegyptia nō fuit propheta, nec Menach, nec vxor eius: sed verbū quod audierunt vel intrauit imaginationē ipsorū sine filia vocis, de qua mētionem faciunt saepe sapiētes. & est res quae contingit homini qui non est preparatus ad prophetiam. sed in hoc inducit errorē equiuocatio nominis. Hęc autem est principalitas, quae remouet plures dubitationum quae sunt in lege. Attende vero ad illud qd̄ scriptura dicit. Inuenit eam angelus domini super puteum aquae, sicut dictum est in Ioseph, Inuenit eum vir arantem in agro. & dictum est a sapientibus q̄ fuit angelus.

## De similitudinibus & speciebus pphetiae in visione vel in somnio. Ca. XLIII.

**Q**stensum est iam in libro nostro q̄ pphetae pphetizant per viā similitudinis: quia vident rem similitudināris: & exponit eis ratio similitudinis in ipsa visione pphetiae: sicut qui videt somniū, & videt sibi q̄ expergefiat, & narrat somniū alii qui interpretatur ei somniū. Sunt etiā quaedā somnia quorū est signatio scientiae postq̄ somniās fuerit expergefactus. Similiter se habet similitudines pphetie: quia pōt esse q̄ exponit ipsarū rationes in visione pphetie, sicut ostensum est in Zach. cū diceret, Post similitudines suas reuersus est angelus qui loquebat in me, & docuit me sicut illū q̄ euigilat a somno suo: & dixit mihi, Quid tu vides: & postea exposuit similitudinē: sicut etiā ostensum est in Daniele: & diceret Daniel Vidit somniū & visiones capitis sui super lectū suū. Postea dixit expositionē omniū similitudinū, postea narrauit magnā tristitiā suā, quia nesciuit expositionē ipsarū & interpretationē earū donec rogauit angelū & fecit enūciare signationē earū in eadē visione. & hoc est qd̄ dixit, Accessi ad vnū de stātibz, & quaesui ab eo veritatē super his oībz, & respōdit mihi, & fecit me scire interpretationē verborū: & vocauit nomē illi⁹ rōnis pphetiā postq̄ pdixerat se vidit se somniū. Et exposuit ei angelus sicut dixit in somno prophetiae. hoc est etiā qd̄ dixit postea, Apparuit mihi Danieli prophetia post illud qd̄ primo apparuit mihi, & ostēdit q̄ ambę visiones sunt vna ratio. Iam vero diximus q̄ non est via tertia prāter duas vias de quibus lex locuta est. In visione ostēdo me illi: & i somnio loquor illi. Sed pphetia gradus habet sicut postea ostēdemus. Sunt etiā similitudines multę pphetarū, quarū ratio nō exponit in visione prophetie: sed cū expergefit, scit propheta quae fuit mens, sicut virgāe quas vidit Zacharias in visione pphetiae. Scito etiā q̄ sicut vident pphetae quaedā res, & sunt similitudines, sicut candelabra Zachariae, & equi, & mōtes, & volumē libri Ezechielis: & murus plumbeus quem vidit Amos, & bestie quas vidit Daniel, & olla feruens quam vidit Hieremias, & similia istis in quibus omnibus est mens, scilicet similitudo, non alia res: ita etiam vident res in quibus est intentio illud quod signat nomē Dei in se ex parte decisionis nominis qd̄ sumptū est ab alio, vel equiuocationis nominis. Et videtur q̄ operatio virtutis imaginatiuā est reuelatio nominis equiuoci: & accipit probationem ex vna rationum suarum super alia ratione. Hęc est etiam vna de speciebus similitudinū, sicut Hieremias dixit: Virgam amygdalinā ego video, & fuit intentio eius ostēdere equiuocationē saqed. i. amygdali, & dixit, Quia vigilabo ego sup verbo meo vt scia illud. Istud autē non est de ratione virgāe, neq̄ de ratione amygdali, sic etiam vidit Amos fructuum calathum, fructuum estiuorum, vt acciperet probationem ex hoc super temporis complemento: & dixit in expositione sua, Finis appropinquat. Accidit etiam qd̄ magis mirabile est q̄ predicta, quod est immutatio secreti in nomine: litera autē ipsius nominis sunt litera alterius nominis in permutatione ordinis sui: licet vnum nomen sit decisum ab altero: nec est inter ea ratio aliqua participatiōis, sicut inuenies in similitudinib⁹ Zachariae, cū acciperet duos baculos ad pascendū oues in visione prophetiae: & vocauit nomen vnus pulchritudo Naan, & nomen alterius Obliu: & fuit mens huius similitudinis q̄ gens illa in principio suo fuit pulchra corā domino: & Creator fuit ductor eius, & ordinator eorum quae ad ipsam spectabant: & ipsa letabatur in seruitio eius, & placebat Creatori, & diligebat eum, sicut scriptura dicit, Ad Dominum erexi te hodie. Et iterum, Dominus erexit te hodie. Tunc etiam Moyses erat dux eius & doctor ipse: & secuti sunt eum. Postea vero mutati sunt mores eius,

& abominatum est seruitium creatoris: & ipse abominatus est eam: & erat dux eius obliui, sicut Roboam & Manassen. Obliu autem est verbum dictum a demoliendo. Postea vero induxit probationem de verbo obliui, dicens q̄ abominati sunt legem domini: & dominus eos. Hęc autem ratio non est decisa de obliui nisi cū permutatione ordinis trium literarū. Dixit autē i rōne abominatiōis, Anxiata est aīa mea i illis: & aīa eorū abominata est mei: & cōuertit has de balal: & fecit ex ipso habal. Secundū ergo hanc viam inueniunt verba mirabilia valde: & sunt secreta similia verbis quae inueniunt in mercava Ezechielis, & in quibusdā aliis locis. Cum autē inquisieris diligenter super illis, declarabuntur tibi ex virtute huius verbi postq̄ docui te. Scito q̄ prophetia erit in visione vel in somnio, sicut ostendimus, nō oportet vt semp̄ repetamus, sed modo dicemus q̄ cū propheta prophetat, pōt esse q̄ videbit similitudinē, sicut ostendimus: sicut pōt etiā esse q̄ videbit gloriā Dei in visione prophetie: & loquet̄ cū eo, sicut dixit Esaias. Audiui vocē Dñi dicētis, Quē mittā, & qs̄ ibit vobis: Pōt etiā eē q̄ audiet angelū q̄ loquet̄ cū eo, & multi sunt tales, sicut dictū est. Et dixit mihi angel⁹ dñi, & dixit ad me. Ignoras q̄ sunt isti: & rōdit ei q̄ loquebat̄ i me: & audiui quēdā sanctū loquet̄. & lōgū eēt enumerare tales. Pōt etiā esse q̄ ppheta videbit hōiem loquet̄ secū, sicut dixit Ezechiel. Et ecce vir cui⁹ aspectus sicut eris: & locutus est ad me vir. Postq̄ aperuit verbū, fuit super me prophetia dñi. Potest etiam contingere q̄ propheta non videbit formā: sed audiet vocē loquentē sibi in visione prophetiae: & vocantē ipsum, sicut Daniel, Audiui vocē hominis. Job, Susurrū & vocē audiuit. Et sicut dixit Ezechiel, Audiui illū qui loquebatur ad me. Illa enim ratio quā cōsecutus est in visione prophetiae, nō est illud qd̄ locutus est cū eo: sed separauit illā rationē mirabilem & profundam quā fecit sciri quā cōsecutus est: & incipit in ratione prophetie: & dixit, Audiui illū qui loquebatur ad me. Postq̄ vero prēmisi distinctionē istā sup quā testificat scriptura: dicam q̄ verba illa quae audit propheta in visione prophetie, putat q̄ est sonus magnus valde, sicut qui somniat q̄ audit tonitrua magna, vel grandinē magnā: potest autē esse q̄ audiet in visione pphetiae: sicut audit verba consueta & nota. Et hoc manifestū erit tibi ex rōne Samuelis pphete: quia cū vocauit eū Deus p viā pphetie, putauit q̄ Heli sacerdos vocabat eū: & istud fuit vsq̄ tertio. Postea vero scriptura exposuit rationē in hoc: & dixit quia cū induxit eū vt putaret q̄ Heli vocauerat ipsum, fuit quia non erat cōsuetum vt sic fieret ad prophetas: neq̄ secretum istud fuerat scitum. Et propter hoc dixit Samuel anteq̄ sciret dominum & anteq̄ reuelatum esset ei verbum domini: qd̄ est dicere q̄ ipse nesciebat, neq̄ reuelatum fuerat ei secretū istud, q̄ hoc mō posset esse verbū dñi: qd̄ autē dictū est anteq̄ sciret dñm, hoc est dicere q̄ ipse nō habuerat ante pphetiā: qm̄ de illo q̄ debebat pphetizare dictū est. In visione me ostendo illi, & erit expositio versus secundū suam rationē. sic erit genus pphetie secundū hūc modū,

## De prophetiae gradibus. Capitulum. XLV.

**Q**ostq̄ prāmissimus expositionē veritatis pphetiae secundū q̄ exigit speculatio cum eo qd̄ ostēsum est in lege nostra, necesse habem⁹ dicere gradus pphetie secundū istas duas principalitates. Scito autē q̄ nō oīs q̄ aptus est ad aliquē istorū gradū q̄ dicunt gradus pphetie, est ppheta, qui enī puenit ad gradū primū vel secundū inter gradus pphetie, nec numerat̄ inter pphetas, nec est de vniuersitate pphetarū, de quibus verbis prēmimus: licet aliqs̄ talis vocatus sit ppheta: hoc enī de eo cōiter dicit, quia est ppinquus pphetis. Non te decipiant gradus isti: quia inuenies in libris pphetie: quia pphetia eueniet alicui pphete secundū aliquē istorū graduum: & potest esse q̄ intelliget in se ppheta q̄ illa pphetia euenit ei secundū modū alterius gradus: quia potest cōtingere q̄ pphetia vnus ppheta: eueniet secundū modū gradū quos subiungam, & eueniet eidem alia pphetia secundū modū gradus minoris gradu primę pphetie. Propheta nāq̄ non semp̄ pphetizat: sed quādoq̄ pphetizat, quāq̄ pcedit in ipso pphetia. Similiter quādoq̄ pphetizat in forma gradus excelsi: postea vero pphetabit alia vice in gradu inferiori illo. Potest etiā cōtingere q̄ in omnibus annis vitæ suae nunq̄ perueniet ad illum gradū sublimē nisi semel: & postea phibeat ab eo, & remanebit in illo gradu inferiori: donec auferetur ab eo prophetia, quoniam nō potest esse quin prophetia auferatur a propheta ante mortē suam: vel prope vel longe, sicut ostēsum est in Hieremia cum dicitur, Quoniam finitū est verbū dñi de ore Hieremie, & sicut inuenim⁹ in Dauid vbi dicit, Ista sunt verba Dauid nouissima, eadē rō est i oībz. Postq̄ vero pmissi ista, incipiā dicere grad⁹ quos debeo nūerare. Primus gradus ipse est principiū gradū pphetiae, verbi grā, si sit aliqs̄ hō qui habeat aim &

Samuel

Samuel

Prophetia semp̄ auferatur a propheta ante mortē ei⁹.

Primus gradus,

audaciam specialem quae moueat & doceat ipsum ad aliquid faciendum quod sit rectum & honorabile: sicut est ut euadant boni homines de manibus impiorum, vel ut euadat bonus homo honoratus, vel ad inducendum bonum super multos: & inueniet in anima sua preceptorē qui reddat eum cautum ad istud faciendum, & hic vocatur spiritus domini. Ille vero cui euenerit istud, dicitur de eo quod prophetizat super eum spiritus domini, vel induit eum spiritus dñi, vel requieuit super eum spiritus domini, vel dominus fuit cum eo, & istis similia. Iste autē fuit gradus iudicum Israel, de quibus vniuersaliter dictum est, Suscitauit eis dominus iudices: & fuit dominus cū ipsis iudicibus: & saluauit eos de manibus inimicorum. Hic etiam fuit gradus omnium principum bonorum in Israel. Istud autem ostensum est proprie in quibusdam iudicibus & regibus: sicut dictū est, Spiritus domini descendit super Effra. Et de Sampsonē dictū est, Profecit super eum spiritus domini. & de Saule dictum est, Profecit spiritus domini super Saul cum audiuit verba illa. Sic etiam dictū est de Amaza, cum venit ut saluaret Dauid. Spiritus induit Amaza. Scito etiam quod huiusmodi potentia nunquam recessit a Moysē magistro nostro a tempore iuuentutis suae. Et idcirco interfecit Aegyptium. De magnitudine vero huius potentiae quae fuit in ipso, & in hora metus sui & fugae: cum peruenit ad terram Madian ipse solus & timens, cum vidit quiddam superbe fieri, non potuit sustinere: & festinauit ut tolleretur sicut dictum est. Surrexit Moyses & saluauit eas. Similiter illa potentia fuit in Dauid a tempore quo vnctus est oleo vnctionis: sicut scriptura dicit, Profecit spiritus domini in Dauid a die illo deinceps: & ideo confortatus est cor eius ut interficeret leonē & vrsū & Phylisteum. Hęc potentia, quae vocatur spiritus domini, non docuit aliquem istorū ubi loqueretur verba prophetie: sed finis huius potentie fuit instruere aliquē ad aliquod opus: sed non ad quodlibet opus sed ad saluandū oppressum vel iniuriatum: vel aliquem honoratum: vel vniuersitatē alicuius gentis: vel aliquid ex quo ista proueniāt. Sicut ergo non omnis qui videt somnium verū, est propheta: similiter non dicitur de quocūque qui habuit auxiliū istud ad quocūque opus, sicut ad acquirendum diuitias, vel aliqua alia necessaria: quod fuerit spiritus domini cū eo: vel quod operatus est opus suum cum spiritu suo. hoc autem dicitur de illo qui fecerit alicui aliquod bonum principū unde reddi debeant multae gratiae: vel aliquid unde proueniat illud, sicut profectus Ioseph in domo Aegyptii: quod fuit causa principii ad multa magna & sublimia quae post ea acciderunt, sicut notū est. Secundus gradus est quod inueniet homo aliquid quod intrat in cor eius: & potentiam aliam praeter potentiam naturalem quae descendit super ipsum: & docet eum ad loquendum, & loquitur in scientiis, vel laudibus Dei, vel in verbis vtilibus, vel in rationibus compositionis morum, vel in rationibus spūalibus. Et totum istud erit in vigilando sensibus exercentibus operationes suas, sicut solent. & ille est de quo dicitur quod loquitur cū spiritu sancto. Cū isto ergo spiritu & cū sibi simili cōposuit Dauid Psalteriū, & Salomon cōposuit Parabolas, & Ecclesiastē, & Cātica cāticorū. Sicut quoque Daniel, & Iob, & liber Paralipomenon, & alia scripta quae cōicāt cū istis, oīa fuerūt cōposita cū hmoi Spiritu scō: & ideo vocatae sūt scripturae sanctae, id est scriptae per Spiritū sanctū. Palā vero dixerūt sapientes quod charta Hester scripta fuit cū spū sancto. De tali autē spiritu sancto dixit Dauid. Spūs dñi locutus est in me: & verbū eius in ore meo. Hoc est dicere, Docuit me ut loquerer verba ista. De tali ergo societate fuerūt. LXX. senes de quibus dictū est, Quia requieuit super eos spūs, prophetarūt, & non cessarūt. Similiter Eldat & Meldat, & oīs sacerdos maior qui portabit purim, & rumim, fuit de coetu isto. hoc est dicere, sicut dixerūt sapientes, Gloria gesebat in eo, & loquebat cū spū scō. De istis etiā fuit Iachariel, de quo dictū est in Paralipomeno, Fuit super eū spūs dñi in populo: & dixit Audite oīs Iuda & Hierusalē hoc verbū dicit dñs. De talib⁹ etiā fuit Zacharias fili⁹ Ioiadē, sicut dictū est de eo, Spūs dñi induit Zachariā filiū Ioiadē sacerdotis: & stetit in populo, & dixit eis, Hęc dicit dñs. Similiter & Zacharias de quo dictū est, Sup Azariā filiū Ader fuit spiritus dñi: & stetit corā Aza: & oīs alius de quo dicta sunt similia istis. Scito etiā quod Balaā de talibus fuit dum bonus erat: & dictum est, Posuit Dominus verbum suum in ore Balaam: idem est ac si diceret quod loquebatur cū spiritu Domini. Et secundum hunc modum est quod ipse dixit de se audiens verba domini. Quod autem necessarium est ut percipias & scias quia Dauid & Daniel de coetu istorum fuerunt: & non de coetu Esaiā, & Hieremiā, & Nathan prophetarū, nec Aiaē Silonitis, nec aliorum similitum ipsis: quoniam Dauid, & Salomon, & Daniel non dixerūt nisi cum spiritu sancto. Quod autem Dauid dixit, Deus Israel dixit mihi, locutus est fortis Israel. Hoc vult dicere quod per manum prophetae vel Nathan vel alterius confortauit

Secundus gradus prophetiae.

eum sicut inuenimus de Rebecca. Dixit Dominus ad illam. Et sicut dictum est, Dixit Dominus ad Salomonē. Quare fecisti hoc, & non custodisti pactum meum? Istud enim sine dubio fuit per manum prophetae Aiaē Silonitis, vel alterius. Similiter quod dictum est, In Gabaon apparuit Dñs Salomoni in somnio noctis. Istud siquidem non fuit prophetia pura: nec sicut illud quod dictū est, Verbum Domini fuit ad Abraham in visione: nec sicut illud quod dictum est, Dixit Dominus ad Israel in visionibus noctis. Nec sicut prophetia Esaiē, vel Hieremiē: quoniam quilibet istorum, licet euenerit ei prophetia: fecit eū scire quod prophetia erat, & quod erat a Creatore. In eo enim quod dictum est de Salomone dicitur in fine, Euigilauit Salomon: & ecce somnium. Similiter etiam in ratione secunda dixit, Apparuit Dominus Salomoni secundo: sicut apparuit ei in Gabaon: de quo manifestum est quia somnium fuit. Iste vero gradus minor est illo gradu de quo dictum est, In somnio locutus est ei. Qui prophetizat in somnio non vocat ipsum somnium aliquo modo postquam prophetia peruenit ad eos in somnio: sed precise dicunt quod illud est prophetia, sicut Iacob fecit: qui cum euigilasset de somnio prophetie non dixit quod esset somnium: sed precise dixit, Vere Dominus est in loco isto. Et dixit, Potens sufficiens apparuit mihi in luce, & testificatus est quod fuit prophetia. Sed in Salomone dictum est, Euigilauit Salomō, & ecce somnium. Similiter etiā Daniel precise dixit, quod ea quae viderat fuerūt somnia: & ipse videbat angelū & audiebat verba eius: & vocabat nomē illius rei somnium. Postquam vero sciuit de illis illud quod sciuit tūc dixit, In visione noctis reuelauit somnium. Et dixit, Vidi in visione mea in nocte. & dixit, Visiones capitis mei terruerunt me. & dixit, Obstupui super visione. Non est autē dubium quod minor est iste gradus quam ille: de quo dictum est. In somnio locutus est ei. Et idcirco gens nostra elegit ordinare librum Danielis: & ponere inter scripturas, non inter prophetias. Propter hoc ergo docui te quod illa ratio prophetie quae conuenit Danieli, & Salomoni: licet viderint in ea in somnio angelū: non tamē inuenerunt quod esset prophetia mera: sed somnium, quod fecit sciri rationū veritate: & est de illis qui loquuntur cū spiritu sancto. Et ille est gradus secundus. In ordinatione etiam scripturarū sanctarū assignauerunt differentiam inter Parabolas & Ecclesiastē, Daniē, & Psalteriū: & chartā Ruth: & chartam Hester. Et dixerunt quod omnia ista scripta fuerunt per Spiritum sanctū. Licet autē istud ita sit, generaliter tamen isti vocati sunt prophetae. Tertius gradus ipse est principium graduum secundum quos dicitur Verbum Domini fuit in me: & similia. Et secundum hoc est quod propheta videbit similitudinē in somnio: & secundum conditiones quas praemisimus in veritate prophetie: & in eodē somnio prophetie manifestabitur ei ratio ipsius similitudinis. s. quae fuerit mēs eius: sicut in pluribus similitudinibus Zachariē. Quartus gradus, Audiet verba in somnio prophetie manifesta, & nota: & non videbit dicentem, sicut contigit Samueli: cum primo venit ad eum prophetia: sicut ostendimus cum de hoc loqueremur. Quintus gradus est cum loquitur ei homo in somnis sicut dictum est in quadam parte Ezechielis, Locutus est ad me. Sextus gradus, cū loquetur ei angelus in somnis. Et iste modus accidit pluribus prophetis: sicut Iacob dixit, Angelus Domini dixit ad me in somno. Septimus gradus, cum videbit in somno prophetie: quasi Creator loquatur cū eo, sicut Esaias dixit, Vidi Dominū, & dixit, Audiui vocē Domini dicentis, quem mittam, & sicut verbū Micheę quod dixit, Vidi Dominū. Octauus gradus est, Cū veniet ad ipsum verbū Domini in visione prophetie, & videbit similitudinem sicut Abraham inter diuisiones, quoniam ille similitudines fuerunt in die in visione, sicut ostensum est in loco suo. Nonus gradus, Audiet verba prophetie in visione sicut dictum est ad Abraham. Ecce verbum Domini, ad ipsum dices, Non succedet ipse tibi sicut heres: sed qui egredietur de lumbis tuis ipse erit heres tuus. Decimus gradus, Videbit hominē loquentē secum in visione prophetie: sicut Abraham ad montē mabre, & sicut Iosue in Hiericho. Gradus vndecimus, Videbit angelū sibi loquentē in visione: sicut Abraham cum voluit offerre filium suum. Iste vero gradus in oculis meis maior est omnibus gradibus prophetiarū super quibus testificati sunt libri post illa quae necessaria est praemitti in perfectione animae rationalis in homine secundum quod exigit speculatio. De conditione extraximus Moysen magistrū nostrū. Si quaesueris vtrū potest videre propheta in visionibus prophetie quasi Creator loqueretur in eo, istud est longe remotū quantum ad me: & virtus imaginatiua per se non venit ad istud. Hanc autem rationem non inuenimus in aliis prophetis. Et idcirco propalauit in lege: & dixit, In visione facio me scire illi: & in somno loquor illi. Posuit autem loqui in somno solummodo: visioni vero dedit coniunctionem intellectualem, & splendorem potentie suae. Et hoc est quod dixit, Illi facio me scire, & non dixit quod visio ista

Nota de libro Danielis.

Tertius

Quartus

Quintus

Sextus

Septimus

Octauus

Nonus

Decimus

Vndecimus

est audita ex verbo Creatoris. Cum autem inueni plures scripturarum testificantes q̄ audiuit propheta verbum: & ostēdit q̄ hoc fuit in visione: dixi per viam opinionis, oportet q̄ iste sermo quem audiuit sit in somnio: & non erit in tali visione. Et hoc est qd̄ ostendit ei Creator quasi cum loqueretur cum eo. Istud autem totum est scdm̄ planum scripture. Potest autē aliquis dicere q̄ omnis visio quæ est cum auditu verbi, principiū eius erit visio: postea vero anima fixa in re illa. & fiet somnium sicut ostendit nobis: cum dixit: Sopor irruit in Abraham. Et dixerunt sapientes q̄ iste sopor fuit ad prophetiam. & erit omnis sermo auditus quo cūq̄ modo, vel in somnio sicut dixit, In somnio locutus est ei, vel in visione prophetie, vel non apprehendet in eo nisi similitudines vel intelligibilia aliqua adiuncta per quæ comprehendet modos scientiarum: sicut apprehendit per visionem oculi: sicut ostēdimus. Ecce qd̄ dixit in visione facio me illum scire, scdm̄ ultimā expositionem erunt prophetie gradus octo. Excelior autē omnibus illis & perfectior est cū prophetauit in visione ḡnalter: licet loquatur in eo homo: sicut p̄dictum est. Si autem obiecerit mihi dicens. In gradibus prophetie dixisti q̄ propheta audiet Creatoris verba qui loquitur in ipso: sicut Esaias & Michas: & quomodo erit istud cū principalitas fidei nostre testificetur q̄ oīs propheta audiet verbū angelo mediante preter Moysen, de quo dictum est, Ore ad os locutus est Dominus cum eo. Scito q̄ ita se habet res. & meditatio in isto loco est virtus imaginatiua p̄ quam audit q̄ Creator loquitur in eo, in somnio prophetie. Moyses vero audiebat desuper propitiatorium inter duos cherubim nō exercēte operationē suā in eo virtute imaginatiua. Iam vero ostendimus in aggregatione nostra magna istius prophetie gradū: et exposuimus illud qd̄ dictū est, Ore ad os: & qd̄ dictū est, Sicut loquit homo cū amico suo: & similia istis. Tu vero intende in illis quæ ibi dicta sunt, non enim expedit vt repetantur hæc quæ dicta sunt.

¶ Multa quæ dicuntur in prophetiis fuerunt t̄m̄ in visione & non in re. Capitulum. XLVI.

**E**X vno singulari solet accipi probatio super vniuersitatem singulariū eiusdē speciei. & scietur q̄ illud est forma cuiuslibet singularis. Intentio vero mea in hoc verbo est q̄ de vna forma formatū cōprehensionis prophetarū accipietur probatio sup̄ oībus cōprehensibilibus speciei illius. Post hoc autē stramentū scito q̄ sicut homo videt in somnis quia proficiscitur peregre in terrā longinquā: & ibi ducit vxorē & moratur diebus multis & suscipit filiū talem vel talem: ita se habent similitudines prophetie visæ, vel facte in visione prophetie. Quicquid autem exigit ipsa similitudo in dicto vel facto qd̄ propheta facit, vel tēpo ra distincta quæ sunt inter vnū opus & aliud per viā similitudinis: vel morio de loco ad locū, totum hoc non est nisi in visione prophetie: non q̄ sint opera inuenta sensibus manifesta. Rememoratio vero istorum inuenitur in parte librorum prophetie in verbo p̄ciso. Cum enim scitum est q̄ totum hoc fuit in visione prophetie: non fuit necessarium vt repeteret in qualibet parte similitudinis: nec q̄ dicatur quia fuit in visione prophetie, sicut propheta dixit, Dixit Dominus ad me: nec est necesse vt ostendatur quia istud fuit in somnio. Homines vero putant q̄ opera illa & moriones & quæstiones & responsiones q̄ oīa fuerunt in cōprehensione sensuum: non in visione prophetie. Sed ego dicam tibi in hoc qd̄ nullus dubitabit: & inducā postea partem quandā eorū quæ sunt huius generis, de quibus accipies probationem sup̄ illis quæ non dicam. Scito q̄ de manifestis de quibus nulla est dubitatio est verbum Ezechiel, qd̄ dixit, Cū sederē in domo mea & seniores Iuda corā me: sustulit me v̄tus inter cœlū & terrā: & adduxit me in Hierusalē in visionibus Dñi. Simile est illud qd̄ dixit, Surrexi & exiui in campum. Omnia illa fuerunt in visionibus Dñi: sicut dictum est de Abraham, Et duxit eū foras. & hoc fuit in visione. Similiter & illud, Posuit me in medio campo. Istud fuit in visionibus Domini. Et Ezechiel dixit in illa visione in qua fuit adductus ad hierusalē, ecce foramen vnū in pariete: & dixit mihi, Fili hominis fode parietē. & sicut vidit in visionibus Domini q̄ precepit ei vt foderet parietem, & q̄ intraret p̄ eum vt videret qd̄ intus faciebāt: & intrauit p̄ portam, & vidit illud qd̄ vidit: & totum istud fuit in visione prophetie. Simili modo fuit qd̄ dixit, Sume tibi laterem & dormi super latus sinistrum: & fume tibi triticum & hordeū. Similiter etiam qd̄ dixit, Accipe notiaculam & fac eam transire super caput & sup̄ barbam tuam. & totum istud fuit in visione prophetie: sed videbatur sicut si faceret opera illa. Nō oportet autē credere de Creatore q̄ poneret prophetas suos in opprobrium & derisum hominibus

& leuibus & indiscretis: vel præciperet eis vt facerent opera stultorum: præsertim cū essent ibi aliqua in quibus esset transgressio legis: sed oīa fuerūt in visione pphetie. Similiter qd̄ dictum est sicut fuit Esaias, Seruus meus nudus & discalciatus, totum istud fuit in visionibus Domini: sed homines imperfecti sensus errant in istis q̄ propheta narrat q̄ precepit ei Dñs vt faceret sic vel sic, & fecit. Similiter in eo qd̄ narrat propheta: quia p̄cepit ei Dominus vt foderet parietem sanctuarii: & ipse erat in Babylone: & dixit quia fodit. Et istud manifestum est quia fuit in visionibus Domini. Similiter in eo qd̄ dictū est de Abraham: factum est verbū dñi ad Abraham in visione: & dictum est in visione eiusdem prophetie, Eduxit eum foras. & dixit ei, Suspice cœlum. & manifestum est q̄ visum est ei quasi educeret eum de loco in quo erat donec videret cœlos. & dictum est ei, Numera stellas: & procedit narratio sicut tu vides. Idem dico in eo quod dictū est Hieremie: vt absconderet lumbare in flumine Euphrate. Et post aliquos dies iuit vt videret illud: & inuenit q̄ putruerat. Istæ similitudines omnes fuerunt in visione prophetie: non q̄ exierit Hieremias de terra Israel vt iret in Babylone: nec vidit flumen illud. Sicut etiam dictum est Osee. Accipe tibi vxorem fornicatricem: & filios ex fornicationibus. Et omnia ista & nomina quæ imposuit filiis sic natis fuerunt in visione prophetie. Postq̄ manifestum est q̄ illa fuerunt similitudines, non remanet ibi aliquid quod inducat dubitationem: vel inducit hominem ad dicendum q̄ illa fuerunt in veritate: nisi sicut propheta dixit. Erit vobis prophetia omnis sicut verba libri signati. Simile etiam videtur mihi illud qd̄ dictum est de Gedeone in visione eius, q̄ fuit in visione: sed nō in visione prophetie p̄cise, quoniam ipse non peruenit ad gradum prophetarum, nedū ad gradū faciendū signa. Finis autem gradus eius fuit q̄ numeratus est inter iudices Israel. Sapientes autem numerauerunt eum inter homines leuios qui erāt in mundo: sed totum istud fuit in somnio: sicut somnium Abimelech: sicut prædiximus. sic etiam verbum Zacharie qd̄ dixit, Paui oues occisionis: & q̄ quæsiuit mercedem cum debilitate sensus. & q̄ accepit Denarios & proiecit in domum figuli. Omnia ista fuerūt in visione prophetie, quia precepit ei vt faceret, vel in somnio prophetie. & in hoc nulla est dubitatio. In hac autē cōsideratione non decipitur nisi ille cui cōmiserentur possibilis cū impossibilibus. De his autem quæ dixi, accipies probationem in illis quæ nō tetigi. Omnia quidem sunt per viam vnā: & eādē specie in visione prophetie. Et quicquid dicitur in ipsa visione, s. quia operatus est, vel audiuit, vel exiuit, vel locuti sunt ad eum, vel surrexit, vel fedit, vel ascendit, vel descendit, vel mouit, vel quæsiuit, vel quæsitū est ab eo: Omnia in quā fuerunt in visione prophetie. Licet autem multiplicauerint verba in illis quæ prædiximus & descriperint tempora, & expresserint nomina aliquorum hominum: & in locis notis, ex quo apparuerit tibi q̄ illa fuerint similitudo, scito in veritate q̄ hoc fuit in visione.

¶ De prophetiis per metaphoras. Capitulum. XLVII.

**N**on est dubiū qd̄ iam manifestū est q̄ plus de prophetia prophetarū est in similitudinibus: quoniam illa sunt arma virtutis imaginatiue. Similiter etiam oportet scire modum verborum transumptorum & extraneorum. In quibusdam enim verba prophetie intelliguntur scdm̄ illum modū: & nescitur q̄ sint scdm̄ illum modū: vel intelliguntur scdm̄ planum scripture, iuxta positam rationem suam: et ignoratur q̄ sint accommodata & nascuntur ex hoc inconuenientia magna. Et propter hoc dixerunt aliqui, Locuta est lex verba inutilia: & induxerunt ad hoc probationē ex eo qd̄ dictum est Ciuitates magnæ & minuatē in cœlis. Et scdm̄ hūc modū est illud. Aues cœli portabunt illud. & scdm̄ hoc dictum est, Sublimitas eius sicut altitudo cœli. Ista vero inueniuntur frequenter in verbis prophetarum omnium: hoc est dicere verba quæ dicta sunt per viam extraneam non per viam proprietatis et determinatiōis. Non est autē scdm̄ hunc modum quod lex dicit de Og. Ecce lectus eius lectus ferreus: nec est lectus hominis scdm̄ mensuram staturæ ipsius: quia nō est sicut vestimentum qd̄ induit: sed lectus est maior homine qui iacet in eo scdm̄ cōsuetudinem manifestam. Lectus erit maior quantitate Domini fere in tertia parte: ita si lectus fuerit. ix. cubitorum, erit iacens in eo scdm̄ consuetudinem sex cubitorum vel pauciorum. Et qd̄ dictum est ad cubitū viri ei⁹ expositio est hominis de numero aliorum non scdm̄ cubitum Og. quia istud intelligitur scdm̄ q̄ est in pluribus: & scdm̄ hanc rationem. Et q̄ longitudo Og erat sicut longitudo alicuius alterius hoīs vel maior, sine dubio: tamen ille fuit quasi singularis inter singula

ria huius speciei. Quod autem lex dixit, In longitudine dierum vite antiquorum: scito quod ego dico quia illi anni non fuerunt inuenti nisi in illis hominibus de quibus lex fecit merionem. Alii vero homines vixerunt vitam suam naturalem sicut consuetum est. Illa vero nouitas que fuit in illo homine de quo lex fecit mentionem, fuit propter multas causas in regimine suo: vel per viam miraculi, nec est opus ut loquamur in hoc plusquam locuti sumus. Necessarium est ergo tibi ut intelligas verba que dicta sunt per accommodationem seu transumptionem, quaedam enim illorum manifesta sunt sine dubio: sicut illud quod dictum est, Cantabunt coram deo laudem: & omnia ligna sylvarum plaudet manibus: quia istud manifeste similitudo est. Similiter & illud quod dictum est, Arbotes libani acceperunt ad te, transtulit Ionathas potestates adheferunt tibi pingues diuitiis: & posuit hoc similitudinarie secundum illud. Butyrum de armato & lac de ouibus. Huiusmodi vero accommodationes vel transumptiones sunt multe in libris prophetiae: de quorum quibusdam sciunt homines quod sunt elegantia verborum: de quibusdam vero ignorat. Nulli etenim dubium est quia illud quod dictum est, Aperiat tibi Dominus cellarium suum: quod hoc similitudo est: & quod Creator non habet cellarium ad pluuiam reponendam. Similiter illud quod dictum est, Aperuit Dominus portas caeli. Non enim credimus quod in caelo sint portae vel ostia, nisi similitudinarie dicam. & est de genere urbanitatis verborum: sicut etiam oportet te intelligere quod dictum est, Aperti sunt caeli. Similiter & illud, Dele me de libro tuo, & illud, Delebo illum de libro meo, & illud, Deleantur de libro viuantium. Omnia illa sunt dicta per viam similitudinis: vel quod dictum est per viam proprietatis: vel quod dictum est per viam ostendit. Prima ratio expositionis verbi cum disputatione & inquisitione. Et tunc sunt tibi modi omnium prophetarum, & fundabuntur in corde tuo opinioniones intelligibiles dispositae secundum ordinem, acceptae Creatori: quia non placet ei nisi veritas: & non offendit eum nisi falsitas. Sensus etiam tui & cogitationes non laborabunt in credendo opinioniones non rectas & a veritate remotas: de quibus creditur quod sint precepta: sed preceptum non est nisi veritas electa cum intelligitur sicut intelligi debet, sicut dictum est. Iustitia testimonia tua in secula, & iterum, Ego Dominus loquens iustitiam. Per hanc igitur viam effugies ne ascendat in cor tuum quod Creator nullam fecit de opinionibus inepris: quarum quaedam inducunt homines ad blasphemandum Creatorem: quaedam vero diminuunt honorem Creatoris in his que pertinent ad corporeitatem, & in nominibus & in virtutibus operatis, sicut ostendimus, vel putabis quod ipsa verba prophetiae sunt vana. Illud autem ex quo ista accidunt est cum postpositum considerare illa de quibus docuimus te. Istae vero rationes sunt de arcanis legis. Licet autem verba nostra generaliter loquantur, tu tamen poteris ea specificare de facili post illa que promissimus.


## Quod omne nouum habet causam. Capitulum XLVIII.

**M**anifestum est valde quod omne nouum oportet habere causam proximam quae fecit ipsum esse de nouo: & causa ipsa habet aliam causam: & ita procedit donec perueniat ad causam primam. Et ipsa est voluntas Creatoris benedicti. Et idcirco prophetiae quandoque appellunt causas ipsas medias: & attribuunt opus ipsum singulare nouum Creatori: & dicunt quod ipse fecit illud: & totum istud notum est. Nos autem & alii credentium disputatores locuti sumus iam in hoc: & istud est opinio hominum nostrae legis generaliter. Post illud autem quod promisi audi quid dicam in hoc capitulo: & appone cor tuum ad illud: et intellige in eo intellectum separatim plusquam in illis in quibus intendisti in aliis capitulis huius libri. Scito quod omnes causae proximae de quibus renouatur omne nouum, non refert siue sint ipsae causae substantiales siue naturales vel accidentales vel in electione electoris secundum quod accidit, vel quod est dicere sicut in electione hominis super renouatione cuiuscumque rei siue fuerit ipsa voluntas cuiuslibet alterius animalis. Omnia vero talia attribuuntur Creatori in libris prophetarum: & dicitur de ipso opere precise quod Creator illud fecit, vel precepit vel dixit. Et in omnibus huiusmodi inuenitur verbum dicendi, vel mandandi, vel vocandi, vel mittendi. & istud est super quo volui te docere in isto capitulo. Quoniam Creator benedictus secundum quod ipse disposuit, est suscitator illius voluntatis animalis irrationalis. Et similiter ille est qui induxit electionem homini: & ipse est qui naturales res regit & ducit, secundum consuetudinem suam: & ea que eueniunt accidentaliter, sed quasi pars manerie naturalis, & plura ex eis sunt in natura et electione & voluntate. Et secundum illa omnia inducuntur ad dicendum de illis omnibus que sequuntur ex causis predictis, quod Creator mandauit ut ita fuissent facta: vel dixit quod ita essent, Ego vero inducam tibi exempla super

istis. Et de his quae dicentur, sumes iudicium super illa quae non dicentur. Dixit scriptura in eo quod consuetum est semper secundum causas naturales: sicut inueni caram liquefieri per calorem aeris, & aquas maris moueri per ventos, Misit verbum suum & liquefecit eam: & Fecit stare ventum tempore pestatis: & suscitauit vndas suas. Dixit etiam in stringendo pluuiam. Mandabo nubibus ne pluuant. Dixit etiam in his que sunt electionis hominum: sicut in bello alicuius gentis contra aliam, quod suscitauit eam Deus super illam: vel quod instituit unum hominum ad faciendum: damnatum alii licet ille meruerit. Dixit iterum in adducendo Nabuchodonosor & exercitus eius super Hierusalem. Ego mandauit eis cum quibus foedus pepigi, & item, Vocauit seruos meos in ira mea, & dixit ad gentem stabilem mittam illum. Dixit etiam Dauid de Semei, quoniam dehonestauit illum: Dominus dixit ei, Maledic Dauid. Dictum est autem in exitu Ioseph de carcere, Misit Rex & soluit eum. Item dixit cum debent preualere Madian, & parat super ea Zedin. Mittam in Babylonem dispensatores & dissipabunt. Legitur etiam de Helia dictum, Mandauit mulieri viduae ut pascat te. Ioseph vero dixit fratribus suis: Non vos misistis me, sed Dominus misit me. Dictum est iterum in his quorum causa est voluntas animalis: & in illis in quibus instruit se animal de suis virtutibus animalibus. Dixit Dominus Cete, hoc est dicere Creator suscitauit in ipso pisce voluntatem: non quod locutus fuerit ei & fecerit ipsum prophetam. Sic etiam dixit de locusta que venit in diebus Iohelis, multus est nimis exercitus eius: quia multi sunt qui faciunt verbum ipsius. Sic etiam dixit in expansione bestiarum super terram Edon in ipsius desolatione in diebus Sennacherib, Ipse dedit eis illam in sortem: & manus eius distribuit eam in funiculo: licet non fecerit ibi mentionem dicti vel mandati, vel iussionis. Sed ista ratio est de qua potest accipi intellectus ad omnia similia. Dixit in rebus quae eueniunt per accidens in ratione Rebecca, Sit vxor filio Domini tui: sicut locutus est Dominus, & Ioseph dixit, Dominus misit me ante vos. Iam igitur ostensum est tibi quod non est differentia in compositione causarum siue sint substantiales vel accidentales, vel in electione vel in voluntate: & nominant eas istis quinque modis: hoc est mandat, dicit, loquitur, mittit, vocat. Hoc ergo scito & intellige in omni loco: et recedent a te inconuenientia multa. Et manifestabitur tibi veritas rerum in istis quae faciunt multos errare & elogant eos a veritate. Haec igitur sunt verba mea in ratione prophetiae & similitudinibus eius & expositionibus. Et hoc est generaliter quod debuisti tibi dicere de ratione illa in hoc libro. Incipiemus autem loqui de aliis rationibus cum auxilio Creatoris benedicti.

Explicit pars secunda. Incipit tertia.

## Quod sapientes prohibuerunt patefacere arcana legis. Capitulum I.



**I**am ostensum est in aliis locis quod maior intentio in hoc libro est ostendere quod debet ostendi in ratione de Beresit & de Mercaua secundum illud propter quod composui librum istum. Ostendi etiam iam quod verba illa sunt de vniuersitate arcanorum legis. Tu vero scis quod sapientes prohibuerunt & culpauerunt omnem hominem qui patefaceret arcana legis. Exposuerunt etiam quod merces illius qui celat arcana legis, est magna nimis: licet sint manifesta & ostensa magistris speculationis. Hanc autem expositionem attribuunt verbis scripturae, sicut poteris intelligere ex eorum ratione. Vide ubi ipsi dixerunt istud. Iam etiam ostendimus profunditatem rationis de Mercaua: & quod mirabilis est & sublimis a scientia populi. Ostensum est etiam quia illa mensura de tali scientia que manifesta est illi cui aperta est porta per scientiam suam, cautum est in lege ut non doceat aliquem: neque faciat aliquem intelligere nisi ore ad os: & unum in quo sint mores de quibus praediximus: & quod non dicat ei nisi capita rationum solum modo. Haec autem est causa faciens ut sapientia illa praescindatur de gente nostra: adeo quod nihil inuenitur de illa omnino. Et sic necesse est esse quod ex tunc usque modo non cessauit recipi ore ad os: & inculpi ex corde in cor: nec unquam fuit scripta sapientia illa in libro. Postquam ergo res ita se habet, inde habeo consilium ut erudiam te ad illud quod apparuit & ostensum est mihi. Et est



mihī scitum sine dubio illud qđ intellexi de hoc: qđ si dixerō nisi dimittā illud: vel qđ nihil scribam de eo qđ mihī apparuit vt pereat me pereunte, videretur mihī qđ facerem fraudē tibi & omnī intelligētī sine dubio in rationibus legis. Et videret qđ quasi tollerē veritatē ab eo cui conuenit vel inuiderē ei super hereditate sua. Illa vero duo vitia turpissima sunt. Iam vero premisimus qđ accidit de cautela & prohibitiōe sapientum legis in reuelatione secreti huius. Et adiungitur ei illud qđ prudentia requirit. & similiter adiicitur huic qđ ego fui mensurator & collector eius qđ intellexi de hoc: qđ neq; Spiritus factus venit in me vt faceret me scire qđ res illa esset in veritate: neq; recepi ex ore magistri qđ cogitavi in hoc: sed ostendunt mihī versus super eo quos inueni in libris prophetie & verba sapientum cum illis quae ego sciebam de propositionibus speculatiuis qđ res illa est in veritate. Potest etiam esse qđ diuersum vel contrarium est: & erit intentio res alia. Iam vero moui cogitationem rectam & auxiliū spirituale in quadā ratione quā narrabo tibi: quia ego puto qđ exponā tibi illud qđ dixit Ezechiel propheta expositione quā quicūq; audierit reputabit qđ non dixi verbū amplius q̄ scriptura demonstrat: sed quasi transferrem verba de lingua mea in aliam: vel si loquerer ad depurandū rationem plani verborum. Cum vero posuerit cor suum ad illud ille cui cōposui librum istū & intellexerit omnia eius capitula: licet per se consideratione perfecta & intellectu recto patebit ei tota ratio quae est explanata in ipso: et sciatur secretum eius donec nihil latebit ipsum. Ipse autē est finis potentie in esse coniungere commodum qđ afferam vel adducā omni hominī & prohibitionem expositionis arcanorum legis in doctrina partis istius rationis. Postq̄ igitur premisi ista, appone cor tuum ad intellectum ad capitula quae inducam super hac ratione honorabili magna & difficili quae est Tholus & firmamentum de quo pendent omnia & columna super quam omnia sustentantur.

De diuersitate facierum. & qđ homines nominantur aliquando nominibus animalium quibus assimilantur, vt Ezech. i.

Capitulum. II.

**M**orum est qđ sunt quidam homines diuersarum facierum, quorum imagines sunt similes bestiis agri vel aliis animalibus. nāq; videbis aliquem hominem cuius facies videtur facies leonis, alterius vero facies est similis sicut facies bouis: & similia istis. Secundum istas ergo figuras quae aptantur formis facierum bestiarum, vocantur homines sic. Et propter hoc dictum est facies leonis, & facies bouis, & facies aquilae. Omnes namq; sunt facies hominis: sed comparantur formis dictarum specierū. Super hoc autē dūe sunt probationes. **C**Vna est quod dictum est de imaginibus vniuersaliter: & hic aspectus eorum similitudo hominis in eis. Et post dixit qđ vnaqueq; illarum imaginum habebat faciem hominis, & faciem aquilae, & faciem leonis, & faciem bouis. **S**ecunda vero probatio est illud quod exposuit in secunda Mercaua: quam induxit ad exponendum rationes quae erant clausae in Mercaua. Prima quatuor facies animalium habebat. facies vna cherub, facies secunda facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto facies aquilae. Iam ergo fecit sciri quia illud qđ dixit facies bouis est facies cherub: et cherub est puer paruulus: idē est sensus in reliquis duobus: sed omisit dicere facies bouis, vt doceret te super ratione decisionis nominis sicut tetigimus in hoc. Et non oportet dicere qđ forte comprehenderit & viderit alias formas: quā ipse dicit in ratione secundarum formarum. Ista est imago quam videram iuxta fluuiū Tobar. Ostensum est igitur quod incepī ostendere.

Cherub est puer puul<sup>9</sup>

De visione Ezechielis. Capitulum. III.

**D**ixit Ezechiel qđ vidit quatuor imagines: & vnaqueq; habebat quatuor facies & quatuor alas & manus: & forma cōmunis vniuscuiusq; illarum imaginum est in forma hominis. Notum siquidem est qđ manus hominis non fuerunt sic create nisi vt facerent opa artificialia sine dubio. Postea dixit qđ pedes illarū sunt recti: qđ est dicere qđ i eis nō sunt iuncturae. & hec est causa eius qđ dicit Pedes recti secundū planū verborū. Sic etiā dixerunt sapientes in eo qđ dixit Ezechiel pedes sui pedes recti, ostēdit qđ nō est sursum sessio, idest requies. intellige istud. Deinde dixit qđ velocitas pedū q̄ sunt instrumēta motus, non sunt sicut pedes hominis: sed manus sunt sicut manus hominis & pedes rotundi sicut planta vituli.

Qualiter intelligit pedes earū pedes recti.

Deinde subiunxit qđ inter quatuor imagines nō erat vacuū neq; latitudo: sed vnaqueq; erat iuncta in focia sua sicut dixit. Iunctae erant vna ad alteram. Postea subiecit qđ licet ipse iunctae sint, facies tamē ipsarum & alae sunt disiunctae, sicut dixit. Et facies & alae ipsarum disiunctae de super. Et intellige quare dixit de super. Deinde dixit qđ erant splendentes & coruscantes sicut aspectus aeris candentis. & dixit qđ erant sicut ignis: dicens, Aspectus earum quasi carbonum ignis ardentium. Hec est vniuersitas eorum quae dicta sunt de forma imaginum. scilicet figura ipsarum & substantia, & facies, & manibus, & alis, & pedibus. Deinde vero incepit narrare motum imaginum qualiter est & dixit de eis illud quod audies. Dixit ergo qđ motus imaginum non declinabat in aliquam partem, nec recuruabatur: nec erat in eo tortuositas: sed vnus erat motus sicut dixit: nec reuertebantur cum inciderent. Deinde subiunxit qđ vnaqueq; imago gradiebatur ante faciem suam. Iam ergo palam est qđ vnaqueq; imago intelligitur vadit ad partem facierum suarum: vellē autē scire quare est hoc: quia ipse habent multas facies. Sed generaliter ostendit qđ intellectus omnium quatuor nō est versus vnā partem: quia ante faciem si ita esset non dixisset cuiuslibet per se, sicut dixit vnumquodq; ad partē facierū suarū ince- sua gradie- dit. Subiecit deinde qđ motus istarū imaginū erat in currēdo: & qđ reuertebantur retro currē batur. do. Et hoc est qđ dixit, Imagines currebāt & reuertebant: & nō dixit qđ irēt & venirent: sed dixit qđ mot<sup>9</sup> earū est cursus & redit<sup>9</sup> semp̄ retrorsū: & ostendit hoc in similitudine dicēs, Sicut visio fulguris coruscantis: idest sicut similitudo fulguris cuius mot<sup>9</sup> velocior est omni alio motu: & est sicut si se expanderet de vno loco, & postea quasi recolligitur & redit in locum unde fuit principium motus sui: in eadem velocitate eōtingit vnum post aliud. Ionathas vero transtulit verbū illud qđ dicit currebant & reuertebantur, dicens. Mundum circueunt & reuertuntur: & visio eorum sicut aspectus lampadarum. Deinde subiunxit qđ pars a qua mouetur imago illa motus cursus & reditus non est motus ex se sed ab alio. hoc est dicere voluntas spiritualis. Et dixit qđ pars ad quā voluntas spiritualis vult vt imago moueatur ad eandem, mouetur motu veloci qui est cursus & redit<sup>9</sup>. & hoc est qđ dixit: In imaginibus nō erat ventus: illuc gradiebantur nec reuertebantur cum ambularet. Ventus autē qui ponitur hic, nō dicitur de vento qui flat: sed eius expositio est voluntas, sicut exposuimus in equiuocatione huius nominis ventus. Ipse vero dicit qđ voluntas imaginis est vt vadat in illam partem ad quā partē volūtas spūalis vult vt vadat. Secundū hunc eundē modū ostendit Ionathas. Et qđ dixit, vbi fuerit impetus spūs gradiebantur: ostendit planū verborū qđ quicq; Creator vult in his quae futura sunt vt eant in vnā partem: & imago vadat in aliā partē: et quandoq; vult qđ vadat in aliā partē diuersam a prima: & ibit. Et propter hanc dubitationem tollendā incepit ostendere: & fecit nos scire qđ non ita se habet res. Prima expositio verbi quo dicitur erit vel fuit, est sicut si diceret fuerit, & multa talia sunt in Hebraico. Pars autē illa ad quā Creator voluit qđ imago iret iam proprie nominata est: & qđ vadit in illam partē ad quā Creator voluit ipsam ire: & volūtas firma & ppetua est in illā partē: & dixit in expositione rationis istius & cōpleuit verbū de hoc i alio versu, dicēs p eo qđ ibi est volūtas ad gradiēdū, gradimur, & volūtas est ad gradiēdū. Nūc intellige rationē istā mirabilē: hoc ergo est qđ dixit de forma mot<sup>9</sup> quatuor imaginū postq̄ dixerat similitudinē illarū facierū vtrū sint forma hoīs an alteri<sup>9</sup> animalis. Sed dixit qđ sunt formae magne terribiles: et nullo mō expōsit figuram. Et dixit qđ oīa corpora illa sunt colores, & illa corporū sunt quae vocantur rote, sicut dixit. Cum aspicerem imagines, apparuit rota vna in terra iuxta animalia habēs quatuor facies. Et fecit scire qđ istud ē corp<sup>9</sup>. vnde & quedam pars eius iuxta imagines: & altera pars in terra. Et rota illa quatuor habet facies: & dixit, Aspectus rotarū & opus earum quasi color tarsis. Et vna similitudo ipsarū quatuor. & postq̄ dixit rota, dixit & quatuor. Et fecit sciri qđ quatuor facies quas habet rota, sunt quatuor rote. Postea dixit qđ quatuor rote sunt vna figura. & hoc est qđ dixit vna similitudo ipsarum quatuor. Ostendit postea in rotis istis qđ sunt cōpositae quedam in aliis dicens: & aspectus earū & opera quasi si sit rota intra rotam. Istud autem verbum non fuit dictum in imaginibus: sed infra. sed dixit qđ quedā coniunctae erant aliis. sed de rotis dixit qđ quedam sunt cōpositae sicut in aliis est rota intra rotam. & totū corpus rotarū plenum oculis. Potest autē esse qđ viderit qđ erant plena oculis vel fuerunt plena tincturis vel coloribus multis sicut scriptura dicit. Et oculus eius sicut oculus crystalli. hoc est color eius sicut color crystalli. Oportet autem vt quedam sint similitudines aliorum: sicut dicunt seniores gnari idioma tris. Sicut oculus quem furatus est, sicut oculus quē abstulit, cuius expositio est quēadmodū plena oculis.

†. i. color coeli.

Quō pōt exponi animalia fuisse plena oculis.

De motu rotarum.

abstulit ita restituit: vel fuerunt varietates sicut dixit Dauid. Forassis videbit Dñs in oculis meo. in modulo meo. hoc est ergo qd dixit de forma rotarum. De motu vero rotarū dictū est qd non est in eo declinatio: nec reflexio nec tortuositas in aliquā partē: sed motus recti qui variantur. & hoc est qd dixit per quatuor partes suas: ibant euntes & non reuertebatur cum ambularent. Subiunxit postea qd motus istarū quatuor rotarū non est ex se vilo modo sicut motus imaginū: sed ex motu aliorū qui mouerunt ipsas: & repetiit istam sententiā & roborauit eā multotiens: & posuit imagines motores rotarū donec p viā similitudinis erit ratio rotarū cum imagine: sicut si colligaretur corpus mortuum cū manibus viui & cū pedibus eius: tūc etiam moto viuo mouetur & aliud corpus qd est colligatū cum eo. & hoc est qd dixit. Cūq; ambularent imagines, ambulabant pariter & rotę iuxta eas: et cū eleuarentur imagines de terra, eleuabantur simul & rotę. Et dixit, Et rotę pariter eleuabatur versus eas. Huius autē rei reddit rationem dicens, Spiritus imaginis in rotis. Et rationē istam iterauit sepius ad roborandum eā vt intelligeret: & dixit, Cū euntibus ibant: & cū stantibus stabant. Et cū eleuatis a terra, pariter eleuabantur, sequētes eas: quia spiritus imaginis erat in rotis. Erit igitur ordo istorum motuū: sic vt in quacūq; partem fuerit voluntas spiritualis vt mouerentur imagines, in illam partem fuit motus earū. In motu autē imaginū mouebantur rotę: quia sequuntur eas in colligatione qua colligantur eis: non qd rotę moueantur ex se versus imagines. In vniuerso autē huius ordinis dictū est, quocūq; ibant spūs, illuc ibant & rotę, eleuabant sequentes eas: quia spiritus imaginis in rotis. Iam vero feci te scire quomodo transtulit Ionathas, qui dixit, ad locū ad quem fuit voluntas eius vadit. Postq; vero cōpleuit narrare formas imaginū, & motus earū, subiunxit de rotis quę sunt sub imaginib; & sūt colligatę cū ipsis & mouētur in motu earū: incepit in apprehensione tertiā quā apprehēdit. & hoc fuit qd erat super imagines. & dixit qd super quatuor imagines firmamentū: & super firmamentū similitudo throni, super thronū vero similitudo quasi aspectus hominis. Hic ergo sunt vniuersitates eorum quę narrat Ezechiel in apprehensione quā primo apprehēdit iuxta fluuiū Tobar.

## Expositio eiusdem de Mercaua. Capitulum. III.

**Q**uoniam dixit Ezechiel de rōne de Mercaua illud qd dixit in principio libri reuerfa est ad ipsū eadem apphensio scđo qm leuauerunt eum in visione prophetię in Hierusalem. & ostendit verba quedā quę nō fuerunt ostensa in principio: quia mutauit verbum imaginum in verbum Cherubim. & fecit nos scire qd imagines quas dixerat in principio, ipse sunt angeli. hoc est cherubim. & dixit. Cūq; ambularet Cherubim, ibant rotę iuxta eam: et cū eleuaret cherubim alas suas vt exaltarent de terra non reuertuntur rotę: sed ipsę iuxta eā. Roborauit etiam cōiunctionē duorū motuū. sicut postea dixit: ipsa est imago quā vidi subter deum Israel iuxta fluuiū Tobar. Et intellexi quia cherubim essent. Repetiit etiam mentionem formarum per se, & motuū per se. Et ostendit qd imagines ipse sunt Cherubim: ipsi sunt imagines. Ostendit etiam in secunda narratione, aliam narrationem, scilicet quia rotę ipse sunt Galgalim, cum dixit, Et rotas istas vocauit Galgalim in auribus. subiunxit dein de rationem in rotis: & dixit: ad locū quē respiciebat quę erat sequuntur post ipsam nec reuertebant cū incederēt. Fecit ergo sciri qd motus rotarū necessari⁹ seqt ad locū quē caput respicit: quia iam ostendit quia hoc est qd dixit: quocūq; fuit voluntas eundi, ibant. Addidit postea rationem quartam in rotis & dixit. Et rotę plenę oculis in circuitu quatuor rotarū. Istud autem non dixit in principio. Postea dixit in rotis in apprehensione illa vltima: et caro earū & latera, & manus, & ala. In principio vero non attribuit rotis carnē, neq; manus, neq; alas: sed corpus tñmodo. sed in vltima dixit qd habebāt carnē, & alas, & manus: sed formā nullo modo attribuit eis. Ostendit postea in apprehensione ista vltima qd quelibet rota adhebat Cherub dicens. Rota vna iuxta Cherub vnū: & rota alia iuxta Cherub vnū. Docuit autem postea qd ipse quatuor imagines sūt imago vna propter cōiunctionem vnius partis cū alia. Et dixit, Ipsa est imago quā vidi subter Deū Israel, iuxta fluuiū Tobar. De rotis vero dixit similiter: rota vna in terra licet fuit quatuor propter cōiunctionē vnius ad aliā: & qd fit similitudo vna illarum quatuor. Hoc ergo est qd adiecit ostendere in forma imaginū in hac apprehensione secunda.

## Quę rotę quas vidit Ezechiel sunt cœli, vbi & Ionathę expositio. Capitulum. V.

**Q**uoniam est vt doceā te sup rōne mēris Ionathę qd quod vidit fecit scire cū diceret. Rotas ipsas vocat Galgal: in aurib; meis diffiniū dicēs. Rotę ipse sunt cœli & transtulit rotam Galgal: & rotas Galgalim. Certū est apud me qd cōfirmauit hęc opinionē illud qd dixit Ezechiel de rotis qd erāt sicut color tharsis. Ille autē color attribuit cœlo scđm qd apparet & inuenit in plano scripture. Ecce rota vna in terra. ostēdit sine dubio qd rotę erāt in terra. fuit verbū valde difficile in mēte ei⁹ scđm illā opinionē: & dereliquit opinionē suā qd terra est tētio cœli: qd est qsi terra cū cōparatū fuerit ad ea qd sunt sup firmamentū: & transtulit rota vna in terra: hoc ē sub altitudine cœlorū. Intellige igit qd fit ei⁹ opinio. Quod autē mihi videt qd induxit eū ad hęc expositionē est qd ipse putauit qd Galgal pprie vnū est cœlorū, mihi autē videtur qd nō ē ita: qd Galgal sumptū est a rōne reuolūtōis: sicut dixit, Voluā te de rupib; & iterū. Reuoluit lapidē. Et idcirco dictū est sicut rota ante turbinē. ppter hoc in os capitis vocat gulgolet: quia est rotūdū. Et qd omne rotūdum aptū est vt reuoluat: iō vocat Galgal: & propter hoc vocantur cœli Galgalim: qd rotūdi sunt: & vocat Galgal illud qd reuoluitur. Et propter eandem rationem vocant illud instrumentum super qd reuoluit funis Galgal. Postq; ergo istud ita est, qd dixit de rotis qd ipas vocat Galgal: in aurib; meis est vt faciat sciri figurā iparū: qm nulla mērio facta fuit de figura vltima forma earū nisi qd dicunt Galgalim. Qd autē dixit de eis, sicut tharsis: exposuit hoc in secunda narratione. Et dixit de rotis: visio rotarū qsi visio lapidis tharsis: & transtulit Ionathas sicut color lapidis boni. Tu vero scis qd eodē verbo transtulit Anqelos sicut op⁹ lapidis hyacinthi. Et dixit sicut opus lapidis boni. Nec ē dictū in hoc sicut color lapidis hyacinthi. Intellige istud: vt nō mireris qd posui opinionē Ionathę. Ego vero habuerā opinionē qd sic inuenies in plib; sapiētū & expositōrū qd varię sūt eorū opiniones & diuersę in pte verborū & in multis rōnib; & dictis pphetarū: quāto magis in istis pfunditatib;? Egotñ nulli opinionē p̄iudico. sed tu pone cor tuū ad intelligēdū totā opinionē ipsi⁹ sicut docui te: & intellige meā. Creator vero scit quę illarū est recta.

## Cur dixerit visiones Dei & non visionem. Capitulum. VI.

**Q**uod autē necesse vt p̄pares aīm tuū ad illud, ē qd dixit visiones Dei, & nō dixit singulariter visionē Dei. Ex hoc em ostēdit qd fuerūt apphensioes multę diuersę in specie sua: hoc est tres apphensioes. Apphensio imaginū, apphensio rotarū, apphensio hoīs qd est sup imagines. De quibet autē apphensioe dixit vidi. In apphensioe nāq; imaginū dictū est. vidi: ecce vetus turbinis. In apphensioe vero rotarū dixit. Vidi imagines & ecce rota vna in terra. In apphensioe autē hoīs qd erat sup imagines in altitudine gradus, dixit, Vidi quasi speciē electri: & nō repetiit verbū vidēdi vilo mō in narratione de Mercaua: nisi in trib; pdictis locis. Sapientes de Misna fecerūt iā sciri rationē istā: & ipi docuerūt me ad eā. ipi nāq; dixerūt qd duas p̄mas apphensioes. scilicet apphensioē imaginū & apphensioē rotarū solūmō licitū ē docere. apphensioē vero tertiā qd est electri cū illis qd cōiungunt ei nō docebūt de ipsa nisi capita rationum. Rabi Iuda nosci credit qd oēs tres apphensioes vocant op⁹ de Mercaua: & nō ē licitū docere de ipsis nisi capita rōnū. Et istud est planū verborū eius in illa rōne vsq; dū durat opus de Mercaua. Rabi Meu vero dixit vsq; ad vidi vltimū. Rabi Isaac dixit vsq; ad electrū. De vidi vsq; ad electrum docebimus capita rationū. Quidam vero dixit: de vidi vsq; ad electrum docebimus capita rationum. Exinde vero inantea si fuerit sapiēs intelligens per sensum suū sit: sin autē nō. Patet igitur tibi iā ex verbis ipsoꝝ qd sunt apphensioes diuersę & signatio sup hoc: & vidi qd sunt gradus: & qd vltima apphensione dictū est: vidi qsi speciē electri. vult dicere formā hoīs distincti de quo dictū est de visioe verborū ei⁹ desup: & de visioe lūborū ei⁹ deorsū. & hęc est cōsumatio apphensionū: & sublimior aliis. Cōtradictio vero inter sapiētes est vtrū sit licitū sūmare in illo, hoc est dare capita rationum: qd autē fuerit sapiēs & intelligēs p seipm itelliget. Sillr etiā est cōtrarietas inter sapiētes in primis duab; apphensionib;. scilicet imaginū & rotarū vtrū licitū sit docere rōnes illas palā: an nō est licitū nisi sūmarim: & in enigmatib; & in capitib; rōnū. Necesse est etiā vt doceas te in ordine dictarū apphensionū: qd p̄posuit apphensioē imaginū qd p̄ponunt in pulchritudine gradus sui. sicut dixit, Quia spūs imaginis in rotis: & in alio verbo silt. post rotas autē posuit apphensioē tertiā quę est gradus altior qd imagines sicut ostēdit sū est: qd duo necessario p̄mittēda sūt in scia tertię apphensiois: & abo illa demonstrat de tertiō.

## De ratione difficili in Mercaua in motu prophetiæ. Capitulum. VII.

**S**Cito q ratio ista grādis & difficilis quā Ezechiel incepit nos docere de rōne Mercaua in motu pphetiā q mouit ipm vt faceret nos istud scire: ipa eadē rō quā Esa. fecit scire gnāliter, nō descēdēs ad spūalia. & hoc est qd dixit, Vidi Dnm sedētē sup solū excelsū: & ea q sub ipō erāt replebāt palatiū: Seraphim stabāt sup illud. Sapiētes autē pdocuerūt nos istud: & docuerūt nos sup hac ratiōe, dicētes q apphēdit. Super hoc autē induxērūt similitudinē de duob⁹ hoīb⁹ qui viderūt Regē equitantē. vnus erat ciuis: alter vero rusticus. Ciuis sciebat q oēs vicini sui sciebāt cōsuetudinē Regis, nō exposuit eis modū ei⁹ in equitando sed dixit solūmodo: vidi Regē equitantē. Alter vero quia voluit docere vicinos suos morē Regis quē ignorabāt, necesse habuit ipis exponere modū equitatiois ei⁹ & exercitus sui: & eorū q stabāt corā ipō: & implēt mādātū ei⁹. In hoc autē qd dixerūt sunt cōmoda multa: & hoc est qd dixerūt sapiētes, qd vidit Ezechiel, illud vidit Esaías, sed Esaías filius est ciui q vidit Regē. Ezechiel autē filius est rustico qui vidit Regē. Oportet ergo vt intelligat q primo dictū est hoc qd hoies q erāt tpe Esaie: nō idigebāt vt exponerent eis talia: sed suffecit dicere illis, vidi Dnm. Hoies vero q erāt i captiuitate, indigebāt ista expositiōe. Pōt tñ esse q ille q hoc dixit sciuerit q Esaías fuit pfectior Ezechiele: & q apphensio ista de qua territ⁹ est Ezechiel & expauit, fuit apud Esaia sciētia certa, vnde nō fuit necesse vt exprimeret: quia tūc notū erat istud pfectis.

De inquirēdis in de Mercaua. Capitulū. VIII.

**D**E vniuersitate illorū de quib⁹ oportet te ingrere est rō apphēsiōis de Mercaua: quia scripsit annū in quo apparuit et mēse & diē: et significauit locū. In his ergo necesse est scire vt inquirat ratio: neq̄ putes q ista nō habeāt rationē: qd oportet etiā te scire. Et est clauis oīm qd dixit, Aperti sunt coeli. & multa talia iueniunt in dictis pphetarū. s. ornat⁹ verborū in ratiōe opatiōis. In apitione portarū dictū est, Aperite portas & ingredietur gēs iusta: & iterū, Portas coeli aperuit, et iterū, Eleuamini portē mūdi. Aperite mihi portas iustitię: et multa talia. Necesse est etiā vt intelligas: qd licet tota narratio fuerit in visioe pphetię, sine dubio sicut dixit fuit sup eū ibi pphetia Dni cū variata fuit narratio multa variatio. ne, qm cū loqrēt de qtuor imaginib⁹ dixit: Similitudo qtuor imaginū: et nō dixit qtuor imagines. Dixit et qsi aspect⁹ lapidis Sapphyri similitudo throni. Sicut et dixit Similitudo sup caput aialū firmamētū: Sic etiā dixit, Similitudo qsi aspect⁹ hoīs, & in oīb⁹ istis similitudinē. De rotis vero loquēs nullo mō dixit similitudo rotę nec similitudo rotarū: sed dixit p̄cise q hnt formā entē sicut ē. Nec errare te faciat q dixit: et vna similitudo ip̄sarū quatuor: qd istud nō cōuenit cū illis de quib⁹ mō loqmur. In apphēsiōe vero vltima in fine rōnis: locus est de firmamēto p̄cise: qd icēpat loq de eo et ostēdere pres eius: et dixit, Vidi et ecce in firmamēto qd erat sup caput eorū Cherubim sicut lapis hyacinthi: qsi aspectus similitudis throni apparuit sup illa. Hoc p̄cise dixit firmamētū: & nō dixit similitudinē firmamētū sicut dictū est in cōiunctiōe ipi⁹ cū capitib⁹ similitudinū imaginū. In throno vero dixit, Similitudo throni apparuit sup illa. ex hoc autē ostēdit q apphēsiō firmamētū p̄cise fuit. & postea apparuit sup illo similitudo throni. Appone ergo cor tuū ad istud. Oportet etiā te intelligere: qd dixit in prima apphēsiōe q imagines habebāt alas & manus hoīs simul. In apphēsiōe vero secunda in qua ostēdit q imagines sunt Cherubim, primo apphēdit alas trīmō: & postea apparuerūt manus hoīs in apphēsiōe secunda. Dixit, et apparuit in Cherubim figura man⁹ hoīs subter alas eorū. Et qd dixit figura, idē est qd similitudo: & q fuit subter alas. Intellige istud. Attēde etiā q̄r ostēdit cū diceret rotas seqntes eas, licet nō exp̄sserit formā earū, dixit, Prima velut aspect⁹ arcus cū fuerit i nube in die pluuie sic est species splendoris in circuitu. Hęc est visio similitudinis glorię Dni substātia arcus: et veritas eius scita est, et hoc ē finis ei⁹ qd pōt eē in admiratiōe similitudinis. Et istud sine dubio fuit ex vi pphetię. Intellige istud. Oportet etiā vt apponas cor tuū ad hoc qd p̄ritus est similitudinē hoīs q erāt sup thronū: qd erat desup, quasi visio electri: qd autē deorsū, qsi species ignis. Verbū autē Asmal dixit q erat cōpositū ex duob⁹. s. velocitate: qd ē expositio de as: & declaratio ē expositio de mal. et mens est cōiunctio duarum rerū diuersarū intelligēdo duo capita superius et inferius per viam similitudinis. Docuerunt etiā nos aliter super hoc et dixerunt q est verbum decisum de loqui et tacere. as dictum de tacere. et mal de loqui. Et dixerunt, qnq̄ tacēt: qnq̄ loquuntur: vt docerent nos de duobus in loquela siue voce. Non est autem dubium q quia dixerunt quandoq̄ tacēt: qnq̄ loquuntur, istud non est in re creata. Nūc ergo vide qualiter ostēderūt nobis q illa similitudo hoīs distincti sup thronū nō ē similitudo Creatoris q remot⁹ ē ab oī cōpositiōe: sed istud est similitudo rei create sicut ppheta dixit. Hęc visio similitudis glorię Domini, glia vero Dni nō ē nisi res creata sicut sepius exposuim⁹. Omnes autem ista

apphensiones nō sunt nisi glia Dni. s. Mercaua, nō ascēforis: quia Creator nulli rei assimilatur. Intellige istud, iā dedim⁹ in hoc capitulo tibi verba capitū rōnū, q si cōiuxeris: cōiungenē ex eis cōes vtilitates in hmōi rōne. Et cū intellexeris ea q dixim⁹ in capitulis huius libri vsq̄ ad hoc capitulū, p̄p̄labit tibi in hac ratiōe vel totū vel maior ps p̄ter pauca spūalia: & fortassis si diligēter intēderis detegēt tibi & nihil latebit te: & nō ascēdat in cor tuū nec expectes audire a me post istud capitulū nec etiā verbū vnū in hmōi ratione nec manifesto nec occulto. Iā em locuti sumus in ista re q dici poterant: & dedi anxietatē magnā aię mee: Nunc autē incipiam loqui de aliis rebus de quibus p̄posui loqui in hoc libro.

Qz nō cōtingit corruptiō nisi ex parte materię. Capitulum. IX.

**Q**Mnibus corporib⁹ gnābilib⁹ & corruptibilib⁹ nō cōuenit corruptiō nisi ex pre materię quā hnt: sed nō ex parte formę. In p̄batione nāq̄ mea sup substātia formę nō incidit corruptiō: sed est p̄p̄tua. Nōne vides q oīs forma spūalis est sempiterna: sed cōtingit formę corruptiō p accidens. s. quia est cōiuncta materię. Natura vero materię & veritas eius q nunq̄ est nisi cōiuncta priuationi: & idcirco nō durat in ea forma: sed exiit vnā formā: & induit aliā semp. Qz dulcia sunt verba Salomonis in sapientia sua cū cōparat & assimilat materiā mulieri vagę & cōiugate: quia nō inuenit materiā nisi cū forma vllō mō. Qd si ita est, semp est vxor alicuius viri: nec inuenit sola. Licet autē ē vxor viri, nō abstinet quin q̄rat alium virū. Eodē modo se habet materiā: quia quęcūq̄ forma est in ea, ipsa forma p̄parat materiā ad recipiendū aliā formā: nec prohibet se quin exuat formam in ea existentē & quęrat aliā. Eadem est ratio in forma succedēti. Ex quibus ostēditur q oīs corruptiō, vel amissio, vel imperfectiō, non est nisi p̄pter materiā. Expositio vero huius rei patet in hoc, causa exēpli: quoniā variatio creationis formę suę & exitus membrorū suorum assuetudine naturę, & debilitas oīm operationū eius, vel defectus earū, vel labor: nō refert vtrū hęc oīa sint in radice creationis: vel q renouētur in ipso: quia oīa sequuntur materiā corruptibile, non formā. Eodē modo oē aīal non moritur, nec infirmatur: nisi p̄pter materiā quā habet: nō p̄pter formā suā. Oīa etiā peccata hoīs cōsequuntur materiā suā non formā: mores autē eius honesti & bonitates eius sequunt formā ipsius. hui⁹ rei exēplū est: quia apphensio Creatoris & intellectus oīs intelligibilis: & cōpescere frenū cōcupiscentię suę: & ire, & cogitationē in his in quib⁹ necesse est vt p̄ualeat: & remouere a se qd necesse ē remoueri: omnia in quā illa i hoīe sequunt formā ei⁹: comedere vero & bibere, & hmōi, & cōcupiscere talia, & irasci, & oē vitiū siue oīs deformitas q iuenit i hoīe, oīa in quā illa comitant materiā ei⁹. Ex quo ergo patet q res ita se habet: nō est possibile scdm sapiētiā spūalē, vt iueniat materiā sine forma: vel forma aliq̄ de formis istis sine matia. Et necessariū fuit ista potētia hūanā honorabilē valde, quā exposuim⁹ eē formā Dni: & eius imaginē colligari cū ista materiā terrena & turbulēta q inducit ei oēm defectū & omnē corruptionē. Humanę vero formę data fuit potestas & imperiū quę est in eo: & vt reducat ipm ad illud qd conueniens est. Propter hoc igitur distincti sunt gradus hoīm illorū. s. qui nitunt semp quātū possunt quęrere honestatē & vitā sempiternā secūdū q exigūt honorabilis forma sua: & nō cogitāt nisi vt intelligāt intelligibilia: & acquirāt sciētiās rectas in oī genere rerum: & vt separentur ab aliis intellectu spūali qui effusus est sup eos, a quo est illa forma. Cum vero tales trahuntur ab instigatoribus qui sunt in materiā ad immunditiā eorū quę manifesta est, angustiantur propter illud in quo vagantur, & erubescunt propter vulnus inflicto sibi: & laborat talis homo quantum potest diminuerē de motu illo illicito: & vt abstineat ab illo modis omnib⁹. Sicut homo cui rex iratus est & p̄cipit ei vt portet stercus & sordes alias de vno loco ad alium: vt reddat eum contemptibilem in oculis eorum qui viderunt: & vt faciat ei contumeliā. Ipse vero cui hoc onus impositum est laborabit quantum poterit vt auferat & calet ignominiam illam: & portabit paulatim de stercore illo ad locum propinquum: sic vt non inquinat manus suas & vestimenta sua: & laborabit vt non videatur ab aliquo. Similiter se habet res in viris nobilibus & honestis. Seruus autem exultat in talibus: & ostendit q talia non sunt ei honor: nec labor fuit ei, & inuoluit totum corpus suum in sordibus: & inquinat faciem suam in oculis omnium qui vident. Ipse vero ridet & latatur & plaudit manibus. Sic se habent diuersa genera hominum. Etenim quidam sunt sicut p̄diximus apud quos omnia quę proueniunt ex parte materię sunt immunditiā, & macula, & defectus coniuncta in eis de necessitate. presertim vero membrum Alhar qd est in nobis ignominiosum, sicut dixit Aristoteles, per qd desideramus comedere & bibere & cōmū

De causa corruptiōnis q est cā materię.

Vide quia dicit q oīa p̄tā sequūt materiā & boni mores sequuntur formam. Nō est iuenire materiā sine forma: nec forma de istis sine matia.

Nota pulchrū filē de hoīb⁹ honestis & in honestis.

De fine ho-  
minis secu-  
du qd e ho.

seri mulierib<sup>9</sup>. Est aut necessariu intelligēti vt intēdat i rōnē istā: & vt dimittat oīa ista iuxta posse suū: & celet qdā & vt anxiet in talib<sup>9</sup> & vt nō loq̄t de talib<sup>9</sup>, nec vtaf eis. Et oportet vt pualeat sup oīa talia: & diminuat ea q̄tū poterit: & nō intronmittat se de talib<sup>9</sup> nisi quātū necessitas exegerit. Finē vero suū ponat illud qd debet esse finis hoīs inquātū est hō. s. vt intelligat intelligibilia solūmodo: & eligat ex eis honorabilia & magis eligēda. & hæc est scientia Creatoris & angelorū, & aliorū operū ei<sup>9</sup> secūdu posse suū. Isti vero tales vidēt faciē Dei nfi semp, & nō recedūt de corā eo. De ipīs aut dictū est, Angeli vos et filii excelsi omnes. Istud autē est qd requir̄ ab hoīe & hoc est finis ei<sup>9</sup>: idest illa fuit intētio in ipi<sup>9</sup> creatiōe. Alii vero q nō vidēt faciē Creatoris cōt<sup>9</sup> insipiētū sunt diuersi a p̄dictis: q remouerūt a se oēm honestā cogitationē & itellectū oīs intelligibilis: et posuerūt finē suū in virtute p̄dicti s. sensus q est in imūditia nra, nec cogitat nec intelligūt nisi comedere & secularia solūmō: sicut dictū est de talibus p̄t magnā ipsorū luxuriā & supfluitatē in comedēdo & bibēdo: & silibus. Ecce isti errauerūt in vino. Et ideo qm oīs mēsa repleta est sordib<sup>9</sup>: & dixit, Mulieres noīate sūt: ex hoc autē diuersum est ab illo qd seq̄tur ab eo: et dixit narrando magnā cōcupiscentiā iporū, Vnusq̄q; ad vxorē proximī sui accedit, & dixit q oēs fornicatores sunt. Hæc autē oīa dixit Salomō vti phiberet a fornicatiōe & a potu inebriatē: q̄a in his duob<sup>9</sup> est ruina illoꝝ q lōge sunt a Deo, et p̄pheta dixit de eis. Nō ad Dñm ipi, et dixit, Emitte eos ate me & exeat. Qz autē dixit Salomon, Mulierē bonā q̄s inueniet: Manifesta est parabola in hoc q cū accidit hoī mulier bona q nō dānet ordinē corpis, donū Dei ē. Gñaliter autē facile est frangere materiā aptā ad hoc sicut p̄dixim<sup>9</sup>. Si vero talis nō fuerit nō sit molestū exercenti aiām suā vt p̄paret ipsam materiā & moueat sicut viderit expedire. Et p̄pter hoc Salomō dedit p̄dicta p̄cepta & alii p̄pter eū. P̄cepta vero legis & phibitiōes ei<sup>9</sup> sunt ad frangendū oēs vires isti<sup>9</sup> materiē. Neceffe est ergo vt oīs q voluerit eē hō in veritate nō bestia gestās figuram hoīs vt laboret scdm oē posse suū diminuere vires oēs hoc modo in comedēdo & bibēdo: et in coitu, et in ira, et in oībus aliis vitiis q sequunt ex cōcupiscentia et ira: et vt verecundet in illis et ponat illis gradus aiā sua. In his autē q necessaria sunt ei adeo q sine illis viuere nō pōt sicut in cibo et potu sufficiat illi qd ei fuerit vtile et necessariū ad victū nō secundū delectationē. Raro etiā et paucis verbis loquat de talib<sup>9</sup>: nō cōiungat se sociis in talib<sup>9</sup> sicut tu scis q sapiētes dānat comedentes cū illis: vel illa q nō sunt secūdu mādatū legis. Hoīesaūt sancti Pinhas fil<sup>9</sup> lair nunq̄ comedit apud aliquē. C Silē iudiciū est in potu: quia oportet vt mēsurate sumat et ordinate. Se qui vero cōtū ad inebriādū sit oculis tuis inhonestas et malitia magna: sicut si cōiungerēt hoīes palā ad exercēdā libidinē vel aliā rē turpē. Hui<sup>9</sup> autē rei rō est: q̄a opari qd necessariū est et puidere salutī suē opus necessariū est nec pōt hō istud phibere. Ebrietas vero opus malitiē est qd opat hō volēs, malitia etiā detegēdi ea q debēt esse occulta, nota est: nō intelligibilis solūmō: et nocet itellectū et corpi: neceffe ē vt remoueat a sensu, p̄pter hoc igit q voluerit eē hō, neceffe est vt elōget istud: et q nō loquat de hoc. Nō oportet etiā loq de cōcupiscentia mulierū ap̄l<sup>9</sup> q dixim<sup>9</sup> alibi scdm q cōtinet in lege sapiēte et mūda a malitia hmōi: et in phibitiōe loq̄ndi de hoc: et q nullo mō loq̄t hō de talib<sup>9</sup>. Tu vero scis q dixēst sapiētes q Helise<sup>9</sup> nō fuit vocat<sup>9</sup> sc̄tis nisi q̄a elōgabatur de corde suo cogitationē talē. Scis et q dixēst q̄a de Iacob nō ē egressū semē ate Rubē. Oīa verba illa sūt recepta i gēte nra ad docēdū eos ornatū mortū hoīs. Scis et q dixēst sapiētes: cogitatiōes trāsgressiōis legi duriores sūt ipa trāsgressiōe. Ego vero rōnē istā mirabiliter expono, hō nāq; cū facit trāsgressiōnē nō peccat i hoc, nisi ex pte accidetū q materiā comitant: sicut ostēdim<sup>9</sup>. hoc ē dicere q p̄tū ipi<sup>9</sup> puenit a potētia sua bestiali. Cogitatio vero ē de potētiis hoīs q sequunt formā ei<sup>9</sup>. Cū ergo p̄cepit cogitationē suā ad op<sup>9</sup> trāsgressiōis iā peccat cū muliere de potētiis suis, nō ē vero tātū p̄tū ei q seruitiū recipit a seruo stulto: sicut ei q recipit seruitiū ab i gēuo honorato, qm forma hūana et oēs potētiē q pueniūt ex ea nō ē cōueniēs vt i eis sit aliud ministeriū nisi i eo qd ē illi necessariū vt cōiugat sublimib<sup>9</sup>: nō vt descēdat ad cōprehēdēdū qd ē inferi<sup>9</sup>. Tu etiā scis phibitiōnē scripturē cōtra prauā locutionē q qdē phibitio necessaria ē: qm loq̄la liguē bōitas ē quā cōcessit nobis Creator i p̄minētia: q̄a p ipam scitū bñficia Creatori: sicut dictū ē, Qui posuit os hoī, et itē, Dñs dedit mihi linguā eruditā. Nō expedit autē vt hoc dono bono qd datū est nobis ad p̄fectionē abutamur i reb<sup>9</sup> illicitis et i dono malo, vt dicam<sup>9</sup> ea q gētes stultē dicūt i cārilenis suis et rōnib<sup>9</sup> q cōueniūt stultis nō illis de qb<sup>9</sup> dictū est, Vos erit<sup>9</sup> mihi regnū et sacerdotiū. Quicūq; vero vrit cogitatiōe sua vel loquela in viribus q sunt nobis prauē, adeo q cogitat de cibo, vel potu, vel coitu, plus q neceffe est: vel q de talibus cōponat carmina: iam deiecit

Qz p̄cepta  
sūt data ad  
frāgēdū vi-  
res materiē  
Qualiter  
hō debet se  
reprimere  
a cibo et po-  
tu et aliis  
delectabili-  
bus.  
De potu et  
eius nocu-  
mento.

Qz Helise<sup>9</sup>  
vocat san-  
ctus quia  
elōgauit  
se a cogita-  
tiōibus car-  
nalibus.

bonitatē Creatoris quā dederat ei in p̄minētia & abutit ea cōtra illū q bñfecit ei: & trāsgre-  
dit volūtātē ei<sup>9</sup> sicut p̄pheta dixit de illis, Argentū & aurū multiplicauit eis: & ex eis cōflauē-  
runt idoli. Ego vero habeo rationē quare loq̄la nostra fuit loq̄la sanctitatis. Istud autē non pu-  
tes q fuerit p̄pter electionē nostrā: nec p̄pter errorē nrm: sed recte vocatū est hoc linguagiū Iudeorum  
sanctū, in ipso nāq; nō inuenies verū nomē & p̄p̄riū fornicationi: nec inuenies nomen ipositū castitate,  
alicui mēbro qd turpe ē noīare: sed loq̄mur de ipīs p̄ verba trāsūpta & accōmodata & innuē-  
do. Fuit autē itētio in hoc q talia nō oportet vt noīent: nedū iponant eis noīa p̄p̄ria: sed expe-  
dit vt taceant. Cū vero necessitas exigit vt de ipīs fiat mētio, verba infertāt & res exprimūt  
p̄ alia verba occulta. Silt cū necessitas postulat vt exerceāt talia opa, opātes debēt celare & abs-  
cōdere se q̄tūcūq; pl<sup>9</sup> p̄nt. In maiori pte hui<sup>9</sup> capituli digressi sum<sup>9</sup> a p̄posito libri ad rōnes  
morū & legū. Licet autē nō sint illa de ratiōe libri: colligatio tamē verborū induxit ad hoc.

### De difficultate intelligendi Creatorem. Capitulum. X.

**M**ateria paries magn<sup>9</sup> est an nos: vñ nō apphēdim<sup>9</sup> intelligētiā separatā secūdu q est  
quis sit materia nobilis & limpida. i. licet sit materia cœlorū, q̄to magis illa materia  
turbida & infima & obscura q̄ in nobis ē: & hoc est corpus. Propter hoc igit cū nō in-  
tellect<sup>9</sup> nitit apphēdere Creatorē vñ aliquā de intelligētiis sepatis, inuenit parietē illū magnū  
diuidētē inter ipm & illa intelligibilia. hoc autē innuit in plurib<sup>9</sup> libris p̄phetarū: q nos sum<sup>9</sup>  
spediti in apphēsiōe Creatoris. Ipe vero absconditus est a nobis in nube & caligine & densitate  
& silib<sup>9</sup>: qm potētia nra breuis ē in apphēdēdo ipm p̄pter materiā q̄ in nobis ē. & hoc ē intē-  
tio ei<sup>9</sup> qd dictū ē, Nubes & caligo in circuitu ei<sup>9</sup>. Dicit q phibēs ē obscuritas materiē ac itel-  
ligētiē nre: nō q Creator habeat corpus qd densitas circūdet vel nubes q phibeat ipm videri  
sicut ostēdit planū verborū. & hæc similitudinē posuerūt dicētes, Posuit tenebras latibulū suū.  
Silt etiā reuelatio glie ipsi<sup>9</sup> est i nube, & tenebra i dēsitatē: hoc autē totū est ad intelligēdū qd  
dixim<sup>9</sup>: q̄a q̄cqd apphēdū est visiōe p̄phetiē nō ē nisi similitudo rōnis scitē. Illa vero definitio ma-  
gna licet maior fuerit oī visiōe p̄phetiē: & trāscēdat apphēsiōnē oīs sensus: tñ nō fuit dictum  
istud absq; rōne. s. manifestatio glie suē i dēsitatē nubis: sed ad ostēdēdū q apphēsiō virtutis  
suē ipossibilis est nobis p̄t materiā obscurā q nos circūdat: sed nō ipm: q̄a ipse nō ē corp<sup>9</sup>. No-  
tū est autē apud oēs gētes q dies stat<sup>9</sup> mōtis Sinai fuit dies nubis, & dēsitatis, & pauca plu-  
uiē, sicut p̄pheta dixit, Dñe cū exires desertū, & trāsires p̄ capū Edō terra mora est, & cœli dē-  
stillauerunt. Erit igitur intentio in dicendo tenebras, & nubē, & densitatē: non q Deum cir-  
cundet obscuritas: quia non est apud ipsum obscuritas, sed lux clara: sicut dictum est in simi-  
litudinibus prophetiā. Terra illuminata est a gloria eius.

### De priuatione quę ascendit in cor loquentium. Capitulum. XI.

**S**icut feci te scire nō ascendit in cor loquentiū priuatio: nisi priuatio pura & p̄cisa: sed  
priuationē dispositionū nō reputat priuationē, putant autē q oīs priuatiōis & habi-  
tus seu dispositiōis suę iudiciū est sicut iudiciū duorū cōtrariorū: sicut cecitāt & vi-  
sus: mortis, & vitæ. Et illa sunt secūdu eos in gradu frigiditatis, & caliditatis: & propter  
hoc p̄cise dicunt q priuatio non eget operatore modis omnibus. Et hoc verum est secundū  
q scitur. Licet autē dicant q priuatio non indiget operatore: dicunt tamen in suis principa-  
libus q Creator excepat videntes: & loquentem tacere facit: et rem mōtam quiescere: quoniam  
ille priuatiōes secūdu sententiā ipsorū habent existētiā. Oportet autē vt nos faciamus scri-  
nostrā opinionē in hoc qd exigit speculatio prophetiē. Hoc est igitur, tu quidem scis, q qui  
aufert phibitiōes ipse est motor ex altera parte: sicut ille qui subtrahit sustentamētū trabis:  
quo sublato cadit ipsa p̄pter materiā grauitatis suę. Vñ dico ego q qui subtraxit colūnā ipse  
mouet trabem. Istud vero iam dictum est in libro de auditu. Secundū hunc ergo modum di-  
cimus q ille qui abstulit aliquam dispositionem vel habitum operatus est eius priuationem.  
Licet autem priuatio non sit ens: sicut dicimus de illo qui extinguit candelam de nocte q ipse  
induxit tenebras: ita dicimus de illo qui destruxit oculum q induxit cecitatem: quis cecitas  
& tenebra sunt priuatiōes: nec sunt opera operatoris. Secundū hanc igitur opinionē in-  
tel- liges qd dixit Esaías. Formas lucē et creās tenebras: faciēs pacē & creās malū. tenebrā sigdē &  
malū sunt priuatiōes. Et attēde quare nō dixit faciēs tenebras, et faciēs malū: q̄a nō sūt entia  
vt factura referat ad eas. Sed dictū est de ipīs creās qm verbū creandi dependet a priuatiōe  
in hebraico: sicut scriptura dixit, In p̄ncipio creauit Deus cœlū & c. et istud ē de rōne priua-  
tionis

riōis. Illud aut ppter qd priuatio refert & attribuit opatori ē illud qd pdixim⁹: & scdm hūc modū itelliges qd dictū est. q̄s posuit os hoī, vel q̄s posuit mutū, vel surdū, vel vidētē, vī cecū. Oportet etiā vt in hoc excogitem⁹ aliā opinionē q̄ dicam⁹: q̄s creauit hoīem loquētē vel deficiētē in loq̄la: cui⁹ expositio ē p̄pare materiā nō receptiuā talis dispositiōis vel cuiuscūq; alteri⁹: qm̄ dicim⁹ de illo q̄ p̄pat materiā cuiuscūq; dispositiōis nō receptibile, q̄ est ip̄e opator priuatiōis sicut dicit de illo q̄ p̄t eripe aliquē de morte & nō eripit eū, q̄ ip̄e interfecit eum. Iā igit patet tibi q̄ secūdu nullā opinionē priuatio est opus opatoris: sed dicit aliq; opari priuatiōe: & hoc p̄ accidēs: sicut ostendim⁹. qd̄ aut opator opat p̄ se, est ens necessario qd̄cūq; sit illud op⁹: vel depēdet ab ente. Post hoc aut stramētū discēs q̄ iā p̄batū ē q̄ malitiē vocant cū cōparatim⁹ eas ad aliquā rē: & q̄ oīs malitia in eo q̄ cōueniēs est alicui entiu: ip̄m qd̄ malū est priuatiō alteri⁹ rei. s. alicuius dispositiōis cōueniētis. Et ppter hoc dicit p̄cise q̄ oīa mala sunt priuatiōes, verbi gr̄a. Hō cui⁹ est mors mala: & est priuatiō: & oīs infirmitas sua & paupertas, & oīa mala q̄ accidūt ipsi sūt priuatiōes dispositiōnū acq̄sibiliū. Cū vero disputādo q̄si ueris singularia istorū, inuenies q̄ nō mētunt nisi secūdu illū q̄ nescit discernere inter priuatiōe & habitū: & inter duo cōtraria: vel q̄ nescit naturas rerū: sicut ille q̄ ignorat q̄ sanitas corpis ḡnāliter ē rectitudo tēpantiē quatuor humorū, et q̄ talia sunt de ḡne relationū: et q̄ priuatiō talis relatiōis est vīr egritudo. mors aut est priuatiō formē in omni animali. eodē modo omnis corruptibilis corruptio non est nisi priuatiō formē eius. Post ista igit oīa quæ p̄missimus scito q̄ de Creatore nō dicit p̄cise q̄ ip̄e faciat malū. i. q̄ ip̄e habeat primā intētiōe faciēdi malū: sed oīa opa ei⁹ sunt pura bonitas: q̄ nō opat nisi entia & oīa q̄ bona sūt. Oīa vero mala sūt priuatiōes: nec opatio refert ad ip̄a nisi sicut ostēdim⁹: in eo. s. q̄ materiā facit hui⁹ nature cui⁹ est: & hęc est sua cōiunctio & sua p̄patio cū priuatiōe semp sicut scitū est. Et ppter hoc istud ē cā oīs corruptiōis & malitiē. Ideoq; oē illud cui creator nō dedit talē materiā nō est corruptibile: neq; mala comitant ip̄m. q̄ si ita est, veritas oīs opis Creatoris bona est: q̄a est ens. vñ & lex dixit q̄ illuminauit tenebras mūdi, Vidit Deus cūcta q̄ fecerat & ecce oīa bona valde. Et iā existētia huius materiē inferioris secūdu rōnē & modū suę existētiē & cōiunctiōis cū priuatiōe ex quo seq̄ mors & oīa alia mala: totū istud bonū est in sempiternitate ḡnatiōis & p̄manētiē entiu cū variatiōe accidentiu. p̄t hoc exposuit Rabi Mauz. Ecce oīa bona valde. & dixit. Ecce mors bona secūdu modū quem pdiximus. Cōmenda memoriē quæ dixi in hoc capitulo: & intellige: et manifestabuntur tibi oīa quæ dixerunt propheta: & sapientes: q̄ oīa bona sunt opera creatoris: & dixerunt. Non descendit malum desursum.

Contrarietas opinionū ex priuatiōe. i. ignoratiā puenit. Capitulum XII.

Contraria fortia in qb⁹ hoīes sibi cōtradiciūt inuicē secūdu exercitiā sua & desideria sua & opiniones suas & credulitates oīa pueniūt ex priuatiōe. s. ignoratiā q̄ est contraria sciē: sicut cæcus ex priuatiōe sui visus vagat vbiq; & ledit: quia nō est q̄ ostēdit ei viā. Sīr cōtingit i diuersitatib⁹ hoīm: q̄libet nāq; singularis de nūero illorū secūdu quantitatē ignoratiē opat in aīa sua multa vitia & i aliis extra se. s. in singularib⁹ speciei. Si aut haberet sciētiā cui⁹ cōpatio ad formā humanā est sicut cōpatio virtutis visibilis ad oculū, declinaret multa dāna sua p̄pria & aliorū: qm̄ in sciētiā veritatis tollit inimicitia & odiū hoīm inter se. Hoc aut p̄misit scīa theologica dicēs, Habitabit lupus cū agno: & dixit, vacca & vrsus pascunt simul, & leo quasi bos comedet paleas. Et assignauit rōnē in his oīb⁹: & dixit q̄ causa tollēs inimicitias & dāna, est scire hoīes veritatē Creatoris: & dixit, Nō malignabunt nō nocēbunt vel dānabunt in omni monte sancto meo: quia repleta est terra sapiētiā Domini.

Mala quare eueniant. Capitulum XIII.

Cito q̄ ascēdit i cor gētū q̄ mala mūdi plura sunt q̄ bona. adeo q̄ i plerisq; cātilenis gētū, & in carminibus earū inducūt q̄a dignū est admiratiōe q̄ inuenit i tpe aliq̄ bonū: sed mala sūt multa & p̄tūa. nec error ille est tm̄ gētū: sed iuenit i his etiā q̄ se reputāt sapiētes. Maur⁹ sigdē cui⁹ nomē est Razi cōposuit librū quēdā de hmōi, & scripsit in eo multa inepta & stulta, & derisiōe plena. vīr aut dixit q̄ malū qd̄ iuenit in hoc mūdo pl⁹ est q̄ bonū. Cū em̄ gētū hoīs tps & delectatiōis suę cōparaueris angustiis & dolorib⁹ fortib⁹ et casib⁹ & infirmitatib⁹ et ip̄dimētis, videbis q̄ esse hoīs est vltio et magnū malū qd̄ accidit ei. Et incepit ostēdere q̄ opinio illa vera est enumerans oēs aduersitates istas vt p̄ eas resistat hominibus veritatis amatorib⁹ dicentibus q̄ Creator bonus est et beneficus: et bonitas eius manifesta est super hominib⁹: et q̄ ip̄e est pura bonitas: et q̄ omnia quæ proueniunt ab ip̄o

sunt vere bona sine dubio. Causa vero hui⁹ erroris est q̄ iste stultus & siles ei in gētū, nō cōsiderat in entib⁹ nisi in vno hoīe solūmō. & qlibet talis stult⁹ opinat q̄ vniuersum eē est p̄t ip̄m: q̄ nihil aliud est nisi ip̄e. & cū accidit in his q̄ spectāt ad ip̄m cōtrariū volūtatē suę, deficiat & dicit q̄ vniuersum esse malū est. Si aut cōsideraret hō vniuersum esse: & intelligeret q̄ parua pars est homo vniuersi esse: tūc videret veritatē & cognosceret q̄ errores isti & derisiones quas dicūt hoīes in multitudine aduersitatū mūdi, nō dicūt q̄ ita sit in his q̄ conueniūt angelis, & coelis, & stellis, nec elemētis & cōpositis ex eis. s. metallis, & plantis, & ḡnibus aīaliū: sed tota illorū cogitatio est in parte singulariū huius speciei, hō. Mirant aut super aliquo vno hoīe q̄ vsus est cibis malis, & nōdū accidit ei lepra: q̄ nō contigerit ei tā magna plaga: & tam grande malū. Eodē modo mirant de aliquo qui sectatur amplexus mulierū adeo q̄ amittit vī sumi: & accidit ei hui⁹ occasio: & alię files. p̄bario aut vera est q̄ oīa singularia speciei hoīm & etiā oīa singularia aliarū specierū aīaliū reputant sicut scriptura dicit, Homo nihil videt esse & dixit, Hō vermis & fili⁹ hoīs. & dixit, q̄to magis q̄ habitāt domos luteas & terrenū habent fundamētū. & dixit, Ecce gētes quasi situle stilla, & oīa q̄ inueniunt in libris p̄phetarū in ista honorabili rōne: cui⁹ vtilitas magna est, cū intellexerit hō cōparatiōe suā, & nō errabit, nec putabit q̄ vniuersum esse creatū sit ppter ip̄m solūmō: sed vniuersum eē est ppter cōparatiōe sui Creatoris secūdu sentētiā nostrā: & species hoīs minor est aliis q̄ sunt in ip̄o cū cōparauerit mus ip̄am entib⁹ sublimiorib⁹. s. coelis & stellis: sed cū cōpaueris ip̄m angelis, nō est tibi p̄poratio vere inter ip̄m & eos. hō tm̄ honorabilior est oīb⁹ q̄ sunt in mūdo isto inferiori. s. oīb⁹ q̄ cōstāt ex elementis. Licet aut ita se habeat ista, esse tm̄ ipsius hoīs est ei magnū bonū: & beneficiū Creatoris in illa p̄ciosa pte & bona p̄fectiōe quā dedit ei. plura vero mala q̄ accidūt singularibus, pueniūt ex ipsis. s. ex singularib⁹ hoīb⁹ imperfectis. Et nō cōquerimur de nō defectu: & de malis q̄ nos inducim⁹ & facim⁹ cōtra aīas n̄ras de volūtatē n̄ra: in istis anxiamur, & dicimus q̄ pueniūt a Creatore: sicut scriptura dicit, Laeserunt se, non sunt filii eius ppter maculā suā. Et sicut dixit Salomon, Stultitia hoīs tortuosum facit iter ei⁹: & sup Dñm irascit cor ei⁹. Isto tm̄ aut expositio est q̄ oīa mala q̄ cōtingūt hoī, tripartito diuidunt. ¶ Primus modus est mala q̄ accidūt hoī ex pte ḡnatiōis & corruptiōis ex pte materiē: ex cuius parte cōtingunt homini casus & infirmitates in principio creatiōis. Vel elemētōrū mutatiōe, sicut aeris distēperatiā: vel grādo, & eclipsis Lunę & Solis. Iā ostēsum est vt sapiētia sp̄ialis fecit vt nō inueniat ḡnatio sine corruptiōe: & nisi esset illa corruptio singularis, nō p̄maneret esse speciale. lam ergo patet mīa & bonū & p̄minētia bōa sup hoīe. Quicūq; vero voluerit habere carnē & ossa, & q̄ accidat ei de his q̄ accidūt materiē: nec aliquod accidēs de pdictis, cōiungere vult dno contraria: nec aduertit vt hoc est, q̄a vult esse & nō recipere opatiōe: sed si non recepit, nō erit ens: & erit ens singulare nō singularis speciei. Res aut in istis ita se habet sicut dixit Galen⁹ i tertia parte libri de vtilitate mēbroꝝ cū dixit, Nō decipias aīam tuā in vanitate q̄ inuenias aīal in mūdo ex sp̄mate & sanguie qd̄ nō moriat: vel qd̄ nō doleat: vī q̄ mot⁹ ei⁹ nō sit sempitern⁹: vī q̄ luceat sicut Sol. Istud aut verbū Galeni ostēdit p̄t cuiusdā definitiōis cōis. Est aut definitio illa, Oē creabile ex quacūq; materia pōt causari in fine p̄fectiōis: & pōt puenire ex illa materia speciali: & cōmutabit in singularib⁹ ip̄i⁹ speciei defect⁹ scdm defectū matiē ip̄i⁹ singulari. Perfectio vero & finis oīm q̄ creati p̄nt ex sanguie & sp̄mate & p̄minētia p̄fectiōis, ē species hoīs, sicut notū ē ex natura ei⁹. Est em̄ aīal rōnale mortale, q̄ si ita est, nō pōt eē quin accidat huic speciei genera dānorū: & inuenies q̄ mala q̄ accidūt hoīb⁹ ex parte hui⁹ speciei malorū sunt valde pauca: nec sūt in tpe definito. Inuenies em̄ ciuitates edificatas multis millib⁹ ānōrū: q̄ nō fuerūt submersę, nec deterse, nec cōbustę. Nascunt sīr multa millia hoīm q̄ sani sunt in fine cōplemēti & sanitatis: nec est in eis vlla plaga vel lesio, nisi in vno de mille. Si aduersarius cōtradicat & noluerit ista credere, dicem⁹ ei q̄ ille vel illi qbus accidūt talia mala pauci sunt in respectu, & nō est ps vna de cētū vel de mille q̄ nati sūt sani corpe a creatiōe sua. ¶ Secūda causa quare alia quare alia vero isti⁹ secūde speciei sunt plura q̄ primę, quorū causę multę & manifestę, & pueniunt a quib⁹ mala nobis: sed homo cui vis infertur non potest ea repellere: & tamen in omni ciuitate non talia cōtingunt. mala exposita sunt supplures eorum, sed super pauciores, sicut vnus insidiatur alii & interficit. Tertia causa quare alia quare alia acciderint plia magna, illud tm̄ nō contingit in pluribus habitatorib⁹ terre. ¶ Tertia vero sp̄e quib⁹ mala cōtingunt est, q̄a cōtingūt hominib⁹ ex seipsis in his q̄ faciunt cōtra animas suas, hęc cōtingūt.

Prima causa quare alibus mala cōtingunt. Nota.

Galenus.

Secūda causa quare alia quare alia acciderint plia magna, illud tm̄ nō contingit in pluribus habitatorib⁹ terre. Tertia causa quare alia quare alia cōtingunt.

Salomon

Salomon  
 1. 1. 1.  
 2. 2. 2.  
 3. 3. 3.  
 4. 4. 4.  
 5. 5. 5.  
 6. 6. 6.  
 7. 7. 7.  
 8. 8. 8.  
 9. 9. 9.  
 10. 10. 10.  
 11. 11. 11.  
 12. 12. 12.  
 13. 13. 13.  
 14. 14. 14.  
 15. 15. 15.  
 16. 16. 16.  
 17. 17. 17.  
 18. 18. 18.  
 19. 19. 19.  
 20. 20. 20.  
 21. 21. 21.  
 22. 22. 22.  
 23. 23. 23.  
 24. 24. 24.  
 25. 25. 25.  
 26. 26. 26.  
 27. 27. 27.  
 28. 28. 28.  
 29. 29. 29.  
 30. 30. 30.  
 31. 31. 31.  
 32. 32. 32.  
 33. 33. 33.  
 34. 34. 34.  
 35. 35. 35.  
 36. 36. 36.  
 37. 37. 37.  
 38. 38. 38.  
 39. 39. 39.  
 40. 40. 40.  
 41. 41. 41.  
 42. 42. 42.  
 43. 43. 43.  
 44. 44. 44.  
 45. 45. 45.  
 46. 46. 46.  
 47. 47. 47.  
 48. 48. 48.  
 49. 49. 49.  
 50. 50. 50.  
 51. 51. 51.  
 52. 52. 52.  
 53. 53. 53.  
 54. 54. 54.  
 55. 55. 55.  
 56. 56. 56.  
 57. 57. 57.  
 58. 58. 58.  
 59. 59. 59.  
 60. 60. 60.  
 61. 61. 61.  
 62. 62. 62.  
 63. 63. 63.  
 64. 64. 64.  
 65. 65. 65.  
 66. 66. 66.  
 67. 67. 67.  
 68. 68. 68.  
 69. 69. 69.  
 70. 70. 70.  
 71. 71. 71.  
 72. 72. 72.  
 73. 73. 73.  
 74. 74. 74.  
 75. 75. 75.  
 76. 76. 76.  
 77. 77. 77.  
 78. 78. 78.  
 79. 79. 79.  
 80. 80. 80.  
 81. 81. 81.  
 82. 82. 82.  
 83. 83. 83.  
 84. 84. 84.  
 85. 85. 85.  
 86. 86. 86.  
 87. 87. 87.  
 88. 88. 88.  
 89. 89. 89.  
 90. 90. 90.  
 91. 91. 91.  
 92. 92. 92.  
 93. 93. 93.  
 94. 94. 94.  
 95. 95. 95.  
 96. 96. 96.  
 97. 97. 97.  
 98. 98. 98.  
 99. 99. 99.  
 100. 100. 100.

aut mala plura sunt q̄ mala secundę speciei. De his aut malis conq̄runt plures hoies fere, nec enim inuenies aliquē hoīem paucis exceptis q̄ nō inducat ista sibi. Et idcirco cōueniens est vt culperetur ille cui accidit occasio: quia ipse est causa illius sicut p̄pheta dixit: De manu vestra contigit istud vobis. Et p̄pter hoc dictū est, Dānās aīam suā ipse facit hoc. Iā ostēdīm⁹ q̄ mala illa sunt opera hoīs sibi operata. sicut dixit Salomō, Fecit De⁹ hominē rectū: & ipse se immiscuit infinitis questionibus, cogitationes autē eorū induxerūt eis ista mala. vñ & dictū est. Nō egrediet de puluere iustitia: neq̄ de terra falsitas germinabit. Et ostendit q̄ hō ipse est Creator istorū malorū: cū dicit: Homo nascitur ad laborē. Species aut illa coheret oībus malis moribus. s. multę cōcupiscētię cibi & potus & aliorum similitum. Et vt sumat de istis plus q̄ necesse est: vel p̄pter transgressionē ordinis cōsuetudinis suę: vel p̄pter malitiā qualitatis vici⁹ nō carētis omnino vexatiōe: adeo q̄ erit causa oīm egritudinū & malorū corporaliū & aīaliū. Aegritudines vero corpis notę sunt: egritudines aut aīę q̄ pueniūt ex malitiā huius ordinis: cōtingunt dupl̄. Vno mō imutatio aīę accidit ei necessario p̄pter mutationē corporis ex parte potētię corpalis. sicut dixerūt q̄ mores aīę sequunt cōplexionē corpis. Secūd⁹ mod⁹ est exercitiū aīę in reb⁹ nō necessariis: & festinat adipisci lucrū p̄ cupiditatē suā. eius rei que non est ei necessaria, nec in permanentia singularis, nec in permanentia speciei. Hac autē cupiditas non habet finem: sed que necessaria sunt, habent finem & terminata sunt. Additamentum vero non habet finē: sicut cū infirmatur cupiditas tua: vt omnia vasa tua sint argētea: que si essent aurea, meliora essent. Alii vero faciunt illa de lapidibus preciosis: Alii vero faciunt ea de lapidibus magis preciosis secundum q̄ poterunt inueniri. Non phibet se stultus quilibet implici⁹ hmōi cogitationib⁹ quin sit suspiriis plen⁹ & anxio⁹: quia nō puenit ad hoc vt possit facere qd̄ alius facit. De p̄dictis additamentis nō necessariis: & propter multa talia cōmittit aīam suā periculis magnis, transiretādo, regibus seruiendo. Fons autē omnīū istorum est vt cōsequatur superflua p̄dicta, & pluribus illorū non indiget. Cum vero acciderit ei occasio vel impedimentū aliquod in via p̄ quā graditur, clamat & cōquerit de iniuria quā definiuit. sup̄ eū Creator: & cōqueritur de tpe: & mirat de malitiā fortunę suę quia non iuuat ipsum vt cōgreget pecuniā multā: & vt acquirat vinū multū, vt inebriet eo semper, & vt acquirat cōcubinas multas indutas vestibus sericis & deauratis, & ornatas margaritis, vt inducatur ad vtendum illis plusq̄ potest vt delectetur secundū corpus, quasi finis esse ipse non sit nisi propter delectationē istā vilem. Solummodo vsq̄ ad ista peruenit error gentis: donec damnauerūt Creatorē in hoc esse q̄ fecit vt esset in hac natura inducente illa mala gratia secundū suā opinionē. Angustiant etiam quia natura nō iuuat oculū illū qui sectatur malitiam vt cōpleat desiderium illicitū animę suę deficiens in bono: & cōsequatur finem voluntatis suę, que non habet finem sicut ostendimus. Perfecti vero sapientes cēserunt sapientiam Creatoris in vniuerso esse: & intellexerunt sicut dicit Dauid, Vniuersę vię Domini, misericordia & veritas custodientibus testamentū eius & testimonia ipsius. Dicit q̄ illi homines q̄ cōsiderāt naturā & p̄cepta vniuersę legis, & sciūt finē ei⁹, cognoscūt viā misericordię & veritatis in omnibus creatis: & p̄pter hoc posuerunt finē suū illud propter qd̄ facti sunt hoies. s. apprehensionem intellectus, propter necessitates vero corporis necesse habuerūt querere panem ad comedendū, & pannos ad induendū: sicut q̄siuit Iacob non querēs sup̄flua. Istud autē inueniri facile est, & acquiri potest cū modico labore cū sufficit homini qd̄ necessarium est ei: quāctūq̄ vero difficilia tibi vidētur ad acquirēdū: hoc est p̄pter sup̄flua q̄ querimus. Quāto em̄ cupiditates dependēt a sup̄fluis maioribus, tanto difficilius acquirunt, & deficiunt vires nec cōsequuntur qd̄ necessariū. Oportet autē vt intelligamus istud secundū vniuersitatē esse rerū, quāto em̄ res aliqua magis necessaria est aīalibus, tāto facili⁹ inuenit & maius de eo. Res namq̄ magis necessaria hoī, exempli causa, est aer, & aqua, & victus: sed aer magis necessarius est q̄ aqua: quia si deficeret aer vel vna hora, periret homo: sine aqua vero posset durare per vnū vel per duos dies. Aer autem inuenitur p̄sto, & facilius acquiritur sine dubio. Aqua vero magis necessaria est q̄ cibus: quia si biberit homo, licet non comedat poterit viuere vel quatuor vel quinque dies amplius q̄ viueret cum cibo. Et idcirco inuenies aquam vbicq̄ & sine precio magis q̄ cibum. Similiter cōtingit in his que spectant ad cibum. Illa namq̄ que necessaria sunt inueniuntur vbicq̄ citius q̄ illa que non sunt adeo necessaria. Rosarum vero & gemmarum vsus nō videtur mihi q̄ apud hominem perfecti sensus sit multū necessarius nisi propter delectationem aliquam, & sine ipsis sufficiunt sibi homines: & in loco ipsarū po-

nunt harbas boni odoris. Istud autē est de beneficiis Creatoris: & bonitas eius etiam in eo q̄ conuenit animali debili. Iustitia vero Dei & æquitas eius inter ipsa est manifesta valde: quia in generatione & corruptione non præminent quædam aliis: ita vt singulare aliquod non separatur ab aliis in aliqua potentia sibi appropriata, vel in membro superaddito super aliud singulare suę speciei. Sed oēs potētię naturales aīales & vitales: & mēbra q̄ inueniunt in vno singulari, eadē inueniunt in alio singulari substantialiter. Q̄ si defectus fuerit in eo, istud cōtingit p̄ accidens propter nouitatē quæ non est in natura: istud aut rarū est. Non est differentia penitus inter singularia que proueniunt secundum naturam, nisi q̄ inducit necessitas ex parte diuersitatis compositionis materierum q̄ est res necessaria in natura materię illius speciei sicut fuit opus cuiuslibet singularis. Si autem inuenimus aliquem hominem qui multum balsami repositū habet, & vestes magni precii: alius vero est cui defunt ista sup̄flua: in hoc q̄ dē nulla sup̄bia, nulla iniustitia est. Ille namq̄ q̄ acquisiuit p̄dicta additamenta nō acquisiuit aliqd̄ additamentum in substantia sua: sed acquisiuit vana quædam & superflua. Illi vero cui talia defunt non reputatur hoc ad defectum. Hoc autem videtur simile verbo scripturę dicentis de manna, Non superabundauit ei qui plus collegit: nec defecit ei qui minus collegit: quilibet enim secundum q̄ fuit sibi necessarium collegit. Istud frequentius contigit in omni tempore & in omni loco. Non apponas aut cor tuum ad vnū inter multos sicut ostendimus. Secundum istas duas probationes intelliges misericordiam Creatoris super creatura sua in eo q̄ exhibet rem necessariam: & in ordine suo inter singularia speciei in creatione sua. Secundum hanc inquisitionem tactā, dixit dñs sapienter, vniuersę vię eius iudicia. & Dauid dixit, Vniuersę vię dñi mīa & veritas: & dixit, bonus dominus omnib⁹: & misericordia eius super omnia opera eius: quia esse nostrum ipsum est magnum bonum p̄cise, & creatura potētię regentis animalia & ex pietate ipsius super ipsa, sicut ostendimus.

Causa vniuersalis essentię. Capitulum. XIII.

**M** Vtrum titubant sensus hominum perfectorum quærendo causam vniuersi esse. Ego vero ostendam tibi ablationē istius questionis ex omni parte. Dicam igitur q̄ omnis operator per intentionem necesse habet vt opus quod operatur, finē habeat propter quem fit: & hoc est manifestum: nec eget probatione secundum considerationem prophetiæ. Similiter manifestum est, quia illud qd̄ factum est cum intentione nouum est postq̄ non fuit. Est etiam manifestū, & conueniunt in hoc hominū sententię: q̄ id qd̄ est necesse esse nūq̄ fuit non ens: nec vnq̄ erit non ens: nec eget operatore: & hoc iam probauimus. Et quoniam nō est factus remouentur ab ipso quæstiones finis: & propter hoc non possumus querere que est causa esse creatoris: quia non est res creata. Secundum illa ergo que p̄missimus scitū est q̄ finis quaritur in qualibet re noua operata cum intentione intelligentis. s. in omni re cuius principium est intellectiuum, & sequitur necessario quæstio super causa finis quæ sit: super eo vero qd̄ non est nouum non debet queri ratio, sicut iam diximus. Post hoc vero stramētum scito q̄ non est via ad quærendum causam finis vniuersi esse: neq̄ secundum opinionem Aristotelis quæretur postremum in aliqua partium mundi: nec oportet quærere secundum suam sententiam que sit ratio esse coelorum: vel quare sunt huiusmodi mēsurę vel numeri. Nec est quærendum quare materia sic est, nec quæ sit ratio esse talis speciei animalium vel plantarū quia omnia secundum sententiam ipsius sunt ex parte debiti sempiterni qd̄ nunq̄ defecit nec vnq̄ deficiet: licet sapientia intelligibilis inquirat super fine cuiuslibet entis naturalis, sed non est vltimus finis de quo loquimur in hoc capitulo. Probatum siquidem est in scientia naturali q̄ omne naturale ens eget omnino aliquo fine. Ista vero causa finalis est honorabilior inter quatuor causas quæ inueniuntur in pluribus specierum. Aristoteles autem ostendit semper q̄ licet natura non operetur per intentionem, tamen omne opus naturale necessario finē aliquē habet: & ostendit Aristoteles q̄ planta creata est propter animalia. Et similiter ostendit in parte entium q̄ vnum est propter aliud: & idem ostendit separatim in membris animalium. Scito p̄terea q̄ esse finis huius in rebus naturalibus coegit philosophos vt crederēt aliud principium p̄ter naturam. Et hoc est qd̄ vocat Aristoteles principiu intelligibile vel spirituale: & q̄ operatur istud propter istud ex parte intellectus. Scito etiam q̄ vna de probationibus maioribus super nouitate mundi concedenti veritatem est illud super quo firmatur probatio in entibus naturalib⁹: quia quodlibet eorum habet aliquem finem. Et q̄ istud est propter istud:

hoc enī est probatio super intentione factoris vel aptatoris: vel ascendit in eor intentio cum qua nō sit renouatio renouatoris. Reuertat ad rationē capituli: & dicam qd iam pbauit Aristoteles q in rebus naturalibus operator & forma & finis sunt vnum in specie. Verbi gratia, Forma Iacob est operator formae Iudae filii eius: & hoc est quod fecit: quia dedit formam suae speciei materiae Iudae. Finis vero Iudae est vt in eo forma humana: sic est secundum opinionem Aristotelis q in omni singulari speciei naturalis qd habet virtutem generatiuā tres causas in eo sunt eiusdem speciei: hoc autem totum est finis primus. Omnis vero qui locutus est de natura dixit q essentia finis postremi cuiuslibet speciei sic est q nihil potest ēē sine ipso: sed eius cognitio est nimis oeculta quāto magis finis vniuersi esse. Qd autē mihi videtur de verbis Aristotelis est quia finis postremus secundum opinionem suam in istis speciebus sempiternitas est generabilium & corruptibilium: quae non potest esse sine illo in illa materia: quia singularia nō possunt permanere, & vt fiat ex eo finis eius qd possibile est fieri. i. vt sit perfectum secundum q oportet esse: quia mens vltima est peruenire ad perfectionem. Ostensum est autē q quod perfectius est in entibus in hac materia est homo: & q ipse est finis & cōsummatio istarum compositionum: & est perfectior cūctis. Licet autē dicatur q omnia entia quae sunt sub sphaera Lunae sunt propter ipsum: verum est secundum hunc modum. i. vt sit motus variatio nis propter necessitatem generationis vt inueniatur perfectum secundum q possibile est esse. Nec debet queri ab Aristotele secundum opinionem suam in antiquitate mundi quis est finis esse hoīs: quia primus finis secundū ipsum cuiuslibet singularis noui est pfectio ipsius formae specialis. In quocunq; vero singulari cuius perfectae sunt operationes necessariae ipsi formae inuentus est finis eius in omni perfectione sua. Vltimus vero finis speciei est permanentia sempiterna ipsius formae per sempiternitatem generationis & corruptionis, adeo q non deficit generatio in qua requiratur: qd conuenit complemento. Ostensa est ergo ratio secundum opinionē antiquitatis: ablata est questio finis vltimi vniuersi esse. Secundū vero fidē nostrā & opinionem in mundi nouitate secundum vniuersum esse post priuationem ascendit in cor q finis vniuersi esse est esse speciei hominis solummodo vt seruiat Creatori. Et quod fecit Creator fecit propter hominem, adeo q coeli sunt circulares propter ipsius vtilitatem, vt praepararent ei necessaria. Quaedam vero verba prophetarum secundum planum suum iuuant cogitationem istam, sicut dictum est, Non frustra creauit oīa: & dixit, Extendit ipsos sicut tentorium ad habitandum. Si autem coeli sunt propter hominem quāto magis animalium species & plantarum! Cum autem disputauerimus de hac opinione secundum q sapientes debent disputare de opinionibus, manifestabuntur dubitationes quae illam consequuntur. Potest enī queri ab illo qui credit istum finem, scilicet quia est homo, vtrum posset creator hominem fecisse sine istis creatis: an non oportet ipsum esse nisi post esse illorū. Q; si dixerit q posset Creator hominem facere sine coelis causa exempli: tunc dicitur q si ita est: igitur quae vtilitas est in istis entibus creatis quae non sunt finis: sed sunt illud cuius esse possibile est vt sit sine illis: Q; si etiam vniuersa sint propter hominem: finis hominis est seruire creatori: restat etiā questio qua queri potest quis est finis Creatori vt seruiant ei homines: ipsi namq; nihil adiuuatur: licet seruiant ei omnes creaturae, & apprehendant ipsum vera apprehensione: neq; defectus aliquis esset in eo si nihil penitus esset. Si vero responsum fuerit, istud non est propter ipsius complementum: sed propter nostram perfectionem, quia istud est bonum & perfectio nostra: sequitur etiam adhuc consimilis questio qua possumus querere, quis est finis nostri esse in hac perfectione. Necessē est ergo q finis sit: qā ita voluit Creator: & sic exigit ipsi sapiētia: & hoc est conteniens. Inuenies autem sapientes Israel qui ordinauerunt in ordinationibus suis dicētes Tu fecisti hoīem primo: & meliorasti eū vt staret corā te. Quis enī dicet tibi qd facis: & si iustus fuerit qd dabit tibi: & ostendit q nō est finis nisi voluntas simplex. Q; si res ita se habet: cū eo q credimus nouitatem mundi: necessē habemus dicere q possibile est mundum esse aliter q est, scilicet causas & sua causata. Et ex hoc sequitur inconueniens magnum in esse vniuersitatis, excepto homine: quia esse eius est sine fine omnino: quia finis vnus propter quem sunt omnia ipse est homo: & eius esse potest esse sine omnibus istis. Propter hoc igitur apud me reeta est opinio secundum credulitates legis: & conuenit cum scientiis speculatiuis: vt non credamus neq; dicamus q omnia creata sunt propter hominis esse: sed vnumquodq; est propter substantiam suam, non propter aliud. Et tollitur questio finis in omnibus speciebus entium: licet secundum fidem nostram in nouitate mundi dicamus q vniuersa entia fecit esse propter

suam voluntatem in quibus est intentio propter substantiam suam: in aliis vero propter aliud. Illud autē aliud est intentio creationis suae propter suam substantiam. sicut autē voluit q species hominis esset ens, ita voluit q coeli & stellae ipsorum essent entia: & sic voluit q angeli essent. In omni vero ente intentio propter eius substantiam ipsius entis: cuius autem esse non oportet vt sit nisi propter aliud qd pcedit: primū inuenietur pcedere in sensu locutionis. Haec autem opinio inuenitur in libris prophetiae cum dicitur, Vniuersa operatus est Dominus ppter se, relatio fiet ad opera. Q; si referatur ad Creatorē, erit eius expositio, propter substantiam Creatoris. i. propter eius voluntatem quae est eius substantia, sicut exposuimus in hoc libro. Diximus etiam iam q substantia eius vocatur gloria eius, sicut dixit Moyses, Ostēde mihi gloriam tuam. Et illud qd dicitur, Vniuersa operatus est Dominus propter se, erit simile illi qd dictum est, Omnia quae inuocant nomē meum, propter gloriam meam creauit: & dixit, Omne cuius operatio adheret mihi, feci propter voluntatem meā tantūmodo. Qd autē dixit, Formati & feci illud, est illud qd iam exposui: quia sunt entia quaedam quorum esse nō formatur nisi post esse alterius rei. Et propterea dixit, Ego creauit primum qd pcedit: sicut materia causa exempli ad omnia materiata: & feci in re illa priore: & in his quae sequuntur post ipsam quae fuit intentio sui esse: nec est ibi nisi voluntas simplex. Cum autem inspexeris diligēter librum legis qui ostendit omni homini viam rectā, vnde & vocatur tora, id est monstratio: tunc intelleges hanc rationē de qua pendēt verba principii operis de Beresit vsq; ad finem: quia nō ostēditur aliquo modo q ibi sit aliquid factum propter aliud: sed vnaquaeq; partium mundi dicit q ipsa est ens: licet illud ens sit secundum q conuenit intentioni nostrae. Haec autem est ratio propter quam dixit, Vidit Deus q esset bonum: tu enim iam scis q dixerunt sapientes locuti, lex est lingua hominam: verbum autem domini eius expositio est, secundum q conuenit menti nostrae: & dixit super vniuersitate, Vidit Deus cuncta quae fecerat: & omnia erant valde bona. Dicit q creauit omnia secundum q conuenit intentioni: & hoc est qd dixit valde. Posset enim esse q esset bonum & conueniens intentioni & paruo tempore: & postea corrūperetur in eo voluntas. Et propter hoc dixit q omnia creata fuerunt secundum q conueniebat intentioni suae & voluntati: nec cessant in regimine, secundum q intentio eius fuit in illis. Non te faciat errare qd dictum est de stellis, vt lucerent super terrā: & item, vt praessent diei & nocti: nisi putes q ideo creauit eas, vt istud operarentur: sed fecit sciri naturam ipsarum in hoc q voluit creare illas lucentes & regētes, sicut dicit de hominibus, vt praesint piscibus maris, & volatilibus coeli. Non enim est ratio sic intelligēda q creauit homines propter hoc: sed narrauit naturam eorum quae habet potentiam vt possit eis praesse. Qd autem dictum est de plantis q dedit eas vsui hominum: & aliorum hominum & aliorū animalium: istud iam ostendit Aristoteles & alii praeter ipsum: & manifestum est q plantae sunt propter necessitatem animalium, vt sint eis in cibum. Stellae enim non sunt ita: non enim creatae sunt propter bonum quod ex eis prouenit nobis. Qd autem dixit, Vt lucerent & praessent, fecit sciri commodum quod prouenit ex eis habitatoribus huius inferioris mundi, sicut exposui de natura largitatis boni semper, quod ex vna re peruenit ad aliā. Tale vero bonū quod ex vno prouenit in aliud quantum ad illud ad quod peruenit, est sicut si illud a quo prouenit fuisset finaliter propter illud aliud ad quod trāsmisit bonū suum. Sicut si putaret ciuis alicuius ciuitatis q finis regis est vt custodiat domum illius a latronibus in nocte: & hoc verum est quodammodo: quia cū custodita fuerit domus illius, & prouenerit illi vtilitas illa ex parte regis: est idem sicut si finis regis esset custodire domum illius. Secundum igitur hunc modum oportet vt exponat quae libet scriptura cuius planum ostendit q nobilius creatum est propter ignobilius. Necessē autem habemus credere q vniuersum esse est propter intentionem Creatoris secundum voluntatem suam, neq; quaremus aliam rationem in finem in hoc vilo modo: sicut nec quaremus finem sui esse: ita non quaremus finem voluntatis suae ex qua renouata sunt omnia noua secundum q sunt. Non decipias animam tuam vt putes q cali & angeli non fuerunt entes nisi propter nos. Iam enim fecerunt nos scire comparationem nostri gradus: sicut dictū est, Ecce gentes sicut strilla situla. Cum vero consideraueris substantiam eius & substantiam coelorum: & stellarum & intelligentiarum abstractarum: tunc intelliges veritatem: & scies q homo est perfectior & nobilior omnibus quae possunt inueniri in hac materia. Sed cum eius esse comparauerimus esse coelorum, quanto magis esse intelligentiarum separatarum, erit vilissimum omnino sicut scriptura dixit, Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles: & in angelis suis reperit prauitatem

tem: quanto magis in his qui habitant domos luteas: & terrenum habent fundamentum! Scito q̄ serui ei⁹ de quibus fit hic mentio, non sunt eiusdem speciei cum hominibus: cuius de monstratio est illud quod sequitur, quanto magis &c. Sed serui ei⁹ de quibus facta est mentio in hoc versu, sunt angeli. Angeli vero de quibus fit mentio, sunt coeli sine dubio. Hoc aut im probatū est: & cōuertit verba Heliphaz alio mō, & dixit: Ecce in sanctis suis nō credit. Et cœli non sunt mundi in oculis eius: quanto magis abominabilis & inutilis homo bibens quasi aquam iniquitatem. Iam patet q̄ sancti eius sunt serui eius: & q̄ non sunt de genere hominū: & angeli ei⁹ sunt coeli. Expositio vero prauitatis est illud qd̄ dixit, Non sunt mundi in cōspetu eius, scilicet quia sunt materiati: licet enim materia illa est munda, & clara, & lucida, tamen cum comparaueris ipsos cœlos intelligentis separatis, erunt turbidi & obscuri, non mūdi vel clari. Quod aut dixit, Ecce in sanctis suis non credit, significat q̄ non habent stabilitatē esse secundum opinionem nostram: secundum vero opinionem illius qui credit antiquitatem mundi, sunt causati: & radix eorum in esse nō est fortis neq̄ firma, cum cōparauerimus ipsos Creatori suo, qui est necesse esse præcise. Quod autem dixit, Quāto magis abominabilis & inutilis idem est ei quod dixit, Qui habitant domos luteas. Abominabilis autem & inutilis ipse est homo in quo commixta est iniquitas: & diffundit̄ super omnes partes corporis ei⁹, hoc est dicere q̄ est coniunctus cum priuatione. Oportet ergo credere q̄ homo cum sciuerit animā suam, & non errauerit in ea: & non intellexerit vniuersum esse secundum q̄ est, quiescent & non laborabunt cogitationes eius vt querant finem aliquem alicuius rei quæ non habet illū finem: vel vt querat finem alicuius rei quæ non habet finem nisi suum esse, quod dependet de volūtate Creatoris. Et si volueris dic in sapientia spirituali.

## De mensuris cœlorum & stellarum, & de distantis eorum a nobis, Capitulū XV.

**D**E iis quæ necessaria sunt homini vt intelligat ea donec sciat mensuram animæ suæ, & non erret, est illud qd̄ probatur de mensuris cœlorum & stellarum: & mensuris distantiarum inter nos & ipsos. Cum enim demonstrat̄ mensurē omnem longitudinē, dū comparantur medietati diametri secantis terram: & quantitas lineæ circūdantis terrā est nota: ergo erit medietas diametri secantis ipsam, nota: & distantie omnes erunt notæ, vt probatum est q̄ longitudo distantie centri terræ ab altitudine cœli Saturni, est tunc octo milia annorum & trecentorū fere: ita q̄ quilibet annus sit trecentorum sexagintaquinque dierū. Iter vero cuiuslibet diei contineat quadraginta miliaria de illis de quibus lex loquitur, & dicit q̄ quodlibet miliare continet duo milia cubitorum ad mensuram cubiti quo vtentur. Intelligēte distantiam istam magnā quæ terret animas, sicut scriptura dicit: Nōne Deus in altitudine cœlorum: & videt extrema stellarum excelsarum! Ostendit ex hoc q̄ sumimus probationem de altitudine cœlorum super elongatione nostra ab apprehensione Creatoris. Cum enim distantia prædicti corporis tanta fuerit: & ipsum corpus est tam remotum a nobis in loco suo: & eius substantia est occulta, & radix ipsius apud intellectum nostrum: & magnitudo operationum ipsius, quanto magis vt apprehendatur factor ipsius, qui non est corpus! Hæc autem longitudo distantie quæ probata est iam, est secundum breuitatem & minoritatem quæ ibi est: quoniam nullo modo potest contingere vt minor sit distantia inter centrum terræ & altitudinem stellarum, q̄ illa quam diximus: & fortassis multo maior est: quia profunditas cœlorum non est probata, nisi secundum q̄ minor potest esse, sicut probatum est in libris distantiarum cœlorum: & similiter corporum quæ sunt inter cœlum & cœlum: secundum q̄ exigit æstimatio sensus, sicut dixit Thebit. Nō potest apprehendi vere quanta est profunditas: quia nō sunt ibi stellæ de quibus possit accipi probatio. Profunditatis vero cœli stellarum fixarū est iter quatuor annorum ad minus. Scitum est autem ex quantitate cursus stellarum q̄ corpus cuiuslibet illarum stellarum est maius pila terre centies nonagies: & fortassis maior est profunditas corporis illius cœli noni qd̄ reuoluit omnes moru diturno, & non est nota quantitas in illo: quia nō sunt in ro stellæ: nec habemus viam ad sciendū magnitudinem ipsius. Considerata ergo entia ista corporalia q̄ magna est quantitas ipsorum: & q̄ multus est numerus ipsorum. Quo scito, materia non habet proportionē ad cœlum stellarū: quæ potest esse proportio speciei homin respectu oīm creaturarū. Et quō ascēdet in cor alicui⁹ nostrū q̄ oīa creata sunt p̄pter hōlem: & q̄ sunt instrumēta ministratia ipsi, hæc aut̄ est cōparatio in mensuris corporū. Sed

quid erit cū intellexeris esse intelligētiarū abstractarū! Potest autem induci dubitatio a nobis super sentētia philosophorū in hac ratione. Dicit ergo aliquis: si dixerimus q̄ finis cœlog fuit p̄pter regimen vnius singularis hominis, vel multorū hominū, exempli causa esset hoc vanitas secundū cōsiderationem prophetiæ. Si vero dixerimus q̄ finis earū est p̄pter regimen humanæ speciei, nō est remotū vt illa corpora magna faciāt hoc, vt finis sit eorū esse singulariū specierū: quæ secundū opinionem nostrā non erunt finita numero. Istud aut̄ videtur esse sicut si artifex aliquis faceret instrumēta magni ponderis, s. C. librarū, vt cum eis faciat acum minimā pōderis vnius grani, qd̄ scilicet factum esset propter vnam acum solūmodo, esset destructio consuetudinis secundum nostram cōsiderationem: sed non erit destructio consuetudinis præcise si instrumētis prædictis ponderosis fecerit acum post acum vsq̄ in infinitum: & tunc erunt illa instrumēta sciētia. Eodē modo potest esse finis cœlorū perpetuare generationē & corruptionem, finis vero generationis & corruptionis est esse speciei hominum, sicut dictū est: & inuenimus verba & versus quæ iuuāt istam cogitationem. Sed philosophus iam soluit istam dubitationem dicens: Si non esset diuersitas inter corpora cœlorum & singularia specierum, generabilia & corruptibilia, nisi in paruitate & magnitudine, poterat istud dici. Sed propter differentiā, q̄ inter ea ē in nobilitate & sublimitate substantiæ & radicis, valde remotū est vt nobilius sit instrumentum vilioris. Vniuersaliter autem illa dubitatio iuuat opinionē nostrā in nouitate mundi. Plus intentionis meę in hoc capitulo fuit ista ratio quam audiui: propter quam didici aliquid de scientia firmamenti. Et mirabar super eo quod dixerunt sapientes de quantitate distantiarum: quia ipsi manifeste dixerunt q̄ profunditas vniuscuiusq̄ cœlorum est iter duorū annorū. Inter cœlū vero & aliud cœlum duorū annorū. Sunt enim septem cœli: & distantia septimi cœli a centro terræ erit iter septem milium annorū. Audiētī autē istud videtur admiratio magna: & q̄ distantia non potest esse tanta. Qd̄ autem probatum est in distantis, ostendit tibi q̄ distantia centri terræ a loco Saturni, qui est septimum cœlum, est iter septē milia & vigintiquatuor annorū fere. Longitudo vero distantie de qua fecimus mentionem, quæ est iter octo milium & ducentorū annorum, est vsq̄ ad profunditatem octavi cœli: hoc est, quod ipsi dicunt q̄ inter vnum cœlum & aliud est tanta distantia: eius expositio est p̄funditas corporis quod est inter cœlos: non q̄ sit ibi locus natiuus. Nō quæras a me q̄ omnia quæ dixerunt in rationibus firmamenti, sint cōuenientia secundum q̄ ratio pura se habet, quoniam niam scientiæ Mathematicę defectum patiebantur: & non erant completæ in tēpore illo. Neq̄ locuti fuerunt in hoc quando receperint ea quæ dixerant a prophetis: sed quia fuerunt sapientes in temporibus suis. Propter hoc autem non negamus q̄ verba quæ congruūt veritati, nō sunt vera: vel q̄ congruūt ei per accidens: sed quicquid ipsi dixerūt qd̄ conuenit vniuerso eā qd̄ probatum est, illud est recta veritas apud perfectos in naturā qui concedunt veritates.

## Vtrum secundum potentiam diuinā cōtraria possint esse in eodē. Cap. XVI.

**I**mpossibile naturam habet firmam, cuius sempiterna est firmitas: nec est ex opere factoris: nec variari potest: & propter hoc non conuenit dicere de Creatore q̄ potest facere impossibile. Huic rationi nullus de magistris speculationis contradicit: neq̄ contrarius est nisi qui non intelligit intelligibilia. Locus vero cōtrarietatis inter magistros speculationis est in quibusdam cogitationibus quæ ascendunt super cor. Quidam illorum dicunt q̄ istud est de impossibilibus, de quo non debet dici: quia creator potest illud immutare. Alii vero dicunt q̄ est de possibilibus q̄ Creator potest facere vt sit secundum suam voluntatem. Verbi gratia, Coniunctio duorum contrariorum in eodem subiecto: & conuersio substantiæ in accidens: & accidentis in substantiam: vel esse substantiæ corporeæ posse inueniri sine accidenti: Hæc quidem omnia sunt impossibilia secundum sententiam omnium magistrorum speculationis. Similiter potentia creatoris vt inueniatur ei similis: vel vt destruat̄ eius substantia vt faciat se corpus: vel vt mutet se: hæc omnia sunt impossibilia: nec est dicendum de Creatore q̄ possit facere aliquod istorum. Vtrum vero possit inueniri aliquod accidens per se non in substantia: quidam de magistris supradictis, scilicet separati purauerunt hoc, & dixerunt q̄ est possibile: sed alii dicunt q̄ est impossibile. Sed in esse accidentis qd̄ non est in loco: non induxit eos ad dicendum istud cōsideratio vera: sed obedientia mandatorum legis: & cōsideratio vexauit eum qui dixit anxietate magna: & voluit euadere per hanc viam: Eodem modo conuenit in esse rei corporeæ de nō corpore: quia est apud nos de vniuersitate possibilium: sed apud



philosophos est de genere impossibiliū. Similiter dicunt philosophi q̄ inueniri quadratum cuius diameter sit aequalis lateri: vel angulum solidum quem cōstituant quatuor anguli sim- plices stantes: & ista similia sunt de genere impossibiliū. Quidam vero de illis qui ignorant viam disciplinabiliū, nec intelligunt de istis nisi verba simplicia, nec intelligūt rationem cū dicunt q̄ sunt possibiliā. Vellem autem scire vtrum sit porta illa aperta licita: & quilibet po- test ratiocinari in quacūq; ratione quæ ascendit in cor eius. Alius vero dicit q̄ est impossibile secundum naturam rei. An est aliquid qd̄ claudat portam istam, vt possint hoc percipere: quia istud est impossibile in sui natura: & vtrū inquisitio & probatio huius rei est in potentia ima- ginatiua an intellectu: vel per quid discernit homo inter imaginabile & intelligibile, quoniā quandoq; contradicit aliquis alii, vel sibiip̄si in eo quod est possibile secundum q̄ ei videtur. Et dicit q̄ est possibile in sui natura. Aduersarius vero cōtradicit ei, dicens. Istud possibile est de opere imaginationis, non de intellectus probatione est aliquid: ergo quo possumus discer- nere inter virtutem imaginatiuam & intellectum, vtrum ne etiam est illud aliud ab illis duo- bus: an per intellectū poterit quis discernere inter intelligibile & imaginabile? Iste enim locus eget inquisitione: & multum disputatur de eo: sed non est illa intentio huius capituli. Iam pa- tet q̄ secundum omnem opinionem & secundum sententiam nostram quædam sunt impossi- bilia: nec est dicendum de Creatore q̄ habet potentiam super illa: nec est istud defectus eius qd̄ ei conuenit, nec diminutio potentie suæ quia non fecerit vt essent. Sunt igitur in imagina- tione & sequuntur eam: sed non sunt ex parte operatoris. Iam ergo patet q̄ locus contrarieta- ris inquirendo est, vtrū sint de gñe possibiliū, an impossibiliū: & istud adhuc explanabitur.

## De scientia Dei respectu singularium. Capitulum. XVII.

**Q**uod philosophi locuti sunt contentione in scientia Creatoris quantum ad alia extra se: & euagati sunt in euagatione in qua nō potest eis succedere: nec aliis q̄ secuti sunt eos in illa scientia. Adhuc autem faciam te audire dubitationes quæ induxerunt eos in hunc errorem: & faciam te audire opinionem nostræ legis in hoc: & q̄ nos contradicimus eis in eorū prauis opinionibus: quæ longe distant a scientia Creatoris. Quod aut fecit eos euaga- ri, & induxit eos in hoc, primo est illud qd̄ apparet in principio cogitationis de malitia ordi- nis diuersitatum hominum: & q̄ quidam hominum sancti scilicet sunt in afflictione: quidam vero malorum ducunt vitam in delectatione. Hoc igitur induxit eos ad distinguendum, sicut modo audies. Dicūt enim, necesse est alterum duorū esse: Vel q̄ creator ignoret diuersitates hominum: nec apprehendat eas: Vel quia scit & apprehendit eas, hæc autem diuisio necessaria est. Deinde processerunt, si scit & apprehendit illas, necesse est ergo vt ordinet & regat illos se- cundum ordinem rectū & valde perfectum: vel q̄ non potest eos ordinare, vel q̄ potest & scit recte eos ordinare, sed non vult: sed postponit eos & derelinquit eos secundum suum esse: & q̄ sunt contempti coram eo propter zelum & inuidiam, sicut inuenitur in hominibus aliquis q̄ potest alii benefacere: & scit quia ille indiget vt ei beneficiat: sed ppter malitiā naturæ suæ & inuidiam nō vult ei benefacere. Hæc autē distinctio necessaria est, scilicet q̄ omnis qui scit rei statum, nō effugiet alterum duorum: vel vt apponat custodiam & curam in eo qd̄ scit: vel vt postponat: sicut postponit homo in domo sua curam catorum, vel aliarum rerum vilium. Qui autem curā habet rei, fortassis habet impediens: licet cura rei sit ei cordi: postq̄ vero præ- miserunt prædictas distinctiones, dixerunt q̄ duæ de prædictis distinctionibus quæ sunt nec- cessariæ apud omnem sapientem, sunt impossibiliā: in eo quod conuenit creatori, scilicet vel q̄ non potest: vel q̄ potest, & non facit: hæc enim duo turpia sunt: vel abbreviatio potentia: a quibus Creator lōge distat. De distinctione vero supraddicta nō remanet nisi q̄ ignorat diuer- sitates hominum omnino: & idcirco non ordinat eos secundum ordinem rectum. Et nos inue- nimur inordinati, & non coniuncti cum via sensus: nec procedimus secundum q̄ conuenit. Istud est probatio q̄ nullo modo scit hoc: & hoc est qd̄ primo modo induxit eos in hunc erro- rem magnum. Tu autem cognosces quæcūq; ostendi tibi de cōtradictione ipsorum: & intel- liges q̄ hic est locus erroris eorum manifeste, qui explanatus est in libro Alexandri de regimi- ne. Nunc ergo vide & mirare quomodo inciderunt in illud malum quod fugiebant: & quali- ter inuenti sunt ignari rationis: & imposuerunt nobis semper inconueniens. Casus autem illo- rum (qd̄ fugiebant) in malū, est qd̄ ipsi fugiebant attribuere Creatori, scilicet q̄ postponeret, & attribuerunt ei præcise ignorantiam, & q̄ nescit: & q̄ omnia quæ sunt in hoc mundo infæ-

reriori latent ipsum: nec apprehēdit ea. Fatuitas autem eorum & stultitia eorum est in eo super quo docuerunt nos q̄ ipsi probant secretum esse diuersitatum & negotiorum humanorum: q̄ mala ipsorum sunt ex seipsis: vel ex necessitate nostræ materie, sicut ipsi semper dicunt. Nos vero iam ostendimus in istis qd̄ oportebat ostendi. Cum autem fundauerūt istam radicē quæ destruit omne firmamentū rectū: & immutat splendore pulchritudinis oīs veræ credulitatis: inceperunt postea remouere malitiā inconuenientis secundum dicentes. Scientia istarum re- rum impossibilis est in Creatore, multis de causis. Vna est, q̄ singularia comprehendūt sen- sibus non intellectu: Creator autem nihil apprehendit sensu. Secunda est, q̄ singularia sunt in finita. Scientia vero coniungit res in communi. Eorum vero quæ infinita sunt scientia nō est cōiuncta. Tertia vero est, q̄ scientia eorum quæ renouatur quæ sunt singularia, sine dubio exi- git vt in Creatore sit mutatio, quia renouatur in eo scientia post scientiam. Et secundum ratio- nem nostram qui tenemus legem & dicimus q̄ ipse scit res anteq̄ sint: proponunt contra nos duo inconuenientia, Quorum vnum est, dependere scientiam a priuatione pura. Secundū est q̄ scientia entis in potentia sit idem cum sciētia ipsius entis iam in actu. Coangustata cogita- tiones in hoc, & anxiatī sunt adeo q̄ quidam istorum dixerunt q̄ Creator scit species tantum modo, non singularia. Alii vero dixerunt q̄ nihil scit aliquo modo præter substantiam suam: ne sit in eo multitudo scientiarum secundum cogitationem suam. Quidam vero philosopho- rum credūt in hoc idem quod nos credimus, q̄ Creator scit oīa, & nihil latet ipsum omnino. Et multi tales fuerunt ante Aristotelem longo tempore: & Alexander fecit mentionem de ip- sis in libro suo: sed non recipit opinionem istorum. Et dixit q̄ maior destructio opinionis ipso- rum sunt mala quæ contingunt bonis hominibus: & bona quæ cōtingunt malis. Generaliter autem iam ostendi tibi q̄ non inuenerunt diuersitates hominum ordinatas, secundū q̄ appa- ret gentibus: vel si est ordo in istis, non peruenerūt ad considerationem istam, nec extenderūt manum suam ad hoc. Quod primo autē induxit eos in hanc considerationē quam ipsi intelli- gunt, est diuersitas hominum, scilicet iustus, & prauus, & secundum earum cogitationē non omnia sunt ordinata, sicut dixerūt insipientes nostri & stulti, Non est æqua via domini. Postq̄ ergo ostendi q̄ loqui de sciētia Creatoris & cura ipsius sunt inuicem colligata: incipiam nar- rare opiniones eorum qui speculantur secreta curæ Creatoris. Deinde vero soluam dubitatio- nes quas singularia rerum induxerunt in scientiam Creatoris.

## De prouidentia Dei opiniones quinque. Capitulum. XVIII.

**Q**uod opiniones hominum circa curam Dei sunt quinque: & oēs sunt antiquæ, scilicet a tēpo- re prophetarū & legū quæ illuminant omnes tenebras istas. **O**pinio prima est illius qui putat q̄ cura non est omnino in aliqua parte vniuersi esse: & quicquid est in mū- do a summo celorū vsq; ad terram, fuit casu: nec est ibi ordinator nec rector: neq; qui curā habet in vniuersis rebus. Hæc autem est opinio Epicuri, & idem credit atomos esse, dicēs q̄ mi- scentur casu: & q̄ erit ex eis quicquid acciderit casu. Hanc opinionē tenuerunt blasphemī de populo Israel, de quibus dictum est. Negauerunt dominum, & dixerunt quia non est. Aristote- les autem probauit destructionem huius opinionis: & q̄ non oportet q̄ omnia eueniant per accidens: sed habent ordinatorem & rectorem. Iam fecimus mentionē de parte istius rationis in his quæ præmissimus. **O**pinio secunda est illius qui credit q̄ quædam res habent curā, & sunt in regimine rectoris, & in ordine ordinatoris. Aliæ vero res sunt derelictæ secundū q̄ accidit eis. Hæc autem est opinio Aristotelis: & ego ostendam tibi opinionem ipsius in cura. Dixit Aristoteles q̄ Creator curat diuersitates celorum, & eorū quæ sunt in illis: & idcirco ipsorum singularia permanent sicut sunt. Alexander autem dixit quia opinio Aristotelis est q̄ cura Dei peruenit vsq; ad cælum Lunæ. Et hoc est ramus radicis eius in antiquitate mūdi, quia ipse credit q̄ cura est secundum naturā esse rerum. Cœli vero & omnia quæ in eis sunt quorum singularia sunt sempiterna: ratio curæ ipsorum est permanentia eorum in compositio- ne sua: & q̄ non mutantur. Sicut autem secutum est necessario esse rerum aliarum ex esse ipsorum, quarum rerum singularia non sunt stabiles esse: sed ipsa species: ita prouenit ex largi- tate ipsius curæ q̄ facit permanentiam specierum & perpetuitatem ipsarū: & non possunt sin- gularia esse ipsorum stabiles esse: neq; cuiuslibet speciei singularia derelicta sunt omnino: sed quicquid factum est ex ipsa materia limpida & clara, propter qd̄ recipit formam crescen- di, habet in se potentiam quæ conseruat ipsum tempore definito secundum q̄ conuenit ei, &

Prima opi-  
nio.

Secunda  
opinio.

remouet ab eo nociuum & inutile. Quod autem fuit clarius quam praemissum, quod & recipit formam sentiendi, datae sunt ei aliae potentiae ad conseruandum ipsum: & ad remouendum nociuum ab eo: & collata est ei alia potentia super materia ut moueatur ad conueniens sibi, & ut fugiat contrarium: & dedit cuiuslibet speciei ea quibus egebat illa species. Quod vero fuit ex mundi orbi & clariori materia adeo quod recipit formam intellectus, concessa fuit ei alia potentia qua se regeret, & cogitaret & intelligeret illud per quod potest firmari substantia eius & cura speciei secundum perfectionem ipsius singularis. Alii vero motus qui sunt in singularibus speciei, sunt casu: & secundum quod accidit, & secundum opinionem Aristotelis non sunt ex regimine rectoris, nec ex ordine ordinatoris. Exempli causa, Ventus turbinis flauit, vel sine turbine proiecit partem arboris, & franget ramos alterius arboris, & proiciet lapidem de pariete super aliquam herbam, & inducet tempestatem in mari donec frangatur nauis, & morientur qui fuerint in ea. Et secundum Aristotelem non est differentia inter casum foliorum, & lapidis, & submersio nem sanctorum qui erant in pauis. Et eodem modo, non est differentia inter casum lapidis super agmen formicarum quae mortuae sunt: & subuersione domus quae cecidit super sanctos qui orabant in eadem domo, & mortui sunt. Secundum eundem etiam non est differentia inter cattum qui aurem, & araneam quae muscam rapuit: & leonem qui occurrit prophetae & rapuit illum. Vniuersaliter autem quoniam radix opinionis eius est, quod quicquid regitur regimine recto non corrumpitur, & eius consuetudo non variatur: sicut sunt diuersitates caelorum, vel quod praecedit secundum ordinem, et non regreditur super terminos suos nisi propter magnam renovationem, sicut res naturales: Dicit quod cura specialis conseruat illa, quicquid autem videt quod non procedit per viam sensus, non custodit ordinem in diuersitatibus singularium cuiuscumque speciei plantarum, et animalium, et hominum, dicit quod casu accidit, et non prouenit ex regimine rectoris, id est non sustentat ipsum cura specialis: quia videtur ei quod auxilium curae in his rebus est impossibile. Istud autem sequitur opinionem eius in antiquitate mundi: et quod est contrarium huic rationi, est impossibile. Qui vero de gente nostra rebelles crediderunt in ista opinionem, sunt illi qui dicebant, Dereliquit Dominus terram. Opinio tertia est contraria opinionem secundae. Et est opinio illius qui credit quod in vniuerso esse nihil contingit per accidens villo modo, nec in singularibus, nec in vniuersalibus: sed omnia sunt ex voluntate et intentione et regimine. Palam autem est quod omnis rector cuiuscumque rei scit illam. Haec autem est opinio scientium Maurorum. Hanc opinionem sequitur inconuenientia fortis, et ipsi recipiunt ea. Concedunt enim quod dixit Aristoteles quod non est differentia inter casum foliorum, et mortem hominis: et dicit quod ita est. Sed ventus non flauit casu, immo creator mouit ipsum: nec ventus proiecit folia, immo quodlibet folium cecidit iudicio Dei, et definitione ipsius: et ipse est qui deiecit ea modo: et in hoc loco non conuenit ut tardaret tempus casus ipsius, nec quod praecederet, nec conueniebat ut caderet in alio loco: sed omnia definita fuerunt, neque prohibita sunt sic esse. Secundum hanc opinionem sequitur quod omnes motus et quietes animalium sint definiti a Creatore: nec est in potestate hominis villo modo ut faciat aliquid, vel non faciat illud. Et sequitur etiam secundum hanc opinionem ut tollatur natura possibilitatis: et quod omnia sint vel necessaria vel impossibilia: et receperunt ista et dixerunt quia istud quod dicimus possibile, sicut stare Iacob et venire Iudae, est possibile relatum ad nos: sed relatum ad Creatorem, non est sic: et apud eos non est possibilitas, sed necessitas. Sequitur etiam necessario secundum hanc opinionem quod rationes praceptorum sunt inutiles: quia homo cui data sunt praeccepta, non habet potestatem in manu sua ut faciat quae praeccepta sunt ei: vel ut recedat ab iis quae prohibita sunt ei: immo faciet sicut definitum est a Deo. Haec autem secta dixit quod Creator sic voluit mittere nuncios, et praecipere, et prohibere, & terrere, et promittere, licet nos nullam potentiam habeamus in hoc: et necesse habemus facere quod praecceptum est: et quod incidamus in poenam: et quod acquiramus primum bonum. Et secundum hanc opinionem sequitur quod opera Creatoris sint sine fine. Ipsi vero receperunt onus omnium istorum inconuenientium, ut firmaret in eis ista ratio et opinio adeo quod si viderimus aliquem natum caecum vel leprosum de quo non conuenit dicere quod peccauit ante hoc, nisi poena ista infligeretur ei: Dicunt quod ita voluit. Eodem modo cum videmus iustum seruientem Creatori qui interficitur diuersis generibus poenarum: dicunt quod ita voluit, nec est in hoc iniustitia: quoniam secundum ipsos licitum est Creatori punire non peccatorem: et dare premium bonum peccati. Verba vero ipsorum in hac ratione scita sunt. Opinio quarta est illius qui credit quod homo habet potestatem: et idcirco procedit ordinate in eo quod conuenit legi.

Tertia.

Quarta.

in prohibitione in regimine & in premio & in poena secundum sententiam eorum. Et isti credunt quod omnia opera Creatoris sequuntur sapientiam ipsius, & quod iniustitia in eo non est, & quod non punit bonos. Separati etiam credunt in hanc opinionem: quis potentia hominis non definita sit super opera quae facit secundum sententiam ipsorum. Et ipsi credunt quod scit casum foliorum, & iter formicarum: & cura sua fixa est in omnibus istis. Et idcirco sequuntur ex hac opinione inconuenientia quae seinuicem destruunt. Inconueniens autem hoc est: quia quidam hominum nascuntur aliter quam exigit eorum natura: ipsi vero non peccauerunt: & dicunt quia istud sequitur sapientiam Creatoris: & quod melius est illi qui sic nascitur quam si esset perfectus & sanus. Nos autem non intelligimus bonum istud. Dicunt etiam quod istud non est ei pro poena, immo propter praeminentiam beneficii. De morte vero iusti praedicta responsio eorum est, ut multiplicetur eius premium in seculo venturo. Nos autem quarimus ab eis quare iniustitia & iudicium sint super homines, & non super res alias. Item propter quod peccatum bestia ista fuit decollata: & dixerunt quod istud melius est ei, quia creator dabit ei premium bonum in seculo venturo. Sequitur etiam secundum ipsorum opinionem ut interfectio pulicis & pediculi sit ut habeat premium a Creatore. Similiter & de mure qui non peccauit, quem rapuit carus, dicit quia sic exigit dei sapientia in eo quod conuenit muri, & remunerabit eum propter damnum: quod recipiet in seculo venturo. Nullus autem sustentium aliquam istarum trium opinionum necesse habet recipere curam: quia quilibet illorum induxit ad hoc magna necessitas propter illud quod dixit Aristoteles: & sequutus est illud quod apparet de natura vniuersali esse. Secta vero Sententium effugit imponere Creatori ignorantiam alicuius rei, nec oportet dicere quod scit illud singulare, & ignorat aliud. Ex hoc autem sequuntur inconuenientia & receperunt illa. Separati vero fugerunt attribuere Creatori iniustitiam & superbiam, nec videtur eis conueniens contradicere Creatori, donec dicunt quod poena non peccantis non est iniusta. Secundum sententiam vero ipsorum non est iniusta: Secundum sententiam vero ipsorum non oportet ut prophetae annuncient, nec oportet ut lex detur propter rationem non intelligibilem: & receperunt inconuenientia quae sequebantur. Et secundum eos sequitur destructio & ablatio: quia credunt quod creator scit omnia, & quod homo habet patrem, & quod est aptator istorum quod apparet cum modica consideratione quod quedam pars rationis destruit aliam. Quinta opinio ipsa est sententia credentium legem nostram, aut faciam te scire illud quod dixerunt in hoc libro prophetarum nostrorum: & quod credunt vniuersaliter sapientes nostri. Postea narrabo tibi quod crediderit quidam de ultimis gentis nostrae. Similiter ego te faciam scire quod credo in hoc. Scito quod principalitas legis Moyse magistri nostri, & omnium credentium illam, est quod homo habet potentiam definitam, id est ipse de natura sua & voluntate operatur quicquid homo habet operari, absque eo quod remouetur aliquod nouum aliquo modo. Eodem modo species omnium animalium mouentur propria voluntate: & ita voluit Creator, scilicet quod sua voluntas prima fuit quod omne animal moueatur secundum propriam suam voluntatem: & quod habeat homo potestatem super eo quod voluerit, & electionem super eo quod potest. Numquam fuit auditum quod aliquis de lege nostra contradixerit isti principalitati, Deo gratias. De vniuersitate etiam principalitatum legis est quod iniustitia nullo modo cadit in creatorem: & quod quicquid accidit homini de angustiis vel de bonis siue vni siue pluribus, totum est ex parte debiti cum iudicio iustitiae in quo nulla est iniustitia. Et si contigerit homini ut aliqua spina intret in manum eius, & statim remoueat eam, dicemus quod istud datum est ei in poenam. Quod si aliquid boni contigerit ei: dicemus quod istud datum est ei in premium. Haec autem omnia sunt secundum quod oportet, & iusta sunt. Istud vero est quod lex dicit, Vniuersae viae eius iudicia: ignoramus propter quam causam illud est conueniens. Iam ostendi tibi opiniones istas. Aristoteles autem credit quod quicquid vides in diuersitatibus hominum mutari, quod totum est pure per accidens. Sentientes vero credunt quod omnia sequuntur voluntatem simplicem Creatoris. Separati vero credunt quod omnia sequuntur definitionem iudicii eius. Nos autem credimus quod ista sequuntur debitum operum hominum. Propter hoc ergo dicunt Sentientes quod conueniens est ut Creator puniat iniustum in hoc seculo, & quod ipsum puniet in inferno in seculo venturo semper: & dicit quod ita voluit. Separati vero credunt quod istud est iniustum: sed quod ille puniet in hoc mundo: & quod formica habet premium sicut pediculus, ut premium consequatur: totum istud sequitur sapientiam eius, quam nos nescimus. Nos autem credimus quod omnia illa quae inueniuntur in hominibus sunt secundum quod debet esse: & Creator lege est ab iniustitia: nec punit aliquem nisi illi qui est debitor poenae. Istud vero est de quo locuta est lex quod omnia talia sequuntur debitum hominis. Super hac opinione locuti sunt vltimi sapientes nostri: quoniam ipsi dicunt manifeste quod nulla mors est sine peccato, neque poena sine delicto: & dixerunt, In quae mensura mensus fuerit homo, remetiet ei, hoc est planum. Ostendunt et vbi quod

Quinta.

iustitia necessaria est Creatori, & q̄ dabit primum bonū, propter iustitiam quā operatus est, licet propheta non praeceperit istud ei. Punit autem hominem pro omni peccato & malitia quam operabitur: licet non fuerit prohibitum ei per manum prophetae. Ipse namq; prohibitus est naturaliter vt non faciat superbiam, vel aliquid mali. & propter hoc dictum est, Non retinet Creator mercedem alicuius creaturae. Dixerunt etiam: quicumq; dixit q̄ Creator est largus, nummi eius largiuntur: sed prolongat iram suam: & colligit quod suum est. & dixerunt Ille cui praeceptum est aliquid, & facit illud, non est similis ei qui non iussus facit. Ostenderunt etiam q̄ licet non sit iussus, tamen datur ei primum. Secundum hunc modum inueniuntur plura verba ipsorum. Inuenitur autem additamentum quoddam in verbis sapientum quod non inuenitur in lege scriptum. & hoc est quod quidam eorum dixerunt, Flagella amoris. Et secundum hanc opinionem fortassis venient super aliquem tribulationes, non propter peccatum quod perpetravit: sed vt multiplicetur primum ipsius. Haec autem est opinio Separatorum: sed illa ratio non firmatur per legem. nec te decipiant rationes tentationis, sicut dictum est, Tentauit Deus Abraham. & iterum, Feci te comedere manna quod ignorabas, & patres tui: vt tentarem te. et adhuc audies rationem in hoc. Lex autem nostra non fuit locuta nisi super statu hominum. Ratio vero remunerationis bestiarum non fuit audita in gente nostra, nec ante, nec post, nec aliquis sapiens dixit hoc: nisi quidam de vltimis qui audierunt a cœtu Separatorum, & visum fuit eis conueniens: & propterea crediderunt. Quod autem ego credo in hac principalitate, item in cura speciali, est illud quod narrabo tibi. Ego vero non inmito in hac ratione super eo quod ostensum est mihi, quod est mens legis creatoris, & librorū prophetarū. Huius autē opinionis quā ego credo, dubitationes sunt pauciores & inconuenientia similiter, q̄ opinionum quas prēmisiimus. Est etiam propinquior intellectui & haec est eius explanatio. Ego credo q̄ cura specialis est in hoc mundo inferiori, q̄ est sub sphaera Luna: & est coniuncta in singularibus speciei hominum tantūmodo. Species autē illa, scilicet hominum, ita se habet q̄ omnes diuersitates singularium suorū & ea quae accidunt ipsis siue bona, siue mala, sequuntur debitum, sicut scriptura dicit, Vniuersa via Domini iudicia. Alia vero animalia quāto magis & plante, opinio mea in illis est sicut opinio Aristotelis. Non credo villo modo q̄ folium aliquod cecidit propter curā quae est in ipso: nec aranea rapuit muscam iudicio Dei & voluntate ipsius: nec salua quā proiecit Iacob & cecidit super paruā muscam in loco noto, & interfecit eam: non dico q̄ istud prouenit ex definitione iudicii: neq; piscis qui rapuit vermem super aquam hoc fecit de voluntate speciali quae coniuncta fuit in quolibet singulari: immo totum istud secundum opinionem meam fuit per accidens pure, sicut dixit Aristoteles. Sed cura specialis apud me in eo quod Creator vult, sequitur splendorem specialem: & speciem in qua coniungitur splendor specialis, donec fit intelligēs, & reuelatur ei quod reuelatur cuilibet intelligenti: quem sustentat cura specialis: & omnia opera eius sunt ad poenam, vel ad primum. Submersio vero nauis & omnium quae in ea sunt: et ruina parietis super homines qui erant in domo: ego credo q̄ ingressus illorum in nauem, et aliorum introitus in domum non fuit per accidens secundum opinionem nostram, immo ex voluntate speciali secundum q̄ exigunt eius iudicia, quorum vias non apprehendit intellectus noster. Quod autē induxit me in istā credulitatē, est quia nūq̄ inueni versum in libris prophetarū q̄ Creator curā habet super aliquo singulari aīaliū, nisi super hoīe singulari: quia homo res vilis est: respectu tantae rei, nedum vbi sit in singularibus animalium aliorum, sicut dixit Dauid. Quid est homo q̄ memor es eius &c. Inuenimus etiam versus manifestos q̄ cura Dei infixā est in omnibus singularibus hominum ad visitandum omnia opera ipsorum, sicut dixit, Ipse creas corda eorum singulariter, & intelligens omnia opera eorū. Et dixit, Oculi tui aperti super vniuersas vias filiorum hominum: vt reddas homini iuxta viam suam, et fructum operū suorum: et dixit, Oculi eius super vias viri. Lex etiam fecit sciri in cura singularium hominū et in cōsideratione operū suorū, dicens. In die visitationis meae visitabo super eos peccata ipsorum: et dixit, Si quis peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: et dixit, Perdam animam illā: et dixit, Dabo iram meam in hominem illum, et multa talia. Quicquid etiā legitur de Abraham, Isaac, et Iacob, est probatio pura q̄ cura fixa est in quolibet singulari hominum: Sed in aliis animalibus opinio mea est sicut opinio Aristotelis sine dubio. Et propter hoc decollatio ipsorum fuit licita. Sed praeceptum fuit nobis qualiter debemus illam facere: et q̄ vteremur illis ad commodum nostrū iuxta voluntatē nostrā. Cuius rei probatio. s. q̄

alia animalia non habent curā Creatoris, sicut dixit Aristoteles, est verbū prophetae: qui cū vidit potētiam Nabuchodonosor: & imperiū ipsius qd̄ dominabatur creaturis, & interfecit eos, dixit. Vidi domine omnes derelictos & dimissos sine rectore, sicut serpentes terrae & pisces. Colligitur ex hoc verbo q̄ serpentes & pisces non habent creatorē, sicut dixit: Facit homines sicut pisces maris, sicut serpens non est in eo dominatio. Postea vero exposuit propheta q̄ non habet se res ira in omnibus, non sunt dimissi a cura nisi ad modum poenae. Hoc autem est in hominibus illis qui se constituerunt debitores mali quod accidit eis, sicut scriptura dicit: Domine posuisti quasi iudicium forte ad improprium fundasti. Nō putes q̄ illa opinio tollit illud quod dictum est, Qui dat iumentis escam ipsorum, & iterum. Catuli leonum rugietes vt rapiant & querāt &c. & iterū. Aperiente te manum tuam omnia animalia farurabuntur. Verbum autem sapientum est. Sedet & regit omnia quae in mūdo sunt: maiora, & minora, & multa talia. In omnibus autem illis nihil est qd̄ destruat opinionem meam: quoniam in omnibus talibus mentio fit de cura speciei, non de cura singularium. Istud autē est sicut si narraret magnitudinem munificentiae suae in componendo motum cuiuslibet speciei & sustentamentū permanentiae suae: hoc autem manifestum est & probatum. Et ita credit Aristoteles q̄ illa cura est necessaria: & est inuenta in omnibus, de qua etiam locutus est Alexander super Aristotelem, scilicet q̄ creator aptauit victum cuiuslibet speciei ad sua singularia omnia. Si vero non esset ita prouisum, periret species sine dubio. hoc autem patet cum modica cōsideratione. Quod autem dixerunt sapientes, q̄ animalium poena prohibita est in lege, quae dixit, Quare percussisti asinam tuam: scito q̄ istud dictum est propter perfectionem nostram, scilicet ne assuescimus vitio superbiae, neq; ledamus aliquid frustra sine commodo: sed sit intentio nostra in moribus pietatis circa quodlibet aīal cuius non opus fuerit, sicut scriptura dicit, Cum desiderauerit anima tua comedere carnes, non vt decollemus ex superbia, vel vt ledamus in eis. Secundum hanc autem opinionem non timeo q̄ quaratur a me, quare cura est in singularibus hominum: & non est cura similis in singularibus aliorum animalium: quia consimilis quaestio potest proponi sic. Quare datus est intellectus homini: & non aliis animalibus? Huius autem quaestionis vltimē erit responsio, ita voluit, vel ita exigit Dei sapientia: vel hoc est debitum naturae. Secundum tres primas opiniones consimilis responsio potest dari ad primam quaestionem: & firmabitur opinio nostra tora. Ego namq; non credo q̄ aliquid lateat Creatorem: nec attribuo ei breuitatem potentiae: quia cura nō erit nisi in eo qui habuerit intellectum. Quod autem habet intellectum, est perfectum secundum modum perfectionis postq̄ non est perfectio. Quicquid habet in se aliquid splendoris, secundum q̄ peruenerit ad ipsum de intellectu: peruenerit ad ipsum de cura. Opinio illa conuenit cum intellectu, & cum versibus legis. Opiniones vero quas prēmisiimus, vel excedunt illud quod rectum est, vel deficiunt ab eo. Excessus autem inducit confusionem magnam in abnegatione intelligibili: & ad destruendum sensus. Defectus vero & diminutio inducunt opiniones pessimas in eo quod conuenit Creatoris & corruptionem esse hominis, & destructionem praeminentiae quam habet in moribus suis & in anima sua: & haec est opinio illius qui ponit & astruit aequalitatem inter homines & alia animalia.

### ¶ Q̄ species & caeterae secundae intentiones sint in intellectu. Capitulum XIX.

**¶** Ostq̄ pramisi in ratione curae q̄ est fixa in specie hominum solummodo inter omnes species animalium, dicā quod scitum est, q̄ species nō est extra intellectum: sed species et alia vniuersalia sunt res communicatae in intellectu: et omne ens quod est extra intellectum erit singulare: igitur cum hoc fuerit scitū, scitū est q̄ splendor specialis non est nisi quod inuenimus in moneta hominum, quod est dicere q̄ intellectus humanus non est nisi qd̄ inuenimus de scientiis singularibus: et illud est quod effusum est super Isaac et Iacob et alios. Postq̄ ergo ita se habet res: sequitur secundū illud quod diximus in cap. proximo, q̄ quodlibet singulare de numero hoīm qd̄ adeptū fuerit de splendore p̄dicto maiore partē secundū cōpositionem suae materiae et exercitium animae suae, erit in eo cura magis fixa modis omnibus: si cura trahit post intellectū, sicut praedixi. Tunc ergo cura specialis in omnibus singularibus speciei hominū non erit aequalis, sed erit in eis praeminentia curae, sicut est ibi praeminentia intellectus humani. Secundū hanc igit cōsiderationē sequit̄ necessario vt cura Creatoris sit in prophetis multo maior secundū gradū eorū in p̄phetia: et itidem in sanctis et iustis secundū eorū

sanctitatem et iustitiam, quoniam mensura splendoris intellectus spiritualis ipsa est qua dedit prophetiam prophetis, & iustitiam iustis: & complebit sapientiam sanctorum in eo quod sciunt. Stulti vero & insipientes mali secundum quod sunt diminuti ab illo splendore minoratur eorum gradus, & cantant in ordine cum singularibus aliorum animalium, sicut Dauid dixit: Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. & communiter eorum interior leuis est etsi utilitas proueniat ex hoc. Istud autem est principalitas principum palatium nostrae legis: & super ipsa est fundamentum eius. scilicet cura qua fixa fuerit in singularibus hominum erit secundum quod conuenit eis. Tu vero appone cor tuum, & vide qualiter locutus est super cura in singularibus patriarcharum & in negotiis ipsorum: & quomodo promisit eis quod cura esset fixa in eis, sicut dixit Abraham. Ego clypeus tibi, & dixit ad Isaac, Ero tecum & benedicam tibi, & dixit ad Iacob, Ero tecum & custodiam te ubicumque ambulaueris, & dixit ad dominum prophetarum, Ero tecum, & hoc tibi signum, & dixit ad Iosue discipulum illius, Sicut fui cum Moyse, sic ero tecum. Hoc autem manifestum est & probatum quod cura fuit fixa in eis secundum suam perfectionem. Scriptura uero dixit, In custodia sanctorum & in perditione impiorum pedes sanctorum suorum seruabit, & impii in tenebris conticescent, quia non in fortitudine sua roborabitur uir. Ista ratio dicit quod salus quorundam hominum & saluatio ab accidentibus, & aliorum ruina in ipsis accidentibus, non est secundum fortitudinem corporum suorum: & secundum aptitudinem naturalem: & hoc est quod dixit, Quia non in fortitudine roborabitur uir: sed hoc est secundum perfectionem & imperfectionem, id est secundum appropinquationem ad Creatorem, uel elongationem ab eo. Et propter hoc illi qui propinqui erant ei, fuerunt in fine cura, sicut dictum est, Pedes sanctorum suorum seruabit. Qui uero longe sunt ab eo, sunt presto accidentibus & casibus: nec habet qui faciant eos uitare damnum, sicut ille qui ambulat in tenebris, & paratus est ut cadat ubique. Dixit etiam in cura iustorum, Custodit Dominus omnia ossa eorum, & iterum Custodia domini super iustos, & dixit, Vocabit me & respondebo ei. Et uersus inueniuntur multi in hac ratione, scilicet in cura qua fixa est in singularibus hominum secundum suam perfectionem & gradum. Philosophi etiam locuti sunt de hoc, & dixit Abanazarim in principio expositionis suae super quendam librum Aristotelis, qui dicitur Necromagia, Homines qui potentiam habent mouendi animas suas ab uno more animalium ipsi sunt de quibus Plato dixit quod cura Dei magis fixa est in illis. Attende igitur qualiter inquisitio ista deduxit nos ad opinionem quam dixerunt omnes prophetae quod cura humana est fixa in quolibet singulari secundum suam perfectionem, & qualiter istud scitum est ex parte speculationis, cum fuerit cura tractata post intellectum sicut praediximus. Nec oportet ut dicamus quod cura est specialis non singularis: sicut definiuit qui tenet opinionem philosophorum quod non est ens extra intellectum, nisi singularia, & in illis fixus est intellectus specialis: ergo cura creatoris est in singularibus hominum. Intellige istud capitulum secundum quod intelligi debet: & corroborabuntur in eo omnes principales leges. Conuenerunt etiam opinionibus philosophicis, & tolluntur inconuenientiae: & manifesta erit tibi forma cura quomodo est. Postquam igitur mentionem fecimus magistrorum speculationis in cura & regimine Creatoris in mundo, ostendam tibi opinionem hominum gentis nostrae in scientia Creatoris, & illud quod ego dixi in hoc.

Quae genera omnium perfectionum sint in creatore. Capitulum. XX.

**N**on est dubium quia de primis intelligibilibus est quod in Creatore sint omnia genera perfectionum: & quod omnes imperfectiones longe sunt ab eo: & fere erunt intelligibilia prima: quoniam ignorantia imperfectio est in quacumque re inuenitur: Creator autem nihil ignorat. Quare autem dixerunt quidam de uiris speculatiuis, sicut praedixi, qui dicunt quod quaedam scit, & quaedam ignorat, est illud quod ascendit in cor de defectu ordinis in diuersitatibus hominum. Plures enim diuersitates non sunt naturales solummodo, sed sequuntur intellectum hominis & potentiam. Prophetae uero dixerunt quod probatio stultorum super scientia Creatoris qua sumpta est ab operibus nostris, non est nisi quod uidet malos in delictis: et istud inducit ad putandum de iusto cultus mens est benefacere, quod labor quem propter hoc sustinet inuisibilis est ei. Dauid uero cuius cogitationes in hoc erant, locutus est donec ostendit illis quod illa sciuntur in nouissimis eorum, non in principio: et illa sunt ipsius uerba in omnibus istis rationibus. Dixerunt quoque quomodo scit Deus, etsi est scientia in excelsis. Ecce ipsi peccatores pacifici in mundo obtinuerunt diuitias: et dixi, frustra mundauit cor meum, et laui mundicia

manus meas. in fine uero rationis dicit, Existimaui ut cognoscerem, hic labor est in oculis meis donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Easdem rationes omnes dixit propheta, Confirmata sunt uerba uestra super me dicit Dominus: & dixistis, uanum est seruire Creatori: & qua utilitas ut custodiamus mandata eius: & dixit, Nos laudamus superbos, & dixit, Tunc locuti sunt sibi timetes dominum unusquisque ad proximum suum, & dixit in fine rationis. Reuertimini, & uidebitis quid sit inter iustum & impium. Similiter & Dauid dixit quod ista opinio erat diffusa in tempore suo: & quod eam inducebat malitia hominum: & superbia eorum quod ruda in alios: & incepit disputare & destruere opinionem illam: & ostendere quod creator scit omnia ista: & dixit, Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt: & dixerunt, Non uidebit Dominus: nec intelliget Deus Iacob. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum non considerat: Ego autem ostendam tibi rationem istius dicti, postquam dixerit rationem illorum qui extendunt manus ad uerba prophetarum in hac ratione a multis annis elapsis retro. Dixerunt mihi quidam intelligentes de gente nostra philosophi quasi admirantes de uerbis Dauid secundum opinionem istius uersus qui dicit, Qui finxit oculum non considerat: sequitur ut dicas, qui fecit os non comedit: & qui finxit pulmonem non uociferat, & similiter in aliis membris. Tu autem inspector libri mei attende quod longe sunt a uia recta: & in eo quod intellexerunt in uerbis istis: & audi expositionem eius manifestam. Notum quod omnis operator alicuius instrumenti non possit facere instrumentum illud nisi opus quod fit illo instrumento sciretur ab eo. Verbi gratia, Nisi faber sciret opus future & intelligeret illud, non faceret acum, sine qua futura non potest consummari. Idem contingit in aliis instrumentis. Quonia uero philosophus aliquis dixit quod Creator non apprehendit sensibilia, quia apprehenduntur sensibus. Ipse uero non apprehendit sensu, sed apprehensione intellectus: necesse habuit Dauid disputare contra eos cum esse sensuum, & dixit, Si apprehensio uisio lateret Creatorem quomodo operaretur illud instrumentum per quod exercetur uisus: & istud instrumentum est oculus, de quo non conuenit dicere quod casu accidit quod inueniretur in eo humiditas clara & munda, & subrus eam alius humor, post quem & tunica. Quomodo etiam casu accidit quod ibi fuit foramen, & in directo illius foraminis tunica clara & dura: & uniuersaliter humores & tunicae oculi: quae sunt in fine artificii & preparationis: & hoc est uisus. Potest ne contingere quod putet sapiens & intelligens quod illud accidit casu: non est ita: sed totum fuit ex intentione naturae necessario: sicut omnis physicus & philosophus demonstrat: natura tamen non est intelligens nec rector: & istud concedunt philosophi. Sed ille processus ordinatus qui est in operationibus, prouenit secundum opinionem philosophorum a principio intellectiuo: & est ex opere intelligentis secundum nostram opinionem, & ipse est qui naturauit omnes istas potentias in omni eo quod habet potentiam naturalem. Si ergo ille intellectus non apprehendit rem istam, neque scit eam: quomodo fecit ut esset, uel quomodo prouenit ab eo secundum opinionem istam natura secundum intentionem istam in qua non est scientia: Vere igitur uocauit eos insipientes et stultos: postea uero incepit ostendere quod illud est defectus in intellectu nostro: et quod Creator dedit nobis intellectum per quem quemlibet apprehenderemus: et propter breuitatem eius in apprehensione ueritatis Creatoris contingit nobis labor iste magnus. Creator autem scit breuitatem potentiae nostrae: et quod illa cognitio gentis non apponit cor ad perfidiam quam loquitur super Creatore, sicut Dauid dixit in hac eadem ratione, qui docet hominem scientiam, et dixit, Dominus scit cogitationes hominum quoniam uanae sunt. Intentio mea tota est in hoc capitulo ostendere quod illa opinio est antiqua nimis, scilicet quod putant stulti de defectu scientiae Creatoris: quia uident diuersitates hominum quae sunt possibiles in natura sua, non ordinatas. Et propter hoc dixit propheta, Quaesierunt filii Israel quid non est sic super Dominum Deum suum. In uerbis etiam sapientum inuenitur parabolice dictum. Dixerunt stulti: columna illa non uidet, nec audit, nec loquitur, hoc est dicere, quia putant quod Creator non apprehendit talia: nec ab ipso uenit praecipuum, neque prohibitio ad prophetas. Causa uero omnium istorum est & probatio eorum secundum ipsos quod genera singularium hominum non diriguntur secundum quod uidentur cuilibet illorum, sicut debent esse. Cum ergo uident quod non procedunt illas diuersitates sicut ipsi uolunt: dicunt quod propheta dixit de eis qui dicunt in corde suo, non benefacit Dominus neque malefacit. Quod autem oportet dici de scientia Creatoris super omnes res, adhuc dicam tibi opinionem meam in hoc: postquam fecero te scire illud in quo conuenimus omnes: cui nullus intelligens debet contradicere.

**C**onuenimus omnes in hoc quod in Creatore non renouatur scientia, scilicet ut dicas quod scit modo quod prius nesciuit: neque oportet ut sint in eo multae scientiae numero, etiam secundum opinionem eius qui credit agnominaciones. Cum igitur istud sit probatum non tenentibus legem, dicemus quod vna scientia sciuntur multa: nec variantur scientiae secundum quod est conueniens Creatori in variatione scitorum, sicut contingit in conuenienti nobis. Similiter dicimus quod illa quae sunt noua scit ipse antequam sunt: & idcirco non renouatur in eo scientia villo modo. Cum enim scit quod aliquis est modo non ens, & idem erit in tali tempore, & durabit per tantum tempus: & postea erit non ens: & ille fuerit sicut Deus ante praesciuit: non ad detur in eo scientia, neque renouatio quae non fuit scita: sed illud renouatum est de quo ipse praesciuit quod de nouo inciperet esse secundum quod est. Sequitur autem secundum istam credulitatem quod scientia pendeat de priuatione, & sit circa infinita, & propter hoc crediderunt corda nostra in hoc, & diximus quod priuatio quam scit ante esse ex qua faciet ens, non est impossibile quod scientia ipsius pendeat ex illa. Quod autem nullo modo est vel erit ens: hoc est priuatio precise, de qua non pendet eius scientia: sicut nec nostra scientia pendet in his quae inueniuntur apud nos. In apprehensione vero scientiae ipsius circa infinita, labor est ibi, & quidam de viris speculatiuis dixerunt quod ipsius scientia pedit de specie: & diffunditur super singularia speciei aliquo modo. Haec autem est opinio cuiuslibet qui credit legem: quia necessitas speculationis inducit eum ad hoc. Philosophi vero dixerunt precise quod eius scientia non dependet de priuatione, nec apprehendit infinita: nec renouatur in eo scientia: & vanitas est dicere quod sciat aliquod nouum: ergo non scit nisi firma in esse quae non variantur. Apud quosdam autem illorum orta sunt quaedam dubitationes: & illi dixerunt, Si scit res permanentes in esse, multae sunt in eo scientiae: quia in multitudine scitorum multiplicantur scientiae: quia respectus cuiuslibet sciti est aliqua scientia propria: igitur non scit nisi substantiam suam. Ego vero dico quod causa quae fecit eos in talibus vagari, est, quia posuerunt comparationem inter scientiam nostram & scientiam Creatoris: & quilibet illarum sectarum necesse habet opinari quod illa quae sunt impossibilia in scientia nostra, sunt necessaria in eius scientia, vel multum laborabunt in alia ratione. Nobis autem necesse est contendere cum philosophis in illa quaestione plusquam contra alios homines. Ipsi namque probauerunt quod in scientia Creatoris non est multiplicitas aliquo modo: nec agnominatio praeter substantiam ipsius: sed eius scientia est sua substantia, & sua substantia sua sapientia. Quidam etiam ex eis probauerunt quod scientia nostra breuis est in apprehendendo veritatem substantiae ipsius secundum quod est, sicut ostendimus. Quod si ita est, quomodo putant quod apprehendunt scientiam eius: cum sua scientia non sit nisi sua substantia? Sed abbreviatio scientiae nostrae in apprehendendo substantiam eius, eadem est in apprehensione scire eius res, scilicet qualiter est: & illa scientia non est de genere scientiae nostrae, ut de scientia nostra opinionem concipiamus super ipsius sapientia: sed illa est res separata & valde remota. Et sicut habet substantiam quae est necesse esse: & ex ipsa prouenit ex debito omne esse secundum suam opinionem: vel ipsa est operatrix omnium post priuationem secundum opinionem nostram: ita dicemus quod substantia eius apprehendit per suam sapientiam quicquid est extra ipsum. Nihil latet ipsum ex omnibus entibus aliquo modo: & non communicat scientia nostra & scientia ipsius, sicut & nostra substantia non communicat cum eius substantia. In hoc autem loco errare fecit homines communicatio scientiae. Communicatio namque in solo nomine est, & differentia in sua veritate. Propter hoc ergo sequitur inconuenientia: quia putant quod ea quae sequuntur nostram scientiam, consequuntur etiam scientiam eius. Quod autem ostensum est mihi ex versibus legis quod scire Creatorem omnia genera entium, est possibile: videtur dicendum in scientia Creatoris quod modus vniuersi esse est possibilis. Istud autem non egreditur a natura possibilitatis villo modo: sed natura possibilitatis remanet cum eo. Scientia etiam in eo quod renouat de possibilitate, non facit ut alterum duorum impossibilium sit de necessitate. Haec est principalitas vna de principalioribus legis: & in illa non est dubitatio, neque vanitas: & nisi hoc esset, lex non precepisset, Facies murum in domo tua per circuitum. & illud quod dixit, Forte morietur in bello. & sic in tota lege praecipit & prohibitio reducitur ad istam principalitatem. & hoc est quod scientia Creatoris in his quae futura sunt non aufert ipsi possibili naturam suam. Iste vero labor est in apprehensione breuium scientiarum nostrarum. Nunc igitur vide quod multipliciter scientia nostra differt a scientia ipsius secundum opinionem cuiuslibet credentis in

legem nostram. Vnus modus est quod vna scientia conuenit cum scitis multis diuersis specie. Secundus modus est in eo quod pendet de illo quod non est. Tertius modus est quia pedit de infinito. Quartus modus est in eo quod sua scientia non variatur in suo apprehendere renouata. Mihi autem videtur quod scientia rei quae futura est, non est eadem cum scientia eiusdem rei quando est: sed haec est additio aliqua: & hoc est quia quod fuit in potentia, est in actu. Quintus modus secundum diuersitatem nostrae legis, est in eo quod Creatoris scientia non elegit separare alterum de duobus possibilibus quibus sciuerit similitudinem alterius illorum in veritate sua. Vellem scire in quo assimilatur scientia nostra scientiae Creatoris secundum opinionem illius qui credit quod scientia est agnominatio addita super substantiam ipsius. Ista participatio apud nos est in nomine solummodo. Sed secundum nostram opinionem qui dicimus quod sapientia eius non est res addita super substantiam ipsius naturae, obligati sumus ad ostendendam differentiam scientiae ipsius & scientiae nostrae: differentiam veram scilicet & substantialem: sicut differt substantia caelorum a substantia terrae. Istud enim dixerunt prophetae, Non enim cogitationes meae cogitationes vestrae. Et dixerunt, Quomodo exaltant caeli a terra, sic exaltatae sunt viae meae a viis vestris: & cogitationes meae a cogitationibus vestris. Vniuersaliter autem dicam & depurabo, quia sicut non apprehendimus veritatem substantiae ipsius, ita non apprehendimus veritatem scientiae eius. Scimus tamen quod esse suum esse esse perfectum, nec est in eo defectus, nec variatio, nec est factus villo modo. Similiter licet non sciamus veritatem scientiae ipsius, quia eius veritas est eius substantia: scimus tamen quod non apprehendit vnam substantiam ita ut ignoret alteram. hoc est dicere quia non renouatur in eo scientia villo modo: nec reuertitur postquam perit, nec habet finem, & nihil de entibus latet ipsum: & scientia eius non aufert ei naturam suam: sed possibile firmum est in natura possibilitatis. Quicquid collegi ex omnibus verbis contradictorum, est secundum inquisitionem scientiae nostrae quod ipsa non conuenit cum scientia Creatoris, nisi in nomine solummodo. Eodem modo intentio quae nobis attribuit, & intentio quam attribuimus Creatori, est in participatione nominis. Sicut cura qua nos dicimur curare, & cura qua ipse curat, conueniunt in nomine solummodo participatione. Scimus ergo quod ratio scientiae & ratio intentionis & ratio cure quae nobis attribuunt, non sunt illae quae attribuunt Creatori. Cum vero communicaueris duas curas, vel duas scientias, vel duas intentiones, ut in vno aliquo communicent, superuenient labores, & multiplicabuntur dubitationes quae praedictae sunt. Cum autem scitum fuerit quia quicquid attribuitur ei, separatum est ab eo quod nobis conuenit, patebit veritas. Propheta etiam ostendit hanc differentiam, dicens: Non enim viae vestrae, viae meae.

## ¶ De differentia inter scientiam propriam & alienam. Capitulū. XXII.

**D**ifferentia magna est inter scientiam artificis eius rei quam operatur, & scientiam alterius de eadem re. Opus enim illud cum fit ex intentione factoris, est opus secutum scientiam. Alius vero qui considerauit illud iam factum, & sciuerit illud: scientia eius sequitur ipsum factum. Verbi gratia, Artifex qui operatur arcam in qua sunt vasa de quibus exit aqua ad sciendum quot horum noctis praeterierunt vel diei: vbi sunt funes, & lapides, & alia necessaria: omnia quidem sunt apprehensa & scita ab artifice, neque scientia motuum illorum est ex eo quod intelligit in ipsis motibus qui modo noui sunt: immo contrarium est verum: quod motus isti noui non sunt, nisi ex intentione scientiae istius artificis. Sed non ita contingit in alio qui considerat vasa illa: quia cum viderit aliquem illorum motuum, innotabitur in eo scientia, nec cessabit considerare & addiscere aliquid scientiae suae paulatim, donec apprehendat vniuersa illa. Quod si imaginatus fueris quia motus illorum vasorum est infinitus, considerator ille non consequeretur scientiam eorum, nec oportet ut considerator ille sciat quilibet illorum motuum antequam sit: sed scit ex eo quod renouatur. Similis ratio est in vniuerso esse, cum comparauerimus ipsum scientiae Creatoris & scientiae nostrae. Nos etenim scimus quia intelligimus in entibus: & propter hoc scientia nostra non dependet de eo quod futura est: nec de infinitis. Nostra vero scientia renouatur multipliciter secundum res de quibus addiscimus scientiam. Creator vero non ita se habet: quia non scit res ex earum potentia, ut multiplicet ipsius scientia vel renouet: sed omnia sequuntur suam sapientiam: quia ipsa prior est & mensuratrix earum secundum quod sunt: siue sit esse separatum siue singulare esse adhaerens materiae stabilis esse: siue adherens materiae stabili in singularibus suis. Vniuersum quidem ordine regitur, non dissoluitur neque variatur: & idcirco non est in Creatore multitudo scientiarum: nec est in eo renouatio in scientiae variatione. cum scit veritatem substantiae suae quae non mutatur, scit quicquid prouenit & sequitur ex omnibus operibus suis. Labor autem noster in intelligendo quomodo est istud, talis est sicut si laborarem ut essem tales qualis ipse est: & quod apprehensio nostra

fit talis qualis apprehensio ipsius. Necessarium vero est inquisitori veritatis & concedenti eam, ut credat quod Creator nihil latet omnino, sed omnia nota sunt sapientiae eius, quae est ipsius substantia: & quod impossibile est nos apprehendere illam apprehensionem. Si autem sciremus quomodo istud est: tunc haberemus illum intellectum per quem apprehenditur illa apprehensio: & essemus sicut ipse est. Istud vero non est in vniuerso esse, nisi in Creatore: & hoc est substantia ipsius. Intellige hoc quod tibi dico, quia valde mirabile est: & est opinio recta & vera. Et cum de ea disputauerimus, nihil erroris in ea inuenietur. Haec autem rationem non sequitur inconuenientia, nec per eam defectus aliquis potest attribui Creatori: quoniam in istis rationibus magnis & difficilibus & honorabilibus non potest inueniri demonstratio villo modo: nec secundum opinionem nostram qui credimus legem: nec secundum opinionem philosophorum, propter rationem suorum contrariorum. In hac autem quaestione & in omnibus aliis quaestionibus quae non possunt demonstrari, necesse est ut disputetur de eis: & procedatur de eis talibus viis qualis est ista quam disputauimus in illa quaestione, scilicet in scientia Creatoris, quantum ad omnia quae sunt extra ipsum.

De Iob, utrum fuerit ens verum, an similitudinarius. Capitulum. XXIII.

**R**atio mirabilis de Iob attinet rationi in qua sumus, scilicet quod est parabola, ad ostendendum opiniones hominum in cura. Tu vero scis quod dixerunt quidam de sapientibus quod Iob non fuit ens, sed fuit exemplum. Illi vero qui crediderunt quod fuit creatura, nesciuerunt quo tempore fuit. Quidam autem illorum dixerunt quod fuit in diebus patriarcharum. Alii vero dixerunt quod fuit tempore Moyse. Alii quod tempore Dauid. Alii vero dixerunt quod fuit de sapientibus Babylonis. Istud autem corroborabat verba dicentis quod non fuit creatura. Generaliter, siue fuit, siue non fuit in ratione sua quae inuenitur: semper titubant omnes qui intelligunt vel intendunt in scientia Creatoris & cura eius, secundum quod antea dixi, scilicet quod sit homo iustus, perfectus, intelligens, in omnibus operibus suis timens Creatorem suum: & contingit ei multae tribulationes & aduersitates in his quae possidet, & in filiis suis, & in corpore suo, non pro peccato quod fecerit. Et propter duas opiniones, scilicet siue fuerit, siue non fuerit, verbum quod est principium libri: & ipsa sunt verba Sathan, & verba Creatoris ad ipsum: & quomodo tradidit in manus eius ipsum Iob: totum est similitudo sine dubio apud quemlibet intelligentem: sed non sicut quemlibet similitudo, sed talis de qua pendent mirabilia: & quaedam quae mundum premunt, & nascuntur dubitationes multae: & per ea sciuntur multae veritates, post quas non est finis alius. Praemissi modo quae praemittenda erant, & narrabo tibi verba sapientium, de quibus intellexi id quod intellexi de similitudine illa nobili. Principium illorum quae debemus exponere illud est quod dictum est, Vir erat in terra Hus, hoc autem nomen commune: & hoc fuit nomen cuiusdam hominis, sicut scriptura dixit, vel primogenitus eius. Est etiam praecipuum super consilio vel cogitatione, sicut dictum est Hircueza cuius interpretatio est, consilium in consilio, & est idem ac si diceretur, Conuertere cor tuum ad istam similitudinem: & in consilio cum ea cum cogitationibus tuis: & intellige intentionem ipsius & vide quae sunt cogitationes rectae. Postea dixit quod venerunt filii angelorum ut assisterent coram domino: & venit Sathan cum vniuersitate populi eorum: & non dixit, venerunt filii angelorum & Sathan ut assisterent: tunc enim esset omnium esse in vna comparatione: sed dixit, Venerunt filii angelorum ut starent coram Domino. Et venit etiam Sathan inter eos, hoc autem non est ita, dicitur, nisi quia venit ex intentione suae substantiae: nec requisitus propter animam suam: sed quia fuit ens propter intentionem essendi tantummodo venit ille communiter cum venientibus. Deinde dixit quod iste Sathan diffundebat se super latitudinem terre, nec est aliqua comparatio inter ipsum & excelsos villo modo. Ibi enim non est ambulatio, & hoc est quod dixit, Diffundebat se super terram, & ambulabat in ea: quia eius ambulatio erat in terra solummodo. Postea dixit quod ille iustus, rectus, & perfectus fuit traditus in manus Sathan. Omnium vero quae contigerunt ei in diuitiis suis, & in filiis, & in corpore, causa fuit Sathan. Postquam vero dixit hoc, cepit fundare verba speculationis in hac ratione: & posuit quaedam opinionem in nomine Iob: & alias opiniones in nominibus amicorum eius: & ad hoc faciam te scire hoc palam, scilicet opiniones illas quibus adhaeserunt cogitationes: & omnium causa fuit Sathan. Et opinati sunt Iob & socii eius quod Creator operatus est ista cum substantia sua, & non mediante Sathan. Quod autem magis mirum est in hac ratione quod non dixit de Iob quod erat vir sapiens & intelligens: sed commendauit eum scriptura in bonis moribus & in operibus rectis. Et si fuisset sapiens non fuisset eius ratio dubia, sicut ostendemus postea. Post hoc autem dixit, corationes eius secundum comparationem corationum hominum. Quidam enim homines sunt qui

non turbantur in amissione diuitiarum suarum: sed turbantur in morte filiorum & angustiatur propter eos. Sunt alii qui consolantur in morte filiorum: sed non possunt sustinere dolores & agritudines corporis sui. Vniuersitas vero gentis honorat Creatorem lingua sua. Et dicit de eo quod est iustus & misericors in tempore prosperitatis & salutis suae: & etiam in tempore aduersitatis suae quae valet sustinere. Sed cum acciderint aduersitates quales venerunt super Iob, quidam eorum blasphemant super Creatorem suum: & credunt imperfectionem ordinis in esse vniuerso cum amiserint diuitias suas. Quidam autem eorum credunt iustitiam Creatoris & regiminis ordinem, licet damnatum rerum patiantur: sed si accideret mors filiorum non possent tolerare. Quidam autem etiam mortem filiorum sustinerent: sed mala proprii corporis nequeunt tolerare: sed conqueruntur de supbia, vel lingua, vel corde. Quod autem dixit de filiis angelorum ut staret coram Domino: istud fuit vice prima & secunda. Sed Sathan quis venerit inter eos primo & secundo: non tamen dictum est de eo prima vice, ut staret coram Domino, sed in secunda dictum est ut staret coram Domino. Et intellige quod mirabilis est ista ratio. Et vide quomodo aperiunt mihi rationes istae quae sunt quasi prophetiae. Quod enim dicitur stare coram Domino, hoc praesto est & subiectum praecipuum ipsius. Istud autem scies ex verbis Zachariae in quatuor quadrigis quae exierunt de medio duorum montium: de quibus dixit, Ille sunt quatuor partes caelorum quae egreduntur vniuersae ut stent coram dominatore terre. Ostendit ergo quod comparatio filiorum angelorum & Sathan in esse non est vna. Filii siquidem angelorum sunt stabiles & perpetui: ipse vero coecat in esse sine illis. De mirabilibus vero similitudinibus huius est quod fecit mentionem de ambulatione Sathan in terra solummodo: & in faciendo istud ostendit quod impossibile est ut dominetur animabus. Et dedit ei potestatem super terrena: & posuit differentiam inter ipsum & animam: & dixit, Animam eius serua. In principio vero libri exposui aequiuocationem huius nominis anima in lingua nostra: quod vno modo dicitur de illo quod remanet de homine post mortem eius: & hoc est super quod Sathan non habet potestatem. Post haec autem quae dixi audi verbum illud vtile quod dixerunt sapientes: quia verbum hoc soluit omnes dubitationes: & reuelat omnia occulta, & demonstrat plura de absconditis legis, & hoc est quod dixerunt in Talmut. Dixit Rabi Symeon, Sathan, id est diabolus ipse est creatura mala: & ipse est angelus mortis, & exposuit quicquid praediximus expositione, de qua nullus intellectus dubitabit: ostendit enim quod vna & eadem res nominatur istis tribus nominibus: et quod omnia opera quae attribuuntur alicui istorum sunt opera vnius & eiusdem rei. Sic dixerunt sapientes de Misna rationes similes istis. Ostensum est tibi iam quia quod vidit Dauid in visione prophetiae angelum tenentem gladium eugynatum in manu sua extensa super Hierusalem: quod ostensum est ei hoc ut doceret eum super hac eadem ratione. Propter hoc etiam dictum est super peccatis filiorum Iesu magni sacerdotis, Sathan stabat a dextris eius ut aduersaretur ei, & postea exposuit verbum istud, dicens, Increpet in te Dominus Sathan. Hoc est etiam quod vidit Balaam in visione prophetiae in via cum dixit, Ecce ego egressus sum in aduersarium. Scito quod aduersarius dicitur a verbo aduersando a via recta: quia ipse est qui retrahit hominem & separat hominem a via recta sine dubio: & facit eum vagari per viam erroris. Et propter hoc scriptura dixit, Creatio cordis hominis mala ab adolescentia sua. Tu vero scis quod ratio illa scita est & manifesta in lege nostra, quod est creatura bona: & creatura mala. Et propter hoc dixerunt sapientes cum duabus creaturis tuis in expositione verbi quod inuenit scriptum, Diliges Dominum deum tuum ex toto corde tuo, & dixerunt quod creatura mala innouat in homine in hora natiuitatis suae, sicut scriptura dixit, In foribus peccatum. Praediximus etiam quod lex dicit: creatura cordis humani mala ab infantia sua. Creatura vero bona fuenitur in homine post perfectionem intellectus sui, & propter hoc creatura mala vocata est rex magnus: & creatura bona vir pauper & sapiens. Illa vero similitudo dicta fuit super corpore hominis, & permutatione virium suarum: sicut dixit, Ciuitas parua & homines in ea pauci. In omnibus istis verbis locuti sunt sapientes. Et angelus malus est sine dubio, id est Sathan vocat angelus: quia venit contra cum filiis angelorum. Oportet etiam ut creatura bona sit angelus vere. Scitum est etiam ex verbis sapientium qui dixerunt quod cuiuslibet homini coniunguntur duo angeli: vnus a dextris, aliter a sinistris: & isti sunt creatura bona & creatura mala. Palam etiam dixerunt in alio loco de istis duobus angelis, vnus bonus & alter malus, vide igitur quod mirabilia reuelauit verbum istud: & quod cogitationes rectas non abstulit. Videtur autem mihi quod ostendi iam in hoc quod sufficit: & exposui rationem Iob usque ad finem eius & consummationem. Nunc autem volo ostendere opinionem quae dicitur in nomine Iob: & opinionem quae colligitur in nomine cuiuslibet amicorum eius cum probationibus quas collegi tibi de verbis cuiuslibet illorum. Tu vero non

Angeli duo homini dati.

# Rabi Mossei Aegyptij: ductoris dubi.

apponas cor ad omnia alia verba quæ sequuntur ex colligatione rationum, sicut ostendi tibi in principio huius libri.

De Iob, vtrū mala eius fuerunt scita & inducta a Deo. Capitulum. XXIII.

**C**um ratio de Iob fuerit scita primo in mūdo cōuenerunt ipsi. v. Iob. s. & amici sui in hoc q̄ quicquid aduersitatis accidit Iob, scitum fuit a Creatore: & q̄ ipse induxit super Iob mala illa. Et omnes cōuenerunt in hoc q̄ superbia non inuenitur in Creatore nec iniquitas est in operibus eius. Et inuenies illa in multis verbis Iob. Cum autē inspexeris verba illorū. v. in ordine contentionis suę: inuenies fere q̄ ratio quā vnus dicit omnes alii dicunt: & cōcedit illam vnus post alium. Et in verbis cuiuslibet illorū inueniuntur cōiter verba Iob & narratio multitudinis dolorum eius & angustiarū ipsius cū multitudine rectitudinis & iustitię suę: & cū bonitate morum suorū: & pulchritudine operū suorū. sic etiā in verbis sociorū suorū inueniunt verba patientię & cōsolationū. Et q̄ oportet vt sustineat tentationem Dñi sui: & q̄ non reiciat frēnum de verbis suis: sicut qui contendit de socio suo: sed recipiat iudiciū creatoris & tarder. Ipse vero dicebat eis q̄ multitudo dolorum suorum auferebat ei patientiam & rectitudinem: & fecerunt eum loqui qd̄ nō expediebat. Omnes autem socii ei⁹ cōuenerūt in hoc: q̄ quicumq̄ benefecerit habebit prēmium bonū: quicumq̄ vero malefecerit, sustinebit pœnam. Et cū vides malum florem scito q̄ in nouissimis suis permurabitur status eius: & super ipsum & familiā suā requiescent angustię. Cū vero videris iustum angustiatū & coarctatū, scito q̄ finis eius erit ad bonū. Inuenies autē rationē istam iteratā & fere vbique in verbis Eliphath, & Baldath, & Sophar, & isti tres cōueniunt in vna opinione: sed non est ita intēctio rōnis huius: sed intentio est ostēdere in quo quilibet eorū separat ab alio: & vt sciatur cōsiliū cuiuslibet: et eius opinio in hac ratione: & q̄ veniunt aduersitates fortes et magnę super aliquem hominē qui est bonus & rectus: in qua quidem re fuit opinio Iob: q̄ illa ratio est demonstratio sup̄ equalitate iusti & mali apud Creatorem propter vtilitatē cōparationis hoīs: & quia nihil est in conspectu Dñi. Et hoc est qd̄ dixit gñaliter in sermonib⁹ suis. Vnum est qd̄ locutus sum: innocentem & impium ipse consumet. & dixit. Si flagellat occidat semel: & non de petra innocentū rideat. Deinde locutus est in eadem ratione dicens. Iste moritur robustus, & sanus, diues, et felix. alius vero moritur in amaritudine animæ: & nō comedit in bonitate: et tamen simul in puluere dormient: et vermes operient eos. Itē incepit postea inducere probationem de successu impiorum et prosperitate fortunæ ipsorum: et multiplicauit in hac ratione verba dicens. Quando recordatus fuero pertimescā: & cōcutiet tremor carnem meā. Quare ergo impii viuunt, sublimati sunt, cōfortatiq̄ diuitiis, semen eorū pmanet corā eis, p̄pinquat turba nepotū in conspectu eorū. Postq̄ narrauit successum istum impiorum dixit illis cōtra quos disputabat. Si res ita se habet q̄ filii peccatoris cui bene succedit in vita moriuntur post ipsum & perit memoria eorum quæ ad eū pertinet de domo eius post eum: etsi numerus mensū dimidietur. Deinde incepit ostendere q̄ non est spes post mortem: et procedit de verbis eius q̄ istud est Creatorem postponere talia: et cœpit obstupescere querens quomodo decet artificem qui composuit corpus humanū in creatione sua qd̄ postponit in cura eius et dixit. Nōne sicut lac mulsisti me: & sicut caseum me coagulasti? Hęc est vna de opinionibus quæ credunt curam Creatori. Tu vero scis q̄ illa credulitas Iob, est in fine malitię, & dixerunt. Certa in ore Iob. Et dixerunt, Iob voluit subuertere scutellam superiorem ad inferius. Et dixerunt, Iob abnegauit resurrectionem mortuorum. Cum autem Creator dixit ad Eliphath. Non fuistis locuti rectum coram me, sicut seruus meus Iob: dixerunt sapientes vt mundarent eum a peccato isto: quia non debet homo capi in talibus in periculo suo: scilicet quia non culpabatur propter multitudinem dolorum qui superuenerūt ei. Ratio vero istorum verborum non est de intentione istarum similitudinum: sed ratio istorum est qd̄ nunc ostendam tibi. s. q̄ Iob reuersus est ab ista opinione quæ est in fine erroris: et probatus est error eius in ea: quia istud fuit in principio cogitationis: et presertim in illo cui accidebant aduersitates: et ipse sciebat q̄ eius anima munda erat. Non est aliquis qui contradicat in hoc: et propter hoc attribuerunt opinionem istam Iobi: quia dixit ea quæ sic dixit cū non haberet scientiam: nec sciebat Creatorem nisi ex receptione, sicut scit vniuersitas populi credentis legem. Cum vero sciuit Creatorem scientiā vera, concessit q̄ ipse perfectus ver⁹, quæ est scientiā Creatoris, est præsto scienti eū: et nulla tēctatio de istis oib⁹ puerteret sensū ei⁹. Iob

† profectus

autē cogitabat in principio q̄ isti successus & prosperitates imaginabiles erant finis qui requiritur ab homine, sicut sanitas & diuitiæ: & ita cū cognoscebat & sciebat Creatorē, p̄ viā narrationis cognouit: non per viam cōsiderationis & speculationis: & ideo titubauit in hmōi q̄ accidebat: & dixit verba illa. & hæc est ratio eius qd̄ dixit. Auditū auris audiui te: & nūc oculus meus videt te: & idcirco reprehendi me: & consolatus sum in puluere & cinere. Sententiā istorum versuum est secundū rationem in qua dicitur. Idcirco abominatus sum quę desiderabam: ipsemet consolatus sum cū sederē in puluere. secundum q̄ erat sessio eius in cinere: sicut dixit ipse sedens in cinere. Propter hoc igitur vltimū verbū qd̄ significat apphensionem ipsius veram, dictum est de ipso post predicta. Nō fuisti locut⁹ tecū corā me sicut seruus me⁹ Iob. Opinio vero Eliphath in hac tentatione est vna de opinionibus q̄ dicte sunt in cura Creatoris: quia ipse dixit q̄ quicquid accidit Iob, contigit secundū debitū: quia in eo erant peccata quibus debebatur illa pœna: sicut ipse dixit ad Iob: & non p̄pter malitiā tuā magnā, & infinitas iniquitates tuas. & postea dixit: Quia inniteris p̄pter rectitudinē operum: et q̄ recte processisti: nō sequit ex hoc q̄ sis perfectus apud Deū: & q̄ non sustineas pœnam. & dixit ei, Ecce non credit in seruis suis: & in angelis suis ponet maculā: quāto magis hi qui habitāt domos luteas! Nec cessauit Eliphath versari circa rationē istam: scilicet q̄ homo debitor est secundum q̄ ipse putat omnī quę accidunt ei: & defectus noster quo debetur nobis pœna latet scientiā nostram: & via debiti pœnē q̄ debetur latet nos. Opinio vero Baldath in hac quęstione est q̄ cedit in remunerationē. Dixit enim ad Iob. Omnes contentiones magnę quę tibi contingunt si tu mundus es & in te non est peccatum inuenies pro eis prēmīū magnū: & omnia tibi cedent ad bonū ad multiplicandū tibi in nouissimis tuis. & hoc est qd̄ dixit ad Iob. Si mundus & rectus tu: statim euigilabit ad te: & peccatū reddet habitaculū iustitię tuę intm̄ vt priora tua fuerint parua: & nouissima tua multiplicentur nimis. Tu autē scis q̄ opinio ista nota est cuilibet hominī, in ratione curę: & iam ostendimus eam. Sed opinio Sephar est opinio illius q̄ credit q̄ omnia sequuntur voluntatē simplicē. nec debemus querere causam aliquo modo in operibus eius: nec debemus dicere, cur operatus est illud & nō aliud: quia qui querit hoc, nō quarit viā iustitię, nec debitum sapientię, in omnib⁹ quę operatur Deus: quia fortitudo eius & veritas eius exigunt vt operetur quicquid voluerit. Nostra vero scientiā versus est ad apphensionē occulta sapientię suę. Ex qua sequitur necessario vt operetur quicquid voluerit nō p̄pter aliā causam. & hoc est qd̄ dixit ad Iob. vtrū Deus loqueretur tecum: & aperiret labia sua tibi: & ostenderet tibi secreta sapientię: quia multiplex est philosophia. forsitan vestigia dei cōprehendes: & vsq̄ ad finem sufficientię peruenies. Nunc igitur vide & intellige rationem istam quæ terruit cogitationes suas: & induxit necessario opiniones quas prēmisiimus & earū expositionē in cura Creatoris in creaturis. Et prędixim⁹ illud in quod iducti sunt ex breuitate apphensionis. Hanc autē rationē attribuerunt vni de maioribus illius tēporis sciētī & iusto. Siue autē illud fuerit parabola siue veritas: scito q̄ opinio q̄ attribuitur ipsi Iob: si milis est opinioni Aristotelis. Opinio autē Eliphath similis est opinioni nostrę. Opinio vero Baldath, similis est opinioni separatorū. Opinio autē Sophar, silis est opinioni sentiētū. Iste autem fuerunt opiniones antique in cura Creatoris. Post istas autem renouat alia opinio, s. illa quę attribuitur Helio: et idcirco fuit honorat⁹ apud eos. Et dixit q̄ erat minor illis ætate: & maior in scientiā: & cœpit contendere cum Iob: & disputare de ignoratiā & stultitiā ipsius. quia mirabant q̄ acciderāt ei aduersitates cū ipse esset iust⁹: & q̄ iactabat se nimis de opibus suis: & fecit mentionem similiter de opinionib⁹ triū sociorū suorū: & dixit mirabilia in parabolis: quas cū inspexerit lector putabit q̄ nō addidit aliquid super illa q̄ dixerunt super Eliphath, et Baldath: & Sophar: sed q̄ repetiit rōnes illorū sub aliis verbis & adiecit in expositione sua quæ impauit Iob & narrauit rectitudinē terroris & mirabilia eius in vniuerso esse. Et q̄ Creator non eget seruitio boni: nec nocet ei malitiā prauī. Hęc autē oīa dixerunt socii ei⁹. Sed cū diligēter inspexeris rationem illius, videbis rationē supadditā q̄ fuit intentio illius, sed nullus aliorū tetigit illam. Postea vero dixit quicquid dixit, sicut si Iob & tres socii ei⁹ dixissent. Et qui libet illorū iterat rationē quā dixit socius suus: hoc autē est vt cēletur vt lateat ratio propria quæ est in opinione cuiuslibet illorū: vt populus sciat q̄ manifestū est in illis q̄ opiniones oīm sunt opinio vna, & cōueniunt. sed non est ita. Illud autē qd̄ addidit Helio de quo nullus aliorū fecit mentionē, est q̄ assimilauit mediatorē angelo: & dixit, Notum est q̄ homo infirmatur, & appropinquat portas mortis: & certi sunt de eo: et si habuit angelum quęcūq̄ mediatorē,

† virtus

Opinionū similitudines.

recipietur oratio eius, & ruina eius alleuiabitur, & euadet, & reuertetur ad bonitatem morum suorum. sed illud non semper continget: neque recipietur oratio semper: sed duabus vicibus vel tribus sicut dixit. Si fuerit pro eo angelus mediator vnus de millibus vt annunciet hominis equitatem, miserabitur eius, liberat eum vt non descendat in foueam, inuenit in quo ei propitiatur. Cum autem descripsit statum eius qui sanatur, & letitiam ipsius in eo quod reuertitur ad salutem, dixit. Ecce haec omnia operatur Deus, duabus vicibus per singulos. In hac autem ratione separauit se Helium in expositione sua: & addidit etiam narrare qualitates prophetiae, dicens, Solum loquitur Deus per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines. Postea vero roborauit opinionem istam, & ostendit rationes suas in expositione rerum naturalium multiplicium, in tonitruo, in coruscatione, in pluuia, in vento. Communicaui etiam in hoc rationes generum animalium secundum aduentum mortis subito, sicut dixit, Subito moriuntur: & in media nocte curabuntur populi: & transibunt praedia dura, sicut dixit. Coteret multos sine inquisitione: & stare faciet alios in loco eorum: & multa talia. Similiter inuenies prophetiam quam uenit super ipsum Iob: in qua ostensus est ei error suus in omnibus quae putabat: nec egressus est in ea demonstrationem rerum naturalium vel elementorum, vel signorum quae fiunt in sublimi: vel specierum animalium vel aliarum rerum. Quod autem dixit ei de Luna & stellis, hoc fecit propter rationem signorum suorum: & eorum quae ab ipsis ostenduntur in aere. Omnia uero uerba eius in quibus docuit eum Deus, fuerunt de his quae sunt sub caelo Lunae. Similiter & Helium induxit probationes de speciebus animalium: & dixit. Docet nos de iumentis terrae, & de uolucris caeli erudit nos. Protrahens autem protraxit sermonem in hac ratione loquendo de Leuiata quod dicitur de uniuersitate uirtutum corporalium quae diuiduntur in omni animali ambulante, serpente, natante in aquis, & volante in aere. Intentio uero in omnibus istis est quod genera ista rerum naturalium quae inueniuntur in hoc mundo generationis & corruptionis, scientiae nostrae non attingunt ad comprehendendum qualitates & modos suae narrationis: nec ad intelligendum ea esse potentia naturalis quomodo est initium suum: nec ista sunt similia operibus nostris, qualiter ergo laborabimus ut regimen eorum & cura sit similis regimini nostro & cure? Quod autem est necessarium ut stemus iuxta iudicium ipsius & mensuram, & credamus quod nihil latet ipsum, sicut dixit Helium, Oculi eius super uias hominis. Et omnes gressus eius considerat, & dixit. Non sunt tenebrae & non est umbra mortis ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Cura uero illius non est sicut nostra: & modus regiminis eius in creaturis non est sicut modus nostri regiminis in iis quae regimus: neque in una definitione communicant sicut putat stultus quicumque: neque coincident nisi in nomine tantum: sicut nec opera nostra similia sunt operibus eius: neque coincident in una specie. Et sicut differunt opera naturalia ab artificialibus: sic est differentia inter regimen spirituale, & curam, & intentionem spirituales, & nostrum regimen & curam & intentionem nostram humanam ad ea quae regimus & curamus: & ad ea quae intendimus. Haec igitur fuit intentio libri Iob: generaliter nobis dare hanc principalitatem in fide nostra, & docere super istis probationibus cum rebus naturalibus ut non erres & queras in cogitatione tua ut sit eius sapientia sicut sapientia nostra: vel eius intentio & eius cura & eius regimen: sicut intentio nostra & cura nostra & regimen nostrum. Cum uero istud sciuerit homo, omnis aduersitas fit ei leuis: & occasio quae acciderit non adiciet quarere aduersus Creatorem, utrum sciat an non sciat: & utrum regat an postponat: sed adiciit amorem in ipsum sicut dixit in roboratione huius prophetiae. Idcirco abominatus sum & confortatus sum in puluere & cinere, & sicut dixerunt sapientes. Faciunt ex amore, & letantur in flagellis. Cum uero tu intellexeris omnia quae praedixi sicut debet intelligi liber iste: et consideraueris in libro Iob: manifestabitur tibi ratio in eo: & inuenies quod collegi omnes rationes ipsius: & nihil relictum est ex eis nisi illud quod est colligatio uerborum et ornatu parabolarum sicut exposui in hoc libro.

**De tentatione, & sex locis legis in quibus fit mentio eius. Capi. XXV.**

**S**cito quod tentatio est labor magnus de maioribus laboribus legis: & fit mentio de ipsa in lege in sex locis: sicut ostendam in hoc capitulo. Quod autem scitum est apud homines de ratione tentationis, est quod inducit Deus periculum super hominem absque eo quod non peccauit ut multiplicet premium eius. Haec autem principalitas non fuit dicta in lege in aliquo uersu manifeste: nec inuenitur in lege planum scripturae quod faciat nos dubitare in hoc nisi uero de sex locis. Et adhuc ostendam tibi rationem huius rei. Principalitas uero legis est contrarium huius opinionis: et hoc est quod dixit Deus ueritatis absque iniquitate & uniuersitas sapientum.

Nec credit opinionem istam quam populus credit. Quia dixerunt, non est mors absque peccato: nec flagellum absque delicto. Haec est opinio quam necesse habet credere quilibet tenens legem qui habet intellectum, quod non attribuat Creatori superbiam vel iniquitatem ut credat quod homo est perfectus et mundus a peccato: & quod non est debitor poenae infinite: sed plane tentationes de quibus fit mentio in lege, in locis predictis euenerunt per uiam probationis ut confirmetur ueritas ipsius hominis vel gentis. Et illa ratio est labor magnus: quanto magis ligatio Isaac quam nullus sciuit nisi Creator & ipsi ambo: & dictum fuit de ipso Abraham. Nunc scitis quod timens dominum Deum tuum, & similiter quod dictum est, Tentat uos dominus Deus uester: ut sciat si diligitis dominum Deum uestrum. Ego uero soluam tibi omnes istas dubitationes. Scito ergo quod omnis tentatio quae reperitur in lege non est eius ratio nisi ut doceantur homines quod necessarium est eos facere uel quiescere. Fuit autem ratio tentationis facere opus cum non est intentio subire ipsius operis: sed intentio est ut sit exemplum per quod addiscat & ambulat eadem uiam, sicut dixit ut scitis. Nec est expositio eius ut sciat Creator: quia iam sciuit: & hoc est sicut illud quod dixit. Ut sciant quia ego Dominus sanctificans uos: hoc est ut sciant gentes. Similiter dixit, quod cum fueret propheta & uellet decipere homines. Scito quia uoluit Dominus ut notam faceret gentibus comparationem praeminentiae legis: & scientiam eius per uiam ueritatis: et quod non estis decepti ad persuasionem suggestoris: & non ledatur credulitas uestra in Creatore: & quod innitatur super hoc quilibet querens ueritatem. Et querat de credulitatibus illis in quibus firmata fuerit ista firmitudo: cum qua non debet apponere cor ad aliquem deceptorum quibus ueniat cum signis: quia uocat homines ad credendum impossibile. Sed persuasio cum signis debet recipi a propheta quod prophetizauit possibile sicut ostendimus in aggregatioe uestra magna. Postquam igitur ostensum est quia expositio eius quod dicitur ut sciat, est ut faciat homines scire: sic est illud quod dixit de manna ut puniret te & tentaret te: ut cognosceret quod habebas in corde tuo si custodieris precepta eius an non. Cuius expositio est ut faceret scire populos: & quod exiret sonus in omnem terram: quia omnis qui separauerit se ad seruitium ipsius dabit ei victum: & ipse nesciet unde ueniat: et propter hoc dictum est de manna in principio descensus sui ut tentem eum utrum ambulet in lege uestra an non: id est ut sciat quilibet intelligens, & experiat si confert homini seruire Creatori: & si est in eo sufficientia necessarium an non. Quod autem dixit de manna in tertia uice, quod dedit manna ad comedendum in deserto quod ignorauerunt patres tui: ut puniret & tentaret te benefacere tibi in nouissimis tuis. Istud est quod facit hominem dubitare quia Creator punit hominem ut multiplicet premium eius. sed non est ita. Verbum autem illud duobus modis exponi potest. Vno modo, sicut diximus in manna: in primo & secundo uerbo: & hoc ut sciat utrum qui recesserit ab omni alio officio ut seruiat creatori dabit ei victum ad sufficientiam: & faciet ipsum requiescere a labore suo an non. Vel erit ratio uerbi quod dicit ut tentet te: id est ut exerceat te: sicut illud quod dicitur, Non tentauit ambulare super terram: id est non exercuit, & istud est sicut si diceret quod Creator exercuit nos in labore in deserto, ut multiplicaret bona uestra cum intratis terram. Et istud uerum est quod exitus de labore ad quietem est maior delectatio quam continuo quiescere. Scitum est etiam quod nisi precessisset labor & poena in deserto, non opprimerent gentes neque scirent pugnare. lex namque dicit, quare poeniter populus in eo quod uidet bella & reuertitur in Aegyptum: Et dixit, Circumduxit Dominus populum per uiam deserti: quia deliciae auferunt robur, & fortitudinem: & istud est bonum quod accidit illis in nouissimis suis. Quod autem dixit in concilio montis Sinai, ne timeatis: quia ut tentaret uos, uenit Dominus Deus uester. Idipsum est quod dictum est in Deutero, de eo qui prophetizaret in nomine idololatriam quia tentat uos dominus Deus uester: cuius iam exposuimus rationem. In eodem quoque concilio dixit eis Moyses, Ne timeatis, quia status ille magnus quem uidistis fuit ut apprehenderetis ueritatem per uos ipsos: ut cum tentauerit uos dominus Deus uester cum propheta falso qui uult destruere quae audistis auribus, non recedet gressus uester a uia ueritatis. Et si uenerit nuntius dicens contrarium eius quod dixit mihi Deus non audietis eum: quia fortassis ascendet in cor uestrum quod uerum est quod dixerit alius propheta praeter me cum uenerit ad destruendum quod ego dixi uobis nisi uos ipsi uideretis. Quod autem dictum est in Abraham de ligatione Isaac: Duo quidem magna coniunguntur in hac questione quae sunt de principalioribus legis: unde est ut sciamus finem amoris in Creatorem, & metum eius: & ad quantum bonum peruenit: & ratio illa ostendit quod habet comparationem vel in dono diuitiarum vel in dono animae: sed istud est finis illius quod potest inueniri in hoc mundo: & istud est quod non ascendit in cor hominis: & quod natura hominis



nunq̄ cōsentiret in hoc. s. q̄ esset hō solus in fine desiderii habendi prole: & dñs multarū diuitiararū: & in magno gradu: et cupiēs q̄ de semine suo nasceretur ei filis: cui nasceretur filius in senectute sua. Vide quātus est amor eius erga filium: sed timor Domini & dilectio ad implēdum mandatū eius & voluntatē contēpfit in oculis suis filium istū desiderabilem: & despexit quicquid sperabat se adepturū per illum: & festinauit decollare ipsum post iter aliquot dierū: quoniam si fecisset istud subito cū p̄ceptū fuit ei, fecisset istud ex terrore absq̄ intelligentia & inquisitione: sed quoniam fecit istud post aliquot dies: fecit illud qd̄ fecit, ex deliberatione & intelligentia recta: intelligēs. s. q̄ cōueniat homini esse in p̄cepto Creatoris, & amore, & timore ipsius. In hoc autē non possunt aliud dicere. s. q̄ istud fiat ex p̄ualentia virtutis operate in illo vilo modo. Qm̄ Abraham non festinauit occidere filium suum timendo q̄ interficeret ipsum Creator, nisi faceret istud, vel q̄ auferat ei diuitias suas: sed simpliciter propter rectitudinem quae necessaria est super quēlibet hominē diligere Creatorem & timere ipsum non spe pramii, nec metu poenae. tunc autē dixit ei angelus, Nūc scio quia tu times Dominum, qd̄ est dicere: quia propter nomē huius operis qd̄ de te exiuit in vniuersum mundum, scient omnes homines finem timoris Creatoris quis est. Hāc autē ratio cōfirmata est in lege in qua dictum est q̄ finis totius legis in omnibus quae continent in ea. i. p̄ceptis & phibitionibus & promissionibus oēs sunt ad idē. s. ad timendū Creatorē sicut dixit: Si non custodieris vt facias omnia verba legis quae scripta sunt in hoc libro vt timeas nomen honorabile, & timedū dominū Deū tuū. Ista fuit vna de duabus rationibus propter quas fuit ligatio Isaac. Secunda vero ratio fuit vt faceret nos scire q̄ prophete multum credunt in his quae perueniunt ad eos ex parte Creatoris in prophetia: & vt non putet cogitator quia istud non fuit in somnio: vel in visione, sicut p̄diximus: vel mediāte virtute imaginatiua: q̄ pōt esse vt non sit verū q̄ fecerunt eū: vel qd̄ ostensum est ei in similitudine: vel q̄ misceat in eo dubitatio. Et idcirco voluit facere nos scire quia quicquid videt propheta in visione prophetia: verum est apud prophetam: nec est in eo dubitatio aliqua vilo modo: & iudiciū ipsius rei est apud ipsum: sicut iudiciū oīm eorum q̄ apphenduntur sensibus vel intellectu. Huius rei probatio est q̄ festinauit Abraham occidere filium suum vnicum quem diligebat sicut ei p̄cipiebatur: licet illud fuerit in somnio, vel visione: quia si apud prophetas sopor prophetiae cōfunderetur propter alia somnia, vel haberet aliquid dubitatiois apphensio prophetae quā apphendebat in visione. p̄phetiae vel in suis similitudinibus, nō festinarent credere istud quod abominatur: nec anima ipsorum traheretur facere rem tam magnam super re dubia. Bene autē prouisum fuit vt ratio ista cōtingeret in manu Abrahe: & in tali qualis erat Isaac. quoniam Abrahā pater noster fuit primus qui incepit docere vnitatem Creatoris & astruere prophetiam & roborare credulitatem istam: & vt traherent omnes homines ad illam sicut dictū est: Quia scio q̄ mandabit filis suis & posteritati suae vt custodiant viam Domini. Sicut autē homines adhaeserunt credulitati eorū quae ipse docuit: & secuti sunt eā rectā & vtilem: sic & debet sequi ea quae sumpta sunt de operibus illius & p̄cipue opus illud in quo confirmauit principalitatem veritatis prophetiae: & fecit nos scire in hoc finem timoris Creatoris: & quousq̄ pertingit amor ipsius. Sic igitur debes intelligere rationem tentationum: nō q̄ ipse velit scire qd̄ prius nesciuit Creator: sed vult pbare & tentare donec sciat hoc qd̄ prius nesciebat ex parte Creatoris benedicti & excelsi sup cogitationes stultorū & insipientiū in malitia cogitationum suarum.

¶ Vtrum Deo conueniat agere propter finē. Capitulum. XXVI.

**Q**uod adripertito diuiduntur opera respectu habito ad finem ipsorum. Operū nāq̄ quaedam fiunt pro nihilo: quaedam causa ludi fiunt, quaedam vero sunt frustra, quaedam vero recta. Opus qd̄ dicitur vanum vel frustra fieri, est illud in quo intentio operatoris est p̄pter aliquē finem: sed non sequitur ipsum propter aliqua impedimenta quae prohibent multos. Multos nāq̄ videbis dicentes, Laboraui frustra, cum querit aliquem & nō inuenit, vel laborat in itinere mercator: & nihil lucrat. Dicunt etiam medici, Labor noster in egroto vanus fuit, cum non curatur, et similiter in omnibus operibus in quibus queritur finis aliquis, & operator nō consequitur illum. Opus autem pro nihilo est illud in quo nō est intentio propter finem aliquē omnino: sicut qui ludit cum manu sua cū cogitet aliquid: & sicut opera demētii vel cuius animus versatur circa alia, & ignorat quid faciat. Opus vero qd̄ fit causa ludi est illud in quo est intentio propter finem diminutum: quia operator ponit intentionē suā ad rē nō necessariā, nec vtilem: sicut ille qui saltat, nec eius intentio est vt exerceat

animā suam vt faciat aliqua quorū finis est vt risus moueat ex eis. Et dicit q̄ tale opus est ludus sine dubio. Istud autē variat secundū intētionē operatorū: & secundū perfectionē ipsorū. Multa sunt siquidē quae sunt necessaria quibusdā vel sunt vtilia quibusdā: aliis vero nō sunt necessaria: sicut labor corporis secundū diuersitatē specierum suarum quae sunt necessarię in cōseruatione sanitatis, sicut palam est omni perito in arte medicinae, & scriptura, cuius vtilitas magna est apud sapientes. Qui autem exercet laboriosum aliquod opus vt per ipsum consequatur sanitatē, sicut qui ludit ad pilam, & luctatur: & qui retinet anhelitū. Similiter in operibus in quibus est intentio propter scripturā sicut parare penam, & preparatio pergamenia q̄ secundū stultos sunt ludus: sed apud sapientes non sunt ludus. Opus vero rectum & idoneum est illud qd̄ facit operator ex intentione finis alicuius honorabilis. s. necessariū vel vtilis & consequitur finem illum. videtur autem mihi q̄ nō possit in hōe contradicere. Quicunq̄ nāq̄ operat aliquod opus: vel erit mēs in illo ad cōsequendū aliquē finē vel nō erit intētio sic. Finis autē q̄ est in intentione vel erit honorabilis: vel erit deficiens: & vel acq̄ret ille finis vel nō acq̄retur. Hoc autē est qd̄ inducit distinctionem & diuersitatē. Postq̄ autē istud ostendū dico q̄ non oportet intelligentem dicere q̄ opera Creatoris vel aliquod de operibus est frustra vel ludus vel pro nihilo: sed secundū nostrā opinionem & omnis qui credit legem Moysi omne opus Creatoris est bonum & rectum valde, sicut dictū est. Vidit deus cuncta quae fecerat & c. Quicquid etiam fecit p̄pter aliud: illud primū erit necessariū in esse alterius, p̄pter qd̄ est intentio quā voluit Creator, vel erit vtile, verbī gratia: Victus animalū est necessarius in stabilitate & p̄manētia esse illius generis valde: nec fuit intentio in victu: nisi vt viuat aīal ex eo aliquo tempore, nec fuit intentio in sensibus: nisi p̄pter vtilitates quae pueniunt aīalib⁹ ex eorū apphensione. Sic etiā est in sapientia p̄phetica. Et opinio philosophorū est q̄ in rebus naturalibus non est aliquid qd̄ sit pro nihilo: quia omnia opera q̄ non sunt ex artificijs hōim in ipsis est intentio propter aliquē finem siue sit notus ille finis, siue non sit notus. Secta vero magistrorū speculationis, qui dicunt q̄ Creator non facit vnū propter aliud: nec sunt in eo causę vel causata: sed etiam opera Creatoris sunt secundū voluntatem ipsius, nec est querenus finis in eis: nec est dicendū cur hoc fecit: sed facit qd̄ vult: & q̄ ista non sequuntur sapientiam ipsius. Ergo secundū sententiā istorū erunt opera Creatoris in ea parte quae dicta est p̄ nihilo: qm̄ qui facit qd̄ est pro nihilo, non est eius intentio ad aliquem finem: nec apponit animum ad illud qd̄ facit. Creator vero secundū sententiā istorum scit qd̄ facit: & habet intentionem in illo: & non propter finem aliquo modo, nec propter aliquam vtilitatem. Quae autem aliquod opus Creatoris sit per viam ludi, illud est repulsum manifeste in principio cogitationis. Non apponas animum ad ridiculum illius qui dixit q̄ Creator creauit simiā vt homo rideret cū ipsa. Qd̄ autē induxit eos ad hoc est eorū ignorantia magna in natura generationis & corruptionis: & q̄ postposuerunt radicem: quae est q̄ tota intentio Creatoris fuit facere esse quicquid possibile est sicut nos videmus: sed contrarium istius nullo modo requiritur eius sapientia. Et est impossibile apud intellectū q̄ res procedunt nisi ex debito sapientiae suae. Illos vero qui dicunt q̄ in omnibus operibus Creatoris non fuit intentio alicuius finis, induxit in hoc necessitas quaedam. s. q̄ intenderunt in vniuerso esse secundū sensum suū. Et dicunt quis est finis vniuersi mundi in esse suo: & coguntur de necessitate dicere illud quod dicit q̄ credit nouitatē mūdi, q̄ ita voluit: non propter aliam causam. Post hęc autē cōsiderat inferius in singularib⁹ mundi vniuersaliter donec non concedunt q̄ pupilla nigra quae est in medio oculi et claritas tunice quae est sup ipsam sint p̄pter aīę visum vt apphendant quod apphendit: nec ponit istas causas visionis vilo modo: nec perforata est vna tunica oculi: & altera quae superest fuit clara & peruia visus vt inspiciat & videat: sed ita voluit Creator. Et licet ipse videat possibile est q̄ accideret cōtrariū hui⁹. In lege vero nra sunt quidā versus q̄ inducūt dubitationē secundū suū planū in principio cōsiderationis: sicut dictū est. Oīa quicūq̄ voluit Dñs fecit, & iterū. Anima sua cōcupiuit & fecit, & iterū. Quis dicet ei quid facis. Ratio vero istorū versuum & similiū est: quia quicūq̄ vult Creator statim sunt facta de necessitate: nec aliquid pōt impedire quin impleat volūtas eius: quia nō est illi⁹ volūtas nisi in eo qd̄ est possibile esse: nec est possibile nisi qd̄ ipsius sapientia exigit vt sit: & erit quicquid facere voluerit, nec potest aliquid ponere impedimentum inter ipsum & opus. Hāc autē est opinio cuiuslibet credentis legē: & opinio priorū & etiā nra, quia credimus q̄ mūdus est nouus. Sapientes vero nri nō credūt q̄ fuit p̄pter volūtatē simplicē solūmō: et dicunt q̄ sapientia Creatoris quā nō ap-

prehēdimus, fecit debere esse mūdū istū de necessitate in suo esse vniuerso sicut est: & q̄ ipsa eadem sapientia quæ non mutatur fecit debere esse priuationem ante mundi esse, & istud inuenies in verbis sapientum in expositione libri Ecclesi. ubi dixit, Omnia pulchra fecit in tempore suo. Hoc autem totum est vt fugiatur illud qd̄ necessarium est fugere, s. vt operet̄ operator opus in quo non habeat intentionem propter aliquē finē: & ita credit vniuersitas sapientum legis nostræ. Istud etiam fecerunt nos scire p̄phetæ q̄ partes operum naturalium omnes sunt dispositæ, & ordinatæ, & colligatæ inuicē: & omnes sunt causæ & causata: & non est in eis res aliqua pro nihilo: neq̄ ludī causa neq̄ frustra: sed opera sapientiæ veræ, sicut dictum est, Q̄ magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti, & dixit, Omnia opera eius in veritate, & iterum, Deus sapientia fundauit terrā, et istud inuenitur in pluribus locis, nec est credendum aliud nisi istud. Consideratio etiam philosophiæ exigit necessario q̄ nulla res est pro nihilo vel causa ludī, vel frustra in omnibus opatiōibus nature. Quanto magis in natura coelorum quæ est nobilior, & melius cōposita secundū p̄minentiam naturæ quæ ibi est. Scito autem q̄ plures errorum qui sunt ad querendum finem esse mundi in vniuerso suo: v̄ finem partium, sunt propter errorem quē in se habet homo. Et quia putat q̄ vniuersum esse creatum est propter hominem tantummodo: & propter ignorantiam suam circa maneriem huius materiæ inferioris & de intentione prima q̄ est vt faciat esse quicquid possibile est esse, nāq̄ vniuersum bonum est sine dubio: sed p̄pter prædicta ignorauerunt & errauerunt. In istis autē duabus rōnibus renouant̄ dubitatōes et errores donec quedā opera Creatoris numerata fuerūt sicut facta fuerunt p̄ nihilo: & alia opa causa ludī: alia vero frustra. Scito q̄ ipsi receperunt incōuenientia illa adeo q̄ opera Creatoris apud ipsos fuerūt posita quasi opa p̄ nihilo, quia in eis nō fuit intentio propter aliquē finem. Effugerunt enim ponere ipsa tracta post sapientiam: ne ratio illa duceret eos ad credendum antiquitatem mundi: & propter hoc clauserunt portam istam. Iam vero feci te scire opinionem nostræ legis in hoc: & quia illud est qd̄ oportet credere: quia nullū incōueniens sequitur nos cum dixerimus q̄ in omnibus istis operibus suū esse, & sua priuatio trahunt̄ post sapientiā ipsi: & q̄ nos non scimus multitudinē modorū sapientiæ qui sunt in operibus eius. Super hac autem opinione fundata est lex tota: quia in principio suo dixit, Vidit Deus cuncta quæ fecerat &c. & in cōsummatione sua: dixit, Ipse fortis & opus suum perfectum. Cum vero disputaueris super hac opinione: et inspereris diligenter omnia capitula Aristotelis quæ præmisimus in ista ratione: nō inuenies in eis contrarium aliquod v̄llo modo in aliqua partium omnium vniuersi esse: nec inuenies contradictionem nisi in eius opinione in antiquitate mundi: & in nra opinione in eius nouitate.

## ¶ Vtrum Deus agat propter finem. Capitulum. XXVII.

**S**icut magistri speculationis tenentes legem cōtradixerunt sibi in hoc, Vtrum Creatoris opera sequunt̄ sapientiā eius vel voluntatē, vel non inquirendo finē: similiter cōtradixerunt in præceptis quæ data fuerunt nobis. Sunt etenim quidam qui non querunt causam vel rationē in hoc omnino: et dicūt q̄ omnia præcepta sequuntur voluntatē simplicē Creatoris. Sunt autem alii qui dicūt q̄ oīa p̄cepta & phibitiones trahuntur post sapientiā, et est eis intentio propter finem. Et q̄ omnia p̄cepta rationē habēt: & p̄pter utilitatē fuerunt nobis data: sed credim⁹ q̄ oīa rationē habēt & causas, sed quorūdā rationē ignoram⁹ neq̄ scimus viā sapientiæ quæ in eis est. Hac autē est opinio vniuersitatis & singulorum: & verba legis in hoc sunt manifesta sicut dictum est. Præcepta & iudicia iusta. Et item, Iudicia Domini vera iustificata in vnum. Ista sunt quæ vocantur cerimonie sicut mixtura lini, & lana, & caro cū lacte: et sicut hirc⁹ emissari⁹, de qb⁹ dixerūt sapiētes, Præcepta seu cerimonias quæ dedi tibi, nō potes ea mutare v̄llo modo. Et Sathā est accusator sup̄ illis: & gētes mūdī cōtradiciūt illis. Vniuersitas vero sapiētū nō credit q̄ ista p̄cepta nō habēt rōnē & intētionē p̄pter suū finē: quia istud exigeret q̄ esset opus p̄ nihilo: sicut prædiximus: sed credūt q̄ habēt rationē, s. finē vtilē oīno, sed latet nos, vel p̄pter breuitatē sciētīe nostræ: vel p̄pter defectū: vel q̄ sit ratio in p̄ceptis in faciendo, vel nō faciēdo: id est vtilis finis. Sunt autē qdā quorū utilitas nota est nobis: sicut phibitio homicidii & furti. Quedā vero sunt quorū utilitatis viā nescit: sicut phibitio eius fructus arboris de nouo plantatē in tribus annis primis: & mixtio vineæ. Illa vero quorū utilitas scitur a populo vocantur iudicia: sed illa quorū utilitas ignoratur vocantur cerimonie. Ḡnāliter tamē scriptura ostendit q̄ nō est nihil in nobis: quia illud est vita nostra: qd̄ est dicere q̄ illæ cerimonie nō sunt sine utilitate vel fine vtili. Q̄ si forte nobis vi-

detur de aliquo illorū q̄ non sit utilitas in eo: defectus est in nobis & in intellectu nostro. Tu vero scis qd̄ apud nos notū est. Iga Salomō sciuit rōnes oīm p̄ceptorū excepto illo de vitula ruffa. Sapiētes etiā dixerūt q̄ Creator abscondit rōnes p̄ceptorū ne cōtēnerent a nobis sicut cōtigit Salomoni in trib⁹ p̄ceptis. Sup̄ hac autē principalitate & scdm̄ eā procedūt plura verba ipsorū: & etiam verba scripturæ demonstrant illud. Inuenies autem in aliquo loco verbū quoddam sapiētū qd̄ videtur in principio cogitatiois innuere q̄ quedā pars p̄ceptorū nō habet rationē nisi iussionem Creatoris: nec aliū finē, nec aliquā utilitatē. & illud est qd̄ dixerūt. Quid nocet Creatori q̄ decollat i ceruice vel in gutture: Fortassis dices: nō fuerūt data p̄cepta nisi vt examinaretur in eis hoīes, sicut Dauid dixit. Eloquia Dñi, eloquia examinata. Licet autem verbū istud sit valde mirabile: nec habet cōpationē cū aliis verbis eorū: faciā te audire opinionē meā & expositionē ipsi⁹ vt nō egrediamur de termino oīm verborū iporū: nec recedam⁹ a radice in qua cōuenim⁹: q̄ est, q̄ oīa p̄cepta vtilē finē habēt in esse sicut dictū est: quia nō est aliquid pro nihilo. & p̄pheta dixit. Nō dixi semini Iacob frustra: querite me. Ego Dñs loquēs iustitiā & annūcians equitatē. Qd̄ autem necessariū est cuiuslibet perfecte intelligenti vt credat in hac ratione est illud qd̄ dictū est q̄ vniuersitas p̄ceptorū omniū habet causam & rationem de necessitate: et p̄pter utilitatē fuerunt nobis data. Singularia vero ipsorū sunt de qb⁹ dixerunt q̄ sunt simplex p̄pter iussionē: sicut decollatio bestiarū quæ decollari debent p̄pter necessitatē victus: quorū causa & utilitas manifesta est sicut postea demonstrabimus. Ratio vero huius q̄ bestia debet decollari & nō lanceari: & hoc in loco certo: vt pote in gutture debet fieri: hæc omnia sunt vt examinentur in eis homines. Et hoc etiā patebit tibi ex verbis ipsorū sicut dixerūt, Qui decollat in gutture vel ceruice. Istud autē exēplū induxi p̄pter rationem quæ inuenitur in verbis ipsorum. Sed cū quæsiuerimus de hoc diligētē, erit ratio q̄ cū necessitas exigeret vt bestie comederentur fuit intentio vt occiderentur morte leui & opere leui. Non enim oportet caput amputari: nisi ense vel aliquo simili. Occisio vero potest fieri multis aliis instrumentis: & vt leuior esset mors intenderunt acuerē cultellum. Qd̄ vero assimilatur istis de circumstantiis particularium est assatio: quoniam ratio applicationis in assatione habet utilitatē magnam notam sicut postea ostendemus. Q̄ autem appcatio illa sit aries vel veruex: & numerus sit talis vel talis: istud quidem nō habet causam vel rationē nec vnq̄ inuenietur. Quicunq̄ vero laborat querere causam in huiusmodi particularibus ambulat in tenebris: nec recedet ab eo incōueniens: immo addet super se inconuenientia. Et quicunq̄ putat q̄ inueniet in his causam & rationem: tantum longe est a vero q̄tum & illi qui dicunt q̄ vniuersitas præceptorum non est propter utilitatem. Scito etiā q̄ sapientia exigit & necessitas inducit vt sint particularia quorum causa nō inueniatur: sicut si esset impossibile in his quæ ad legem pertinent tale aliquid inueniri. Via vero propter quam est impossibile, est quia si dixeris quare fuerit aries & non veruex, eadē quæstio remanet si veruex positus esset vbi positus est aries, & aliqua species debet esse de necessitate. Similiter si queratur quare fuerunt septem arietes & nō octo: similis quæstio remaneret si dixisset octo vel decem, vel viginti. Numerus vero aliq̄s necessarius est omnino. Istud autē videt simile nature potestatis vbi necesse sit vt alterum possibilium sit, nec esset finis quæstionū quærentium quare fuit istud possibile & non alterum. Quoniam eadem quæstio fieret si alterum duorum possibilium esset, & non illud qd̄ est. Scito ergo rationem istam & intellige illam. Qd̄ autē dicitur semper q̄ oīa præcepta causam habent & rationem, non dicit vt disputetur de particularibus ipsarum. Postq̄ igitur res ita se habet videtur mihi vt diuidam sexcenta & tredecim præcepta in aliqua cōsequētia certa: quorū quodlibet aggregabit præcepta numerata quæ sunt vnius speciei: vel prope in rationibus suis. Narrabo etiam tibi causam & rationem cuiuslibet communium illorum: & faciā te scire utilitatem quæ est in eis: in quo non erit dubitatio vel repulsa. Postea vero reuertar ad quodlibet p̄ceptorum quæ sunt sub illo cōmuni: et ostendam tibi rationes illorum donec non remanebunt nisi rationes paucorum p̄ceptorū quorum causam et rationem non sciui vsq̄ modo. Sciui etiam partem quandam particularium in p̄ceptis & conditiones quorundam ex eis: quorum rationes sciri oportet: & adhuc audies hæc omnia. Ista autem rationes et causas non est mihi conueniens vt demonstrarem tibi nisi postq̄ p̄miserō capitula multa & proposuero in ipsis p̄positiones vtilēs vt sint stramentum ad ista, & hoc est quod modo dicam.

**Q**uoniam præceptorum intentio duplex est: bona dispositio anime et bona dispositio corporis. Ad animam siquidem pertinet ut vniuersitas populi habeat credulitates rectas secundum posse suum. Et idcirco quedam illarum debent esse manifeste: alia vero in parabolis: quia non est in natura populi vniuersi ut apprehendant per virtutes suas scientiam istius rationis secundum quod est. Ad corpus vero pertinet preparatio victus necessarii: quod fiet cum adiutorio mutuo inter se. Istud autem potest perfici duobus modis. vno siquidem modo ut tollatur superbia & violentia: & hoc est ut non sit quilibet singularis solutus facere voluntatem suam secundum posse suum: sed laboret pro posse suo & studeat in aliqua re vnde proueniat utilitas aliis. Secundus modus est docere quilibet hominum bonos mores viles societati ut ciuitas sit ordinata & bene disposita. Scito quod duarum intentionum prædictarum vna sine dubio est prior dignitate & gradu: & ipsa est compositio anime: scilicet habere credulitates rectas. Secunda vero est prior natura & tempore: scilicet compositio corporis: & hoc est regimen ciuitatis et dispositio diuersitatum habitatorum secundum posse. Super hac autem secunda & posteriori & super partibus eius multiplices sunt prohibitiones & cautele: quoniam prima intentio non potest acquiri nisi post acquisitionem secundam. Probatum etenim est quod homo duas habet perfectiones. Prima siquidem est perfectio corporalium virtutum. Secunda vero perfectio anime. Prima perfectio est ut sit sanus in optima dispositione virium naturalium: quod non potest contingere nisi cum inuenit necessaria quando ea requirit. scilicet victum & alia corpori necessaria vel utilia sicut Balneum. Istud autem non potest perfici ab vno homine solo: sed a conuentu habitatorum in eadem villa. Scitum siquidem est quod homo naturaliter habet ut regatur secundum consuetudinem societatis hominum vnius villæ. Vltima vero perfectio hominis est ut fiat rationale actu. scilicet ut habeat intellectum in actu: & hoc est ut sciat quicquid in potestate est hominis scire de vniuersitate entium secundum perfectionem suam vltimam. Et manifestum est quod in hac vltima perfectione non sunt opera nec compositio morum: sed sunt credulitates in quas inducit eum speculatio & diligens inquisitio. Manifestum est etiam quod illa vltima perfectio nobilis non potest acquiri nisi post primam perfectionem. homo namque non potest apprehendere intelligibile etiam si doceatur, nedum per se inueniat, nisi illud dum esurit vel sitit, vel frigus, vel calorem patitur. sed post acquisitionem primæ perfectionis oportet ut acquiratur vltima quæ dignior est sine dubio: & hæc est causa permanentiæ sempiternæ non alia præter ipsam. Lex igitur vera de qua prædiximus quod vna sola est: non est lata siue data nisi ut ostenderet nobis duas perfectiones in genere suo. scilicet bonam dispositionem hominum inter se tollendo superbiam & informando bonos mores & honorabiles, ut homines ciuitatis uiuant et conuersentur & permaneant secundum ordinem rectum: ut quilibet eorum possit acquirere suam primam perfectionem & bonam dispositionem sensuum: & ut dicunt bonæ opiniones & recte: per quas possit acquiri vltima perfectio. Lex autem fecit mentionem de vtraque dicens quod finis præceptorum est acquisitio duarum perfectionum sicut dictum est. Præcepit nobis Dominus facere omnes istas ceremonias ut timeamus dominum Deum nostrum ut bene sit nobis omnibus diebus: & ut viuificaret nos sicut in die ista. Præmisit hanc vltimam perfectionem secundum gradum suum & præminentiam: quia ipsa est finis vltimus. Et propter hoc dictum est in alio loco. Ut beneficiat tibi & plures dies. Tu vero scis illud quod dixerunt sapientes in huiusmodi expositione: ut bene sit tibi in seculo quod totum bonum est: & plures dies in seculo quod est totum longum. Sic etiam intelligendum est quod dictum est, Ut bene sit vobis omnibus diebus. Eadem autem in hoc est intentio: scilicet acquirere seculum quod est totum bonum, & diuturnum: & hæc est præmentia sempiterna. Quod autem dixit ut viuificaret nos sicut in die ista, istud pertinet ad perfectionem corporis primam ut elongetur dies: quia non potest perfici ordo dispositionis eius nisi cum societate et conuenientia hominum ciuitatis sicut ostendimus.

Legis finis qualis est tollere de mentibus hominum superbiam.

Capitulum. XXIX.

**S**cire debes & intelligere quod lex de opinionibus rectis per quas acquiritur vltima perfectio non dedit nisi finem earum: & fecit ut crederent homines in corde illarum quod est essentia Creatoris & eius vnitatis & sapientia & potentia voluntas & aternitas, & hoc est causa finis vltimi, quod non potest demonstrari diuisione vel definitione nisi post apprehensionem multarum opinionum.

Eodem modo lex induxit opiniones quæ sunt necessariae in dispositione regiminis ciuitatis: sicut hoc quod credimus quia creator irascitur super peccatores. & ideo necesse est ut timeatur ut quilibet caueat sibi ab errore & peccato. Alias vero scientias rectas de vniuerso esse quæ dicuntur speculatiue in multitudine diuersitatis generum suorum per quas firmantur opiniones istæ quæ sunt vltimus finis licet lex non induxit eas manifeste sicut alias: tamen induxit eas generaliter: & hoc est quod dixit ut ametur Dominus. Tu vero scis quod electum est generaliter in amore vbi dictum est, Ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex omnibus viribus tuis. Nos vero iam ostendimus in congregatiõe nostra magna quod amor iste non firmatur nisi in apprehensione recti vniuersi esse sicut est, & intelligendo sapientiam eius in illo. Similiter etiam ibidem ostendimus quod docuerunt sapientes de hac ratione. Quod autem sequitur generaliter ex omnibus quæ modo præmisimus in hac ratione est quod omne præceptum siue prohibitio est ut tollatur superbia vel formentur homines in dispositione morum qui sunt idonei ad bonam societatem: vel ad inducendum rectam opinionem: in qua necesse est ut credatur vel propter dignitatem ipsius vel quia est necessaria ad superbiam tollendam vel ad docendum bonos mores. De talibus præceptis dicimus quod sunt manifesta: & eorum causa & ratio scitur & utilitas nota est: & de talibus non fit questio: quia ratio humana nunquam laborauit ut quæteret quare dictum est in lege quod Creator est vnus: vel quare prohibuit nobis homicidium usurpationem vel vltionem inimici: & ne retineremus odium: vel quare præcepit nobis ut quilibet diligeret proximum suum. Illa vero præcepta in quibus laborant intellectus & surgunt contrarietates donec quædam dicunt quod in eis non est utilitas nisi quod sunt præcepta: alii vero dicunt quod in eis est utilitas sed latet nos: Illa inquam sunt ex quorum plano non oritur utilitas in aliqua triu rationum quas præmisimus. scilicet quod non dant opinionem rectam: neque docent mores bonos neque tollunt superbiam. Ista namque præcepta non spectant ad bonam dispositionem anime ut dent credulitatem aliquam: nec ad bonam dispositionem corporis ut dent leges viles in regimine ciuitatis vel domus: sicut prohibitio mixtionis lini vel lane: & mixtio diuersorum seminum & caro cum lacte, & operire sanguine, & vitule deceruatæ: & redemptio primogeniti asini & filia. Adhuc autem scire te faciam expositionem meam in omnibus: & assignabo rationes veras eorum, quæ sunt probate, præterquam in quibusdam illarum sicut prædixi: & ostendam quod causa ista & illis filia sunt omnino necessaria ut primeant ad aliquam prædictarum triu rationum: vel ad firmandum credulitatem vel ad dispositionem officiorum ciuitatis quæ perficitur duobus tollendo superbiam & informando in bonis moribus. Colligitur ergo in summa ex his quas prædiximus incredulitatibus quod præceptum dat credulitatem rectam: & ipsa est intentio sola sicut fides de vnitatis & eternitate Creatoris: & quod non est corpus. In quibusdam autem erit credulitas illa valde necessaria in tollendo superbiam & in instruendo in bonis moribus: sicut credimus quod ira Creatoris augmentatur super illum qui facit superbiam & iniquitatem: sicut dixit. Crescet ira mea. & sic credimus quod audit clamorem oppressi statim: sicut dixit, Audiam quia pius ego.

De credulitate erronea progenitorum Abrahæ & fide ipsius Abrahæ. Cap. XXX.

**M**ortuum est quod Abrahæ natum est in gente quæ seruebat igni, & in incredulitate illorum qui credebant quod non erat Deus alius nisi stelle. Cum vero fecero te scire in hoc capitulo libros eorum quod non inueniunt apud nos translatis ad Arabicam linguam in narratiõe ipsorum in antiquis cõtationibus, & fecero te scire opiniones ipsorum & rationes eorum, ostendet tibi credulitas in stellis quod sunt Dii: & quod Sol est maior inter Deos. & dixerunt quod reliqui planetae sunt Dii: sed Sol & Luna sunt maximi Deorum. Inuenies etiam quod manifeste dicit quod sol regit mundum superiorem & inferiorem: & inuenies istud in libris eorum. & narrant statum Abrahæ: et dixerunt hæc eadem verba, quod Abrahæ fuit natum & educatum in terra seruitium igni: quoniam contradixit opinioni gentis illius: dicens quod alius opator erat præter Solem: & induxerunt contra eum rationes suas: inter quas fecerunt mentionem de operatiõibus Solis quæ manifeste sunt & apparere visui in vniuerso esse. Et dixerunt quia dixit eis Abrahæ. Verba sunt quæ dicitis, quia Sol est sicut securus in manu carpentarii: & posuerunt postea paucas de rationibus suis. In fine vero rationis istius dixit quod Rex misit Abrahæ in carcerem: & remansit multis diebus in cõtatiõe quæ habebat aduersus illos dum esset in carcere. Post hoc autem rex timuit quod noceret regno suo & retraheret homines a credulitate sua: & eximauit eum usque ad extremum terræ Chanaan postquam spoliauerat eum omnibus bonis suis. Ita dixerunt isti. et inuenies hoc manifeste in libro de agricultura Aegyptiorum. Sed non fecerunt mentionem de signis veris ipsius: neque de eo quod euenit ei in visiõe prophetiæ: quoniam ipsi contradicebant ei: quia contrarium erat opinionibus eorum corruptis. non

Nota de Abraham secundum gentiles.

est autem dubium apud me, q̄ cum contradicebat sententię hominū illius temporis, ipsi con-  
 temnebant eum & dehonestabant & vilipendebant eum homines illi prauī. Et quia sustinuit  
 omnia ista pro veritate Creatoris dictū est ad eū: Benedicā benedicētibus te: & maledicā ma-  
 ledicētibus te. Finis vero facti ipsi⁹ fuit qđ nos hodie videm⁹, quia maior pars hoīm qui sunt  
 in mundo conueniunt in hoc vt honorēt ipsum & vt benedicantur in nomine ipsius, & etiā  
 in eo cui nomen eius attribuitur in generatione sua: nec est qui cōtradicat in hoc: vel qui di-  
 minuat gradum dignitatis eius: prāter reliquias gentis quę dicitur remansisse in extremis  
 terrā: sicut Parthi qui remanserunt in sinistra parte: & gētes Indię in extremo partis dextre.  
 Isti siquidem sunt reliquię gentis Cazedim qui vocantur Zabei: quia gēs ista repleuit terrā.  
 Finis autem & perfectio illius qui profundauit in prophetia in temporibus illis fuit: quia pu-  
 tauit qđ Creator est spiritus coeli, & stellę sunt corpora: & Creator est spiritus eorum. Hoc  
 etiam dixit Maurus Abubac. in expositione libri de auditu. Propter hoc autē credit tota gēs  
 ista mundi antiquitatem qm̄ coclum est Deus secundū opinionē illorū. ¶ Et dicunt qđ Adam  
 primus natus ex masculo & foemina sicut & alii homines: sed honorabāt eum multū: & dice-  
 bant qđ fuit propheta Lunę: & qđ p̄dicauit gētib⁹ vt seruirent Lunę: & qđ cōposuit libros de  
 cultu terrę. ¶ Similiter dicunt qđ Noe fuit agricola: & qđ non credebatur in seruitio idolorum:  
 et qđ gens illa Zabeorū vilipendebat eum: & dehonestabat: & dicebant de ipso qđ nunq̄ serui-  
 ebat Idolis: & narrauerunt in libris suis qđ punierunt illum: & posuerunt in carcere: quia ser-  
 uiebat Creatori. ¶ Dixerunt etiam Seth qđ cōtradixit opinioni primū Adę in seruitio Lunę:  
 et finxerunt mendacia quę inducunt risum legentibus ea: quia ostendunt maximū defectū  
 intellectus: et qđ longe nimis fuerunt a prophetia: & qđ fuerunt in fine stultitię. ¶ Narraue-  
 runt etiam de Adam, qđ quādo egressus est de terra promissionis quę est versus partes Indię:  
 et incepit intrare terminos Babylonis, tulit secum mirabilia multa: scilicet arborem quę cre-  
 scebat cum ramis & foliis: & arborē lapidū: & folia cuiusdam arboris viridis quę non cōbu-  
 rebantur ab igne: & dixit qđ sub vmbra illius arboris protegebantur decem milia hominum.  
 Et altitudo ipsius erat sicut statura hominis. Attulit secum etiam duo folia quorum vtrūq̄  
 duos homines cooperiebat. De talibus ergo ridiculosis multa mirabilia narrauerūt. Propter  
 hoc ergo mirari debes de hominibus, quorum opinio est quia mundus est antiquus: & tamē  
 credunt esse talia quę impossibile est in natura esse apud omnē scientē speculationem natu-  
 ralem. Intentio vero ipsorum in loquendo de Adam primo & de omnibus quę attribuunt ei  
 fuit roborare credulitatem suā in antiquitate mūdi. Et qđ prouenit de istis rationib⁹ fuit qđ  
 coeli & astra sunt Dii. Cum autem natus fuit Abraham qui fuit columna mūdi, & intellexit  
 qđ Creator erat separatus neq̄ corpus neq̄ virtus in corpore: & qđ omnes stellę & coeli sunt  
 opera illius: et cognouit mundana & ludibria in quibus fuit educatus: incepit destruere opi-  
 nionem illorum, & falsificare credulitatem illorum, & detegere malitiam eorum. Et inuoca-  
 uit nomen domini Dei mundi, & hęc fuit inuocatio qđ inuenit esse Creatoris, & nouitatem  
 mundi ex parte Creatoris. Secundū has opiniones quas habebat gens Zabiorum fecerūt effi-  
 gies stellarum de auro. s. Soli: de argento vero Lunę: & diuiserunt metallo in terminos stellas  
 dicentes. Illius termini Deus est stella talis: & edificauerunt palatia, & posuerunt in eis ima-  
 gines: & dixerunt qđ splendor potentiarū stellarum diffundebatur super illas imagines: & lo-  
 quebantur cum hominibus: & annunciabant eis vtilia. Idem dixerunt in arboribus quę sunt  
 in parte illarum stellarum: qđ cum aliqua arbor est appropriata vni stellę: & seruitur ei in ta-  
 libus rebus, & in tali modo, effunderetur quoddā spūale ab illa stella super ipsam arborem: & lo-  
 queretur cū hominibus in somnio. Hęc oīa inuenies in libris illorū de quib⁹ docui te. Isti ergo  
 fuerūt pphetę idolorū: & pphetę arboris: de quibus dictū est qđ firmatae sunt hmōi opinioēs  
 in eis donec dereliquerūt Creatorē & clamauerūt ad idola. Idolū responde nobis. Hęc oīa con-  
 tingunt ex effusione istarū opinionū et ex stultitia magna & ludibriis hoīm huius mundi in  
 hmōi vanitate cogitationū. Tunc etiā ortę sunt opiniones & sententię & inuenti sunt ex eis  
 augures & magi et diuinatores, et sortilegi, et inquirentes Iob & Ideom et requirentes mor-  
 tuos. Nos autem iam ostendimus in aggregatiōe nostra magna incanūt qđ Abrahā fuit pri-  
 mus qui cœpit destruere istas opiniones cum omnibus istis et cū p̄dicatione blanda hoīb⁹  
 blādiēdo & cōtrahēdo ipsos verbis suauib⁹ ad seruitiū Creatoris donec pphetizauit Dñs p̄-  
 phetarū, & cōpleuit rationem: et p̄cepit tales homines interfici et delere nomen illorum  
 et eradicare illos. sicut dixit, Aras eorū destruetis, et phibuit ambulare in cōsuetudinib⁹ cog-

De Adam

De Noe

De Seth

De Adam

De Abra-  
ham

sicut dixit, Non ambulabitis in via gentium. Tu vero scis ex verbis legis in pluribus locis  
 qđ prima intentio legis tota est ad disperdendum seruitiū idolorū: & ad delendū nomen eorū  
 et quicqđ pendet ex eis: & etiā memoriam ipsorū: & quicqđ inducit ad aliquod opus corū si-  
 cut ob Ideom, & traducere filios per ignem & magum & augurem & diuinū & requirentē  
 mortuos: & prohibuit generaliter assimilari operibus eorum in aliquo quāto magis ambula-  
 re: Postea probatum est in lege qđ quicquid reputant seruitiū esse idolorum vel oblationem  
 totum est abominatio creatori sicut dictum est. Omne quod abominatus est Dominus exhi-  
 buit idolis suis. Tu autem inuenies quia dicunt in libris suis qđ ego narrabo tibi, quia offere-  
 bant Deo suo maiori vnū scarabees & septem mures & septem volatilia. Ista vero satis sunt  
 derisione plena & abominabilia secundum naturam humanam. Omnia igitur p̄cepta quę  
 data sunt ad prohibendum seruitiū supradictum & omnia quę pendent ex eo vel inducūt  
 ad ipsum: & adherent ei aliquo modo: omnia inquā fuerunt ad euitandum opiniones illas qđ  
 sunt impedimento illis quę sunt vtilia: in duobus sēculis inquā impedimento cum derisioni-  
 bus & ludibriis in quibus educati fuerunt parentes nostri sicut dictum est. Ex parte fluminis  
 sederunt parentes nostri: Thare pater Abrahę & Nachor seruiuerunt idolis. Istud etiam est  
 quod dixerunt prophetae veri, Ambulauerunt post inutilia. ¶ Preciosa est igitur vtilitas cu-  
 iuslibet p̄cepti quod defendit nos ab errore & ab hac abominatione: & reducit nos ad cre-  
 dulitatem rectam: ad credēdum scilicet qđ Creator est qui creauit omnia: cui seruire debet  
 qui est diligendus & timendus: & non est seruiendum idolis qui putauerunt esse Deos: & qđ  
 non est necessarius labor magnus ad appropinquandū Deo nostro nisi amor ipsius: & timor  
 eius tantummodo. Et ista sunt finis seruitiū sicut scriptura dicit. Nūc ergo Israel audi quid  
 Dominus Deus requirit a te: nisi vt timeas Dominum: Hanc autē rationē postea pficiemus:  
 nūc autē reuertar ad rōnē meam: & dicam qđ plurium peccatorum causas & rationes fecit  
 me scire qđ sciuī de consuetudinibus gentium qui dicuntur Zabii & de opinionibus & de  
 operibus et seruitiis ipsorum sicut audies cum exposuero rationes illas p̄ceptorum de qui-  
 bus ascendit in cor qđ non habent rationem, et faciam etiam mentionem tibi de libris ex qui-  
 bus intelliges qđ ego cognoui de sententiis Zabiorū, & etiam de opinionibus eorum donec  
 scies vere sine dubio qđ ego dicam in rationibus p̄ceptorum talium. ¶ Maximus istorum li-  
 brorum est liber de seruitio Aegyptiaco quem trāstulit Maurus qui vocabatur Enennaxia.  
 Adhuc etiam narrabo tibi quare gens ista posuit consuetudines suas coniunctas cum terrę  
 cultura, & liber ille est plenus ludibriis & derisionibus idololatrarum: & illis quę sequeban-  
 tur homines: & ad quę ponebant animos suos: scilicet fabricando effigies & participationē  
 spūalium & diabolorum: et magicas incantationes, et collectę sunt in libro illo multę derisio-  
 nes ex quibus mouentur ad risum homines intelligentes: et dicunt qđ cōiūtantur cum illis  
 dicentes turpia super signis quę sunt manifesta: per quę sciunt homines mundi qđ Creator ē  
 Dominator in vniuersa terra: sicut dictum est vt scias qđ Dominum habet terra, et iterum, Ego Dominus in terra.  
 Dixerunt autem de Adam primo qđ ipse dixerat in libro suo qđ quāda arbor est in India de cuius ramis si proiciatur aliquid in terram ambulat & mouetur sicut  
 serpentes. Et qđ est ibi arbor alia cuius radix est sicut effigies hominis: et audies vocem eius si  
 cut soni vehementis differentis a sermone. Et qđ est herba quędam cuius folia si quis ligauerit  
 in veste sua non videtur ab hominibus intrando vel exundo: de quibus etiam si fieret  
 subfumigium sub coelo audirent homines in aere sonitus magnos & tonitrua fortia dum  
 fumus ille ascenderet: et multa talia derisoria quę ponunt in narrationibus suis de virtuti-  
 bus plantarum et instrumēta et modos cultus terrę donec cōtendunt et cōtraducunt signis  
 quę miraculose acciderunt: et inducunt in cogitationem quę fuerunt ingeniose facta. ¶ De  
 illis autem derisoriis quę continentur in illo libro est qđ quęda arbor illarum quibus serui-  
 ebant sicut feci te scire: dixerunt qđ arbor illa fecit moram in Ninive duodecim annis: et qđ rī  
 xata est Mandragoris quę volebant occupare locum eius et gradum: et qđ homo ille qui so-  
 lebat prophetizare cum spiritu p̄dictę arboris qui super ipsam quiescebat cessabat pro-  
 phetizare longo tempore. Post multos vero dies allocuta est eum arbor, dicens qđ fuit oc-  
 cupata in rixa quam habuerat contra Mandragoras et mandauit qđ scriberet chartam spūa-  
 libus qđ iudicaret inter illas et discerneret quę arbor apud ipsos esset honoratior vtrū Mā-  
 dragora an illa alia arbor. Derisiones autem similes istis sunt multę: de quibus accipies

Nota fabu-  
lam

Derisoria  
fabula de  
arbore.

Alia fabula

probationem super defectum sapientiae hominum illius temporis. Isti vero fuerunt sapientes Babylonis famosi in diebus illis. Ille siquidem erant leges eorum in quibus nutriti fuerunt: & nisi fuisset bonitas ista quae reuelata est iam gentibus in cognitione essentiae Creatoris, essent dies nostri nunc magis obscuri quam dies illi. aliis tamen modis reuertar ad propositum. In praedicto libro narratur de quodam propheta idolorum qui dicitur est Tamut, qui cum praedica- ret cuidam regi ut seruiret septem stellis, & signis duodecim: precepit Rex eum interfici graui morte. Nocte vero mortis ipsius conuenerunt omnes imagines ab extremis terrae in palatio Babylonis ad imaginem auream magnam: quae scilicet erat imago Solis, & pedebat inter caelum & terram & prostravit se in medio palatii, & omnes imagines circumquaque: & narrauit eis quicquid contigerat Tamut. Imagines vero flebant & lamentabantur per totam noctem. mane autem facto euolauerunt omnes imagines ad palatia sua usque ad extremum terrae. Et consuetum est in anno semper in principio diei mensis Tamut lamentari & flere super Tamut. Nunc ergo appone cor tuum & vide cuius intellectus erant homines in tempore illo. Haec autem narratio de Tamut est antiqua nimis in gente Zabiorum. De libro praedicto cognosces plures derisiones ipsorum & opera & festa eorum. In ratione vero quam dicunt in Adam, & serpente, et arbore scientiae boni & mali: & in vestimento cuius usus non fuerat prius habitus: caue tibi ne confundat intellectum tuum, nec ascendat in cor tuum: quia verum fuit quod dixerunt: vel ira contigit Adae primo: vel alii ab ipso: quia non fuit illud omnino. Modica vero consideratione patebit tibi falsitas eorum et mendacium in omnibus quae dixerunt: & detegatur tibi quod istam rationem finxerunt post legem datam iam scitam: et cum audierunt planum operum de Beneficio: et intellexerunt omnia secundum planum suum: & ordinauerunt rationes illas ut audiret eas insipientes: & deciperet cor suum in illis: & opinaretur quod mundus erat antiquus: & quod ratio quae narratur in lege sic fuit sicut ipsi dixerunt. Quis autem non expedit te docere in istis: quia sunt apud te scientiae quae prohibebunt intellectum tuum adhibere ludibriis Zabiorum & mendaciis Cacedin & Caldin qui sunt remoti & vacui ab omni scientia quae vocatur vera sapientia. Super hoc autem docui ut custodiam alios a te: quia sepe populus sequitur mendaciam. De libris autem illis est liber Deizame chameche: qui ascribitur Aristoteli, sed nolit Deus quod ipse unquam operatus sit tale opus. Et simi- liter liber imaginum: de quibus est liber Reitar: & liber candelarum & liber graduum caeli: & formarum quae ascendunt cum quolibet gradu: & alius liber quem attribuerunt Aristoteli: & alius liber qui attribuitur Aformor: & liber vnus Isaac: & alii in contradictione & disputa- tione contra gentem Zabiorum. Et liber quidam magnus in libris eorum & definitionibus legis eorum & festorum ipsorum & oblationum et orationum ipsorum & multorum pertinentium ad legem eorum. Omnes autem libri quos praedixi sunt de seruitio idolorum: & translati fuerunt in legem Arabicam: nec est dubium quod sunt pauci de multitudine residuorum qui non sunt sciti: sed perierunt in longi- tudine annorum. Isti vero qui inueniuntur hodie apud nos continent generaliter omnes opi- niones gentis Zabie, & seruitia ipsius gentis: quorum quaedam sciuntur hodie in hoc mundo. scilicet aedificia palatiorum & imagines lapideae vel metalliceae: & constructiones aiarum et applicationum super illas: et sacrificiorum et diuersa genera ciborum et leges festorum et applicationes ad orandum et genera seruitiorum in eisdem palatiis ubi ponuntur loca honorabilia valde. Et vocant nomina ipsorum palatia formarum intelligibilium: et statuunt effigies super montes excelsos: et honorant ipsas arbores: et alia multa quae potes intelligere de libris illis de quibus docui te. Scientia vero illa- rum opinionum et operum illorum sunt porta magna per quam poterunt extrahi rationes et causae praecceptorum: quoniam totius legis nostrae fundamentum et columna super quam innititur est delere opi- niones istas de cordibus hominum sicut dictum est, Non decipiatur cor vestrum. et iterum, Cor suum cantans hodie. et ut exterminetur de mundo sicut dictum est, Aras eorum subuertetis: et arbores igni comburetis: et delebitis nomen eorum. et istas rationes repetiit in pluribus locis. Ista fuit igitur prima intentio cordis totius legi: sicut docuerunt nos sapientes in expositione sua recepta in eo quod scriptura dixit in omnibus quae precepit nobis Dominus per manum Moysi. et dixerunt, intelligas hoc quod quicumque concedit seruitium idolorum abnegat totam legem: et qui negat seruitium idolorum concedit totam legem. Intellige istud.

Libri error

De opinionibus antiquorum quae sunt debiles & erroneae.  
Capitulum. XXXI.



Um intellexeris opiniones istas debiles antiquas apparebit tibi quia quod notum fuit hominibus in diebus antiquis, hoc fuit quod propter seruitium stellarum multiplicarentur habitatores in terra: & fructus & sapientes eorum. Et qui propinquiores erant inter eos idolis praedicabant hominibus & docebant eos: quia cultus terrae in quo est permanentia esse hominum, non potest perfici iuxta voluntatem Deorum: nisi seruiant Soli & stellis. quod si offenderint eas diminuentur fructus, & terra fiet deserta. Dixerunt etiam in praedictis libris suis quod stella quae dicitur Iuppiter irata fuit super deserta & arida loca: & ideo defecerunt in eis aquae & arbores: & ambulat in eis diabolus. Honorabant etiam agricolas & alios qui colebant terram: quia laborabant ut populareretur terra: & in seruitio suo quia hoc est voluntas stellarum. Causa autem propter quam honorant seruitores stellarum vaccae & boues, erat quia vtilis sunt in cultura terrae: donec dicebant quod non debebant occidi: quia ex ipsis pueniebant vires quae contingebant homini ex voluntate illius idoli in cultura terrae. Et idcirco fuerunt subiecta homini. Cum vero opinio- nes istae fuerunt multum scite scripserunt & rationes idololatrie cum cultura terrae: quoniam agricultura est officium necessarium durorum & plurium generum animalium. Pontifices autem idolorum praedicabant hominibus quoniam conueniebant in templis illorum: & insigebant cordibus eorum quod propter illa seruitia descenderet pluuie & multiplicarentur fructus: & populareretur terra. Attende ad ea quae dixerunt in libro de seruitio aegyptiaco in illis quae locuti sunt de vinea: & hoc est planum verborum gentis Zabiorum. Dixerunt sapientes eorum & omnes antiqui & prophetae ipsorum mandauerunt catari cum omnibus instrumentis in festis coram idolis: & dicebant quod verba eorum sunt vera: & dicebant quod illa talia placebant idolis: et quod bene remunerarent eos quia talia faciebant: et multiplicauerunt terrorem in hominum opere: & permittebant longitudinem dierum vite & salutis. Et quod propter illa remouerentur damna & multiplicarentur fructus & arbores. usque ad hunc locum sunt verba Zabiorum. Cum autem illa fuerunt scita & diffusa per uniuersum mundum adeo quod reputabant vera: placuit Creatoris pietati remouere de cordibus nostris errorem istum: & auferre laborem istum de aiaibus nostris tollendo seruitia illa laboriosa & inutilia. Et dedit nobis legem suam per manum Moysi magistri nostri: in qua ostendit nobis quod si seruiremus stellis & corporibus esset seruitium ipsarum causa retentionis pluuiarum: & quod terra non daret fructum suum: et quod caderent fructus arborum. Et quod multiplicarentur genera incommoditatum super diuersis generibus hominum: et quod multipli- carentur accidentia mala corporum: & breuiarentur vite hominum. Iste sunt rationes verborum foederis quod pepigit Dominus. Tu vero inuenies rationem istam repetitam in omni lege. scilicet quod euenit ex seruitio stellarum retentio pluuiarum: & terra fit deserta & res corrumpuntur & accidunt agritudines corporum & breuiatio annorum. Si vero conuertat homo a seruitio stellarum ad seruitium Creatoris multiplicabuntur pluuie: & terra dabit fructum suum: & prosperabuntur omnia: & salus corporis prolongabitur contraria illis quae praedicabant hominibus cultores idolorum: ut serui- rent eis. quoniam principalitas legis est tollere opinionem istam & delere iudicia eius.

Quae inquisitio legis grauis sit quibusdam: & quod lex utilis. Capitulum. XXXII.



Vnt quidam homines quibus graue est querere causam vel rationem in quocumque praecceptorum: & reputant sibi inconueniens ut non intelligant nec apponant animam ad praecceptum vel prohibitionem cuiuscumque rationis. Quod autem induxit eos ad hoc est: quia inueniunt in aiaibus suis infirmitatem quam non possunt exprimere vel proferre. Ipsi namque putant quod cum praeccepta sint utilia in uniuerso esse: & quod propter tale & tale rationem fuerint nobis iniuncta: igitur quaestiones pueniret ex cogitatione & intellectu hominis ad intelligendum. Cum vero nullam causam vel rationem intelligunt in praeccepto nec aliquam utilitatem: sciunt absque dubio quod proueniunt ex Creatore: quia non consequitur hominis cogitatio aliquid istorum. Isti autem homines debilis scientiae ostendunt quod secundum eos homo perfectior est Creatore suo: quia homo dicit & operatur aliquid propter finem. Creator vero non operatur ita: sed praecipit verbum ut faciamus, quod non est utile nobis: & prohibet ne faciamus quod non noceret si faceremus. Absit eorum hoc a Creatore: sed contrarium est: quia intentio praeccepti est ut comprobet nos: sicut dixit, Audient omnes leges istas: & dicent, Populus sapiens & intelligens & gens ista magna. & ex hoc ostenditur quod omnes leges & omnia praeccepta demonstrant omnibus gentibus quod sunt sapientia & intelligentia. Si vero praecceptum fuerit sine ratione: neque attulerit aliquam utilitatem: neque remouerit damnum: quare gentes dicunt de nobis Populus sapiens & intelligens et gens magna: & quid est quare debeant mirari. Sed res se habet sicut praediximus sine dubio: quodlibet istorum sexcentorum

& tredecim preceptorum est causa vera: vel ad tollendum opinionem prauam: vel ad dandum precepta iusta, vel ad tollendum superbiam, vel ad informandum in bonis moribus, vel ad recedendum a vitiis, & omnia pendent a tribus, scilicet credulitatibus, moribus, & operibus rectis. Quid autem induxit nos ad hoc ne numerentur omnia verba, est quod verba quae precepit lex vel prohibuit, quaedam sunt de diuersitate operum ciuitatis: quaedam vero dant opiniones veras: quaedam autem sunt propter bonos mores: & idcirco posuimus sufficientiam nostram in istis tribus rationibus cum dixerimus causam cuiuslibet precepti.

## ¶ naturalia ostendunt pietatem Dei. Capitulum. XXXIII.

**Q**um intellexeris opera naturalia: manifestabitur tibi ex ipsis pietas rectoris, et eius sapientia in creatione animalium, & in motu membrorum in colligatione vnus partis cum alia. Similiter cognosces sapientiam eius, & pietatem in generibus hominum. Huius autem rei exemplum est in exercitio motuum & colligatione membrorum adinuicem: sicut vides in medulla capitis, id est cerebro quod pars anterior est mollior: posterior vero durior est, medulla spinę dorsii multo durior: & quanto magis protenditur: tanto durior inuenitur. Nervi autem sunt instrumenta sensus & motus. Nervi qui sunt necessarii in apprehensione sensuum tammodo, vel in pauco motu, sicut in motu maxillę, nascuntur de cerebri medulla. Nervi vero qui debent mouere aliqua membra, nascuntur de mēcha. Et quia nervus talis cum sit tener, non potest mouere membrum, puidet ita Creator quod circa nervum reuoluit carnem: & factus est nervus grossus: postea vena quę dicitur procedit ab illo termino: & est dura, & coniunguntur ei rami iuncturę: & fit chorda quę peruenit usque ad membrum: & coniungit ei, & sic bene potest mouere membrum. Hoc exemplum induxi: quia est vnum de mirabilibus quę inueniuntur in membrorum utilitatibus: quę sunt manifesta et nota illis qui talia considerant intellectu claro. Similiter puidet pietas Creatoris in quolibet singulari de genere animalium quod necesse habet nutriri lacte: quia ipse in ortu suo tenellus est factus, nec potest uti solido cibo ut viuat: & causata sunt vbera ad opus lactis ut ex eis procederet: ut sit nutrimentum humidum, conueniens temperantię membrorum illius: donec desiccetur humiditas eius: & indurescant membra paulatim. Et secundum regimen illud ex parte rectoris eiusdem prouenerunt multa in lege nostra: quia non potest aliquid transire de vna dispositione in eius contrariam subito, et idcirco non potest homo secundum naturam suam relinquere subito ea in quibus viuere consuevit. Cum ergo misit Creator Moysen ut poneret nos regnum & sacerdotium et gentem sanctam, cum sciremus ipsum sicut ostendit Dominus, Scies hodie, & reuertaris ad cor tuum: & dixit. Tu fuisti doctus ut scires, ut separaret nos ad seruitium suum: sicut dixit ut seruiremus illi, ex toto corde nostro, et dixit, Seruietis domino Deo vestro. & dixit illis, seruietis. Consuetudo vero quę tunc obtinuerat in vniuerso mundo: & seruitium gentis in qua nutriti fuerant, erat applicatio quorundam generum animalium in palatiis in quibus erant imagines, inclinati coram eis: & suffumigia & seruitia. Tunc erat populus sequestratus ad seruitium illorum palatiorum quę constructa erant ad honorem idolorum, sicut ostendimus. Non exigebat hoc sapientia Creatoris neque bonitas regiminis ipsius, quod notum est in omnibus creaturis eius, ut daret nobis legem quę destrueret omnia genera predictorum seruitiorum: & annihilaret omnino, quando non posset id capere intellectus humanę naturę: quę semper sequitur consueta. Et esset simile illud sicut si veniret propheta temporibus istis: & predicaret hominibus seruitium Creatoris, dicens, Precepit vobis Creator ut non oretis ipsum, neque ieiunetis, neque requiratis eum in tempore aduersitatis: sed seruitium vestrum sit cognitio absque opere omnino. Propterea ergo puidit Creator ut remanerent genera illorum seruitiorum: & conuertit ea a creaturis & rebus cogitabilibus: quę non sunt in veritate ad nomen suum. Et precepit nobis ut exhiberemus ei seruitia: & ut edificemus ei palatium: sicut dixit, Aedificabitis mihi sanctuarium, & quod altare fiat in nomine ipsius, sicut dixit. Altare de terra facietis mihi, ut applicatio fiat ei, sicut dixit. Cum aliquis ex verbis applicauerit applicationem Domino: et ut coram eo humilietur homines & incuruentur ante ipsum: & prohibuit ne aliquid de eis omnibus exhiberetur alii nisi ipsi, sicut dixit, Qui imolauerit idolis, interficiatur, & iterum, non intraueris coram alio Deo. Separauit etiam sacerdotes in seruitium sanctuarii, & dixit, Nimis tradidit mihi, & precepit naturę dare eis sufficienter qui intendebant seruitium sanctuarii: & in applicationibus, & hec erant dona quę dabantur leuitis & sacerdotibus. Ex hoc consilio igitur speciali puenit in summa deletio seruitii idolorum

& fundata est & roborata principalitas magna & vera in cordibus nostris, scilicet esse Creatoris & vnitas eius. Et animę non timuerunt nec obstupuerunt in oblatione seruitiorum illorum in quibus fuerant exercitatae, neque sciuerant alia seruitia pręter ista. Ego vero scio quod anima tua non acquiescet huic rationi principio cogitationis: sed erit tibi graue, & tristabitur cor tuum & dices mihi precepta & prohibitiones & opera nobilia & bene ordinata & perfecta quomodo erit quod intentio non sit in eis propter suam substantiam, sed propter aliud. Videtur autem illud instrumentum & machinamentum quod prouidit Creator super nos ad consequendum primam intentionem, & quod impossibile est apud Creatorem precipere nobis super intentione prima & dare nobis potestatem recipiendi hoc: et quod non est utilitas in rebus istis de quibus dixisti quod sunt propter intentionem secundam. Nunc igitur audi rationem quę tollet infirmitatem istam de corde tuo, & reuelabit veritatem de qua docui te. Scriptum est in lege super consimili ratione, ubi dixit, Non deduxit eos dominus per viam terrę Phylistiim, quę propinqua erat, quia dixit dominus, Ne forte poeniteat populus videndo bella, & reuertatur in Aegyptum, & dixit, Circumduxit dominus populum per viam deserti. Sicut ergo fecit eos declinare a via recta ad quam erat prima intentio: quia corpora ipsorum non poterant secundum naturam sustinere quę accidebant: & deduxit eos per aliam viam ut firmaretur intentio prima: ita dedit nobis precepta ista: quia non poterant animę nostrę recipere secundum naturam ea per quę perficeretur intentio prima: quę erat apprehensio veritatis Creatoris: & elongatio ab idololatria: quoniam sicut non est in natura hominis in labore lutı & lateris, & similibus horum, ut lauet manus suas & subito exeat ad prælium contra gigantes: ita non est in natura nutrita multis generibus seruitiorum, & operum, & consuetudinum quę fixa erant apud ipsos quasi prima intelligibilia ut relinquerent omnia, & ut spoliarentur ab omnibus subito, & ut conuerterentur ad contrarium. Sic ergo prouidit Creator & mouit eos per desertum, donec confortata sunt corda eorum ratione visus & exercitii in laboribus magnis, & in paucitate balnearum, & aliarum delectationum. Hoc enim inducit robur animo & dat audaciam: contrarium vero debilitatione & mollitię. Propter hoc ergo susceperunt filios qui non fuerunt consueti neque nutriti in seruitio illo. Hęc autem omnia fuerunt precepta specialia per manum Moysi, sicut dictum est, Ad mandatum domini quiescebant: & ad mandatum eius mouebantur: signum domini custodiebant ad verbum domini per manum Moysi. Eodem quoque modo prouenit preceptum illud de consilio speciali ut remaneat in specie seruitii primi: & firmetur credulitas quę est in intentio prima. Quod autem inquisuisti, quid impediuit Creatorem ne erudiret nos de sua prima intentione, & ne daret nobis potestatem faciendi illam: Tu quoque obligaberis in hac quęstione secunda: & dicetur tibi, Quid impediuit creatorem ne deduceret populum suum per viam terrę Phylistinorum: & ne daret eis potentiam & audaciam vincendi pręlia: nec erat necessaria illa circūductio & columna nubis per diem, & columna ignis per noctem. Et similiter obligaberis in alia quęstione tertia in causa permissionis & minarum super totam legem: & dicetur tibi quod intentio & voluntas Creatoris fuit ut crederes in legem, et faceres opera ipsius: quia non dedit tibi potestatem ut reciperes eam semper et faceres, et non puideret consilia et instrumenta ad dandum nobis spem in bono si fecerimus: vel poenam si transgressi fuerimus eam: ita quod in faciendo omnia bona ista promitteret: & in non faciendo, omnes poenas. Similiter est instrumentum et consilium quod prouidit nobis ut consequatur in nobis primam suam intentionem: vel quod prohibuit ipsum quod non dedit nobis facere precepta quę dilexit, et dereliquit prohibitiones quas odiuit, de natura nata in nobis. Responso vero super ista quęstione tertia, et super omnibus similibus est vna responsio communis, scilicet quod omnia signa quę facta sunt miraculose, licet fuerint contraria naturę existentis in singularibus entium: dicemus quod naturam singularium hominum non mutat Creator villo modo per miraculum. Et propter hanc principalitatem magnam dictum est, utrum hoc esset in corde eorum. Propter hoc etiam datum fuit preceptum, et facta est prohibitio. Hęc autem principalitatem iam ostendimus cum probationibus in pluribus locis aggregationis nostrę. Istud vero non dicimus quasi credentes quod mutatio naturę singularium hominum sit difficilis apud deum: immo illud est possibile, et cadit in eius potestatem: sed noluit vnquam facere, neque vnquam volet secundum principalitatem legis. Si autem voluntas eius esset mutare naturam hominum ad ea quę ipse vellet in illo singulari, cessaret annunciatio prophetarum, et tolleretur precepta. Reuertar igitur ad propositum: et dicam quod ratio seruitii applicationum fuit propter intentionem secundam et orationes, et alia quę pertinent ad opera seruitiorum: quia fuerunt

Mezeruza est charta in qua scriptum est, Audi Israel Dominus Deus tuus vnus est: & ponit super limen ostium. Thephilive ro dicitur charte cori geres eadem scripturam, quae ponunt super cellulam imaginatiua, & ligant in brachio sinistro super cor.

propinquiora intentioni primae, & necessaria in eius esse fuit posita differentia magna inter duo genera: quia illud genus seruitiis, applicatio applicandorum, licet fiat ad honorem Creatoris non praecipit nobis facere sicut prius faciebant ut applicarem in omni loco: & in omni hora: vel quae edificarem palatium in quolibet loco, nec ut sit applicator quicumque voluerit, sicut dictum est, quicumque volebat complere ordinem suum erat sacerdos non Deo. Haec autem omnia prohibuit nobis, & praecipit ut aedificarem domum vnam, sicut dictum est, in loco quem elegerit dominus, non debent applicare in alio loco nisi in illo loco, sicut dictum est. Caue ne imoles holocausta tua in omni loco. Non est etiam sacerdos nisi de tribu Separata, hoc etiam totum factum est ad minuendum ista genera seruitiorum: licet non sit de genere illo nisi istud quod non exegit eius sapientia ut relinqueretur omnino. Preces autem & orationes sunt in omni loco secundum quod acciderit. Et similiter simbriae & mezeruza, & thephili & alia seruitia istis similia. Propter hanc autem rationem quam reuelavi tibi multiplicauerunt prophetae verba homines corrigendo: quia putabant gratiosi esse propter applicationes: & ostenderunt eis quod non sunt intentio firma in sua substantia: & quod non sunt ita necessaria Creatori sicut dixit Samuel. Si voluntas domini est in holocaustis & sacrificiis, nunc audite vocem domini: ecce obedientia melior quam victima. Esa. autem dixit, ut quid mihi victimarum multitudinem vestrarum dicit dominus, & Hieremias dixit, Non fui locutus patribus vestris, neque praecipi eis in die in qua eduxi eos de terra Aegypti super holocaustis & sacrificiis: quia non nisi hoc mandavi eis, audire vocem meam: & ero vobis in deum: & eritis mihi in populum. De hoc autem verbo dubitauerunt omnes quorum verba audiui vel vidi. Dixerunt etenim: quomodo dixit Hieremias de Creatore quod non praecipit eis de holocaustis & sacrificiis: cum maior pars praecceptorum non sit nisi de hoc? Sed intentio verbi est sicut ostendi tibi: quia prima intentio non est nisi ut sciatis me: & quod non seruiatis alii nisi mihi: & ero vobis in Deum: & vos eritis mihi in populum. Praecepta vero quae data fuerunt super applicationibus, & ut veniretis ad domum meam, sunt ad roborandum istam principalitatem, & idcirco conuertit seruitia ad domum meam, ut deleteretur nomen idololatriae, & firmaretur principalitas vnitatis meae: vos autem abstulistis finem meum & studuistis in eo quod fuit propter illum: quia negastis essentiam meam, sicut dictum est, Negauerunt dominum, & dixerunt non est, & seruiuistis idolis, sicut dictum est, Offerte thura idolis, & ambulate post Deos alienos. Nunc autem apponitis mentem vestram ad palatium domini, & applicatis applicationes in quibus non fuit intentio prima. In opinione autem huius versus & expositione eius est alius modus qui nos induxit ad hanc eandem rationem quam modo dicam. Ostensum est enim in scriptura, & etiam receptum est, in principio holocausta non fuerunt, neque sacrificia villo modo: neque oportet ut laboret intellectus tuus in decollatione agni paschalis in Aegypto, quia illud fuit propter rationem & causam manifestam & scitam, sicut ostendemus, & haec sunt in terra Aegypti. Praecepta vero de quibus praedictus versus facit mentionem fuerunt data post exitum de Aegypto: quia principium praecceptorum post exitum de Aegypto fuit illud quod praecceptum est in Mara, & dixit, Si audieris vocem domini Dei tui: & dixit, Imposui eis praecepta & iudicium, & receptum est receptione vera: & ceremoniae quae inueni in hoc versu fuit sabbatum & iudicium: & ipsa fuerunt iudicia ad tollendam superbiam: & haec est intentio prima, sicut iam ostendimus, scilicet credulitas opinionum rectarum, scilicet nouitatis mundi. Tu vero scis quod radix praeccepti super obseruantia sabbati est ad firmandum principalitatem istam, sicut ostendimus in hoc libro. Et intentio est quod cum veritate opinionis debet auferri superbia de hominibus. Iam igitur ostensum est tibi quod in primis praecceptis non fuerunt holocausta vel sacrificia quae sunt propter intentionem secundam, sicut praediximus. Istud vero quod dixit Hieremias est quod dictum est in psalterio, cum argueretur populus propter ignorantiam qua laborabant circa primam intentionem: nec distinguebant inter ipsam & secundam: & dixit, Audi populus meus & loquar tibi & contestabor te: dominus Deus tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te: nec holocausta tua coram me sunt. Non accipiam de domo tua taurum: neque de gregibus arietes. Vbi cumque sit mentio de hac ratione haec est intentio ipsius: tu vero intellige illud bene.

Quae concupiscentia lege tollatur. Capitulum XXXIII.

**N**umeraliter de intentionibus perfectae legis est exterminare concupiscentias & contemnere illas secundum potestatem: & quod non requiratur de ipsis nisi quod necessarium est. Tu vero scis quod maior pars concupiscentiarum gentium est in cibo & potu & in am-

plexu mulierum: & ista sunt quae auferunt animae vltimam perfectionem: ad quam perducit prima perfectio. Haec etiam sunt quae corrumpunt genera hominum in ciuitatibus & regibus familiarum: quia persecutio concupiscentiae sicut stulti faciunt, destruit leges speculationis, & sanctitatis: & corrumpit corpus, & inducit mortem ante finem naturalem: & multiplicat angustias & anxietates & zelum & inimicitias, et alia sibi contraria. Istud autem accidit quod stultus ponit voluntatem suam solummodo finem quaesitum propter se. Et idcirco prouidit pietas Creatoris ut daret nobis praeccepta quae tollerent finem istum, ut remouerentur cogitationes circa talia omnibus modis: et ut prohiberetur omnia quae possent inducere vel suscitare concupiscentiam vel voluntatem, et ista intentio est magna sicut vna de intentionibus legis. Nonne vides quod lex iubet illum interfici de quo scitur quod multipliciter querit delectationes in cibo et potu: et ipse est filius rebellis de quo dictum est, gulosus et ebriosus, et praecipit talem lapidari: et ut tolleretur de mundo antequam cresceret malitia eius et contaminet multos, et corrumpat mores iustorum in multitudine concupiscentiae suae. Eodem modo de vniuersitate intentionum legis est ut sit homo mansuetus et placeat hominibus, et non sit fortis animi et durae cervicis: sed sit obediens, et sequatur omne quod est honestum: sicut scis quia praecceptum domini est, Circumcidite praeputia cordium vestrorum: et ne indurentur ceruices vestrae. et iterum. Ausculta et audi Israel. et Esaias dixit, Si volueritis et audieritis. In lege autem dictum est ex parte populi quasi vellent obedire praecceptis eius, Audiemus et faciemus, et propter hoc dixit Salomon parabolice, Trahe me post te: et curremus post te. Quae de intentionibus legis sanctae et perfectae est elongare se ab amplexibus mulierum pro posse suo, sic ostendam: quia praecipit dominus in sanctificatione populi ad recipiendum legem, et dixit, Non accedatis ad mulieres: et ostendit quod sanctificatio erat in elongatione ab illo actu, sicut etiam ostendit quod elongatio a potu vini est sanctitas, quia dixit de tali, sanctus erit. Dixerunt autem sapientes in scriptura quae dixit Sanctificabimini et sancti eritis, haec est sanctitas praeccepti. Sicut etiam vocat executionem praecceptorum sanctitatem et munditiam: ita vocauit perpetrationem prohibitionum et transgressionem praecceptorum, pollutionem, sicut postea exponam. Sed ablutio vestium et lautio corporum, et munditia foridum est similiter de intentionibus legis: sed haec omnia sunt necessaria post munditiam operum et cordis et opinionum pollutarum, et vitiorum polluentium. Studete autem in munditia corporis exterioris et concupiscentia incensa voluptatum et effrenatione in cibis et in fornicationibus: illud est in fine turpitudinis morum, et de talibus dixit Esaias, Qui sanctificant et mundificant se in hortis et in locis patentibus et manifestis. Deinde in thalamis et in cubiculis absconderunt se ut faciant quae prohibita sunt, comedendo prohibita. Ex his autem verbis colligitur qui extra sunt mundi, et intus sunt polluti in concupiscentiis suis et voluptatibus corporalibus, et non est istud intentio legis: sed intentio prima est diminueret concupiscentiam, et mundare corpus extra postquam fuerit homo mundus intus. Similiter dixit Salomon de illo qui nititur super munditia corporis sui et ablutione vestium, et eius opera sunt polluta et mores immundi, Generatio munda in oculis suis: et non fuit a sordibus suis mundata. Cum igitur intellexeris intentiones istas quas praediximus in hoc capitulo: patebunt tibi rationes et causae multorum praecceptorum quae non scientur nisi per scientiam istarum intentionum, sicut postea exponam.

Lex extraneam rationem non considerat. Capitulum XXXV.

**S**cire debes quod lex non considerat rationem extraneam, nec sequitur illud quod raro vel in paucioribus accidit: sed in omnibus quae intendit: siue sit opinio recta, vel mores boni, vel opus vtile, procedit ut in pluribus: nec considerat quod raro, nec quod damnum eueniet alicui ex illo praeccepto, vel ex regimine tali: quoniam lex est ratio specialis quae probari potest in rebus naturalibus: quia ex vtilitatibus communibus proueniunt damna singularium, sicut patebit ex verbis nostris & aliorum. Secundum igitur hunc intellectum non mireris si legis intentio non perficitur in quolibet singularium: sed sunt singularia quae de necessitate non perficit regimen istorum praecceptorum. Forma namque naturalis et specialis non considerat quicquid est in quolibet singulari. Omnia namque sunt ex vno creatore et eodem operatore: et omnia fuerunt data ab eodem pastore, et contrarium huius est impossibile. Nos autem iam ostendimus quod impossibile naturam habet firmam et stabilem quae nunquam mutatur. Et secundo hanc inquisitionem praeccepta non possunt esse vtilia secundum diuersitatem variationis

hominum & temporum: sicut peritus qui preparat medicinam secundum quod est opus unicuique singulari secundum dispositionem suae complexionis in statu quem habet. Sed necessarium est ut regimen preceptorum sit definitum commune totius gentis: licet sit quibusdam conueniens, quibusdam vero nequaquam, quoniam si rationem omnium singularium attenderet: omnia corrupta essent, propter hoc igitur non oportet ut ea de quibus lex facit mentionem, determinentur in loco vel tempore, sed sint iudicia communia, sicut scriptura dicit. Synagoga unum precepit nobis. Oportet igitur considerare & procedere in istis magnis utilitatibus secundum plus, sicut ostendi, postquam vero premissa propositiones istas, incipiam exponere quod intendo exponere.

Quae precepta diuisa sint in quatuordecim partes. Capitulum XXXVI.

- Prima.** Omnia precepta secundum rationem istam, diuiduntur in quatuordecim partes. Prima pars est quae continet precepta quae sunt credulitates recte & principales, de qua parte est conuersio ad deum & ieiunia, sicut exponam: nec oportet dicere cum dixerimus opiniones rectas & utiles in credulitate legis: quae sit utilitas earum, sicut ostendimus.
- Secunda.** Secunda pars est quae communiter continet precepta quae dependent de prohibitione idololatriae, & scito quod mixtura panorum mixtura vineae sunt de parte ista. Huius autem secundae partis scita est causa & ratio: quae est ad firmandas opiniones veras: & ut sint stabiles & sempiternae in populo.
- Tertia.** Tertia pars continet precepta quae dependent de compositione morum. Notum est autem quod in bonitate morum perficitur societas humanae vite & conuenientia hominum, quae est necessaria ad compositionem morum.
- Quarta.** Quarta pars continet precepta quae pertinent ad opus eleemosinae & mutui: & quod quilibet iuuet proximum suum: & similia istis, sicut precia rerum, & quae tibi anathematizant & iudicia mutui & seruorum, & omnia alia precepta istis similia. Causa vero istorum manifesta est, quia utilitas eorum cuilibet conuenit. Qui enim hodie abundat ipse vel filii eius cras erunt pruperes.
- Quinta.** Quinta pars continet precepta quae tollunt superbiam & damna, & utilitas in istis manifesta est.
- Sexta.** Sexta pars continet precepta de poenis pecuniariis sicut iudicium furti & rapinae & testium falsorum, & utilitas in istis manifesta est. Quoniam si qui damnum dederit, non puniatur poena pecuniaria, damna multiplicabuntur: & qui conceperit malum in corde, nec prohibetur compellere, sicut vanitas quaedam dicit quod remittere multum est opus pietatis: immo est finis superbiam absque misericordia, & destructio ordinis ciuitatis. Sed pietas est in hoc quod precepit Creator. Iudices & praepositos habebis in singulis ciuitatibus tuis.
- Septima.** Septima pars continet iudicia in contractibus societatis humanae in dando & recipiendo, sicut sunt mutuuum, & locatio, & conductio, & depositum, & emptio, & venditio, & his similia, & haereditates patrimoniales spectant ad istam partem: cuius partis utilitas euidentis est: quoniam omnia ista sunt necessaria in qualibet ciuitate. Et idcirco necesse est ut conficiantur leges iustae in omnibus praedictis.
- Octaua.** Octaua pars continet precepta Sabbati & festorum: lex autem causam cuiuslibet illorum ostendit, quia sunt ad dandum opinionem rectam vel ad quietem corporis: vel propter vtriusque, sicut postea ostendemus.
- Nona.** Nona pars continet precepta aliorum seruitiorum communium, sicut orationis, locutionis, versuum, per quos firmatur vnitas, & omnia quae continentur in hac parte, sunt istius generis praeter circumcisionem. Huius autem partis utilitas manifesta est, quia omnia ista opera confirmant credulitates in dilectione Creatoris, & de hoc quod oportet credi: & ipsi attribui.
- Decima.** Decima pars continet precepta quae pertinent ad sanctuarium, & ad omnia pertinentia ad ipsum, & ad statum sacerdotum, & omnium ministrorum. Nos autem praemisimus utilitatem huius rei.
- Vndecima.** Vndecima pars continet precepta quae pertinent ad applicationes et holocausta: et nos etiam iam praemisimus intentionem utilitatis istorum preceptorum summam, et necessitatem ipsorum in omni tempore.
- Duodecima.** Duodecima pars continet precepta pollutionum et munditiarum: quorum omnium intentio est elogare se ab ingressu sanctuarii, ut sic habeatur in honore, et ut timor infigatur animabus, sicut ostendimus.
- Decimatertia.** Decimatertia pars continet precepta quae spectant ad prohibitionem ciborum et coherentium eis. Vota vero sunt de vniuersitate preceptorum istius partis. Intentio vero in omnibus istis est diminuerere concupiscentiam et corruptionem ex multitudine ciborum.
- Decimaquarta.** Decimaquarta pars continet precepta quae prohibent quaedam genera fornicationum quae vocantur inceustus, et commixtio bestiarum: quae pertinent ad hanc partem. Intentio vero in tota illa parte est diminuerere ardorem libidinis: et ne quis inordinate exercent actum illum, sicut stulti faciunt, iuxta quod alibi exposuimus. Circumcisio vero pertinet ad partem istam. Notum est

quae precepta diuiduntur in duas partes. Vna est prohibitionum & transgressionum quae sunt inter hominem & proximum suum. Altera est illorum quae sunt inter hominem & Deum. Quae sunt inter hominem & proximum de partibus numeratis sunt quinta, sexta, septima, & pars quaedam tertiae partis. Aliae vero partes praeter istas sunt inter hominem & Creatorem suum. Omne autem preceptum siue sit in faciendo siue in non faciendo, cuius est intentio compositio alicuius moris, vel dispositio alicuius opinionis, vel honestas alicuius operationis sibi ipsi conuenientis & suae perfectioni: tales dicuntur quae sunt inter hominem & Creatorem suum: licet in veritate talia possunt conducere ipsum ad ea quae sunt inter hominem & proximum. Sed post alia multa media, & intelligendo inquisitionem furis, non nocebunt alii primo, & intellige istud. Postquam vero monstrauimus causas & rationes partium praedictarum: reuertar ad disputandum de preceptis cuiuslibet partis illarum de quibus creditur quod non sit in eis utilitas, vel quod sunt sapientiae quas non apprehendit intellectus illo modo: & exponam causam & rationem huius rei, & ostendam locum utilitatis quae est in ipsis, exceptis quibusdam preceptis, quorum intentionis scientiam non sum hactenus consecutus.

De causis & rationibus preceptorum primae partis. Capitulum XXXVII.

Omnia preceptorum primae partis & rationes & causae manifeste sunt. Tu vero considera quodlibet eorum per se, & inuenies veritatem huius opinionis. Similiter quicquid est dictum in roborando hominem in addiscendo sapientiam. Sapientiae vero utilitas manifesta est: quia si quis non inuenit sapientiam, non inueniet opus bonum, nec opinionem rectam. In pluribus autem dispositionibus recipientium disciplinam manifesta est utilitas: quoniam si sapientes non fuerint honorabiles in animabus hominum: verba ipsorum non audientur in his quae loquuntur de credulitatibus & operibus. De vniuersitate vero istorum preceptorum est addiscere humilitatem & verecundiam, sicut dictum est, Coram cano capite assurges, & de istis est preceptum illud quod dicitur, ut iuremus in nomine domini: & prohiberi sumus transgredi iuramentum, & ne assumamus nomen Dei in vanum. Et omnium istorum ratio & causa manifesta est: quia est honor & sublimitas Creatoris: & opera ista inducunt homines ad credulitatem celsitudinis eius. Similiter & precepta in quibus preceptum est nobis ut clamaremus ad eum in tempore necessitatis, sicut dictum est, Clangetis buccina, hoc autem preceptum est de parte ista: quia est opus per quod firmatur opinio vera. Et hoc est quod Creator scit statum nostrum: & quod in manu eius est ut beneficiat nobis si seruerimus ei: & quod dabit nobis contrarium si transgressi fuerimus precepta eius, non quod credamus quod ista per accidens sunt: & casu accidit, & haec est ratio illius quod dixit, Si ambulaueritis ex aduerso mihi: ego induxi vobis actiones istas ut sint vobis poena. Si vero credideritis quod per accidens euenerint, addet vobis ex illo accidenti, secundum opinionem vestram, aliud accidens deterius illo, & hoc est quod dixit, Si ambulaueritis ex aduerso mihi, & ego ambulabo ex aduerso vobis: quia credunt quod illud casu accidit, non propter illud quod consequi debent ex operibus suis secundum opiniones suas corruptas & opera sua superba, & non reuertuntur ad dominum, sicut propheta dixit, Percussisti eos & non doluerunt. Similiter et precepit nobis ut rogaremus eum et clamaremus ad ipsum in tempore tribulationis. Palam autem est quod reuertit ad dominum, pertinet ad partem istam scilicet credulitatem, quia non potest rectificari status hominum tenentium nisi credant legem. Nullus enim homo potest effugere quin peccet, vel propter ignorantiam suam in aliqua credulitate quam elegit, vel propter aliquem de moribus cuius electio non est vera, vel propter concupiscentiam quae praeualet in ipso, vel propter iracundiam. Si vero crederet homo quod non esset ei spes euadendi ab ista infirmitate, ambularet semper in tenebris operum suorum, & fortassis adderet peccata peccatis: cum nullam haberet spem, nec esset ei consilium: sed cum crediderit quod potest ad eum reuertit: meliorabit actus suos, et reuertetur ad viam perfectionis maioris quam haberet antequam peccaret. Propter hoc igitur multiplicata sunt opera quae demonstrant opinionem istam rectam et utilem valde, scilicet confessiones et ieiunia et applicationes pro erroribus et pro quibusdam culpis scilicet et per superbiam commissis. Et quod communiter facit ad conuersionem de peccato, est ut recedatur ab eo. Et iste est finis huius opinionis. Omnium inquam istorum nota est utilitas.

De secundae partis preceptis. Capitulum XXXVIII.



**R**æcepta quæ continet pars secunda sunt omnia illa præcepta quæ respiciunt idololatriam. Notum est autem quod ratio & causa omnium talium præceptorum est euadere errorem idololatriæ: & alias opiniones quæ non sunt recte, & continentur inter ista, præcepta de augurio, & de diuinatione, & de arte magica, & de omnibus aliis similibus. Cum vero legeris omnes libros quos prædixi tibi, intelliges quod magica opera quæ audis quæ operabatur gens Zabiorum, & Cazedim, & Aranum, & plura illorum operum erant apud Aegyptios & in terra Chanaam: quibus decipiebant alios, vel ipsi decepti erant: & putabant quod operabantur opera mirabilia in esse vel aliter homini, vel hominibus alicuius ciuitatis. Opiniones vero quas sequuntur Magi, non capit intellectus neque creditur quod per illa opera fiat aliquid omnino: sicut cum colligunt aliquam herbam notam in tempore certo, vel cum accipiunt aliquid aliud in aliqua certa hora. Hæc autem ratio multiplex est, sed comprehendam illam sub tribus generibus. Primo in his quæ pendent ex entibus, sicut planta, vel animal, vel metallum. Secundo quia in tempore certo & noto in quo talia opera exercent. Tertio in operibus hominum, sicut in saltatione vel plausu manuum, vel clamore, vel risu, vel saltare super vno pede, vel prosternere se in terram, vel effundere aliquid, vel facere subfumigium aliquod certum, vel loqui verbum aliquod inintelligibile. Ista sunt genera operum artis magicæ. Sunt autem quedam magica quæ non perficiuntur nisi cum omnibus istis, sicut dicunt, accipiatur tale vel tale folium talis herbe Luna existente sub tali stella: & in eleuatione sua maiori, vel in alio loco: vel accipiatur cornu bestie, vel sterco eius, vel pili, vel sanguis in tali mensura, cum Sol fuerit in medio caelo, vel in alio loco noto: & accipiantur de tali opere metallico, vel de multis metallis: et liquefiant sub tali sydere, & tali hora subfumigent cum talibus foliis illam formam, vel simile. Huius autem est consuetudo in aliis operibus suis. Sunt autem quedam magica quæ dicunt posse perfici cum aliquo istorum trium generum. In pluribus autem istorum operum debet mulieres operatrices esse illorum operum omnibus modis, sicut inuenies quod dicunt ad faciendum aquam manare. Decem mulieres virgines induta vestibus lustratis et rubeis et saltando procedant, conuertendo faciem et scapulas et digitos extendant contra Solem. Et consummatio huius operis longi, emanatio aquæ, sicut ipsi putant. Eodem modo dico quod quatuor mulieres iaceant in terra super dorsum suum nuda, et erigant pedes suos, et dicant talia verba, et operentur istud: grandis descendens super locum illum recedet ab eodem loco, et multa plena derisione, et mendacia similia istis, quæ non possunt secundum ipsos perfici nisi per mulieres. Omnia vero opera magica indigent consideratione stellarum, sicut ipsi dicunt quod tali plantæ dominatur talis stella: et omnia alia: et omnia opera metallica stellis suis appropriant. Dicunt etiam quod illa opera quæ magus facit, sunt genera seruitiorum ad opus illius stellæ: et placatur in illis operibus, vel in illis verbis, vel in illis subfumigiis: et propter illa facit eis quicquid volunt. Post ista vero quæ præmissi: quæ probare potes quando legeris libros eorum qui nunc inueniuntur in manibus vestris, de quibus prædixi tibi, audi verba mea. Scito igitur quia cum intentio totius legis et columna super quam posita est, fuerit euellere idololatriam et destruere, vt si credatur quod aliqua de stellis nocet vel officit in aliqua istarum rerum quæ inueniuntur in singularibus hominum. Et quoniam illa opinio inducit homines ad seruitium illorum: secutum est necessario quod occideretur omnis Magus: quia talis seruitio idolis sine dubio: quis eius seruitium sit in usu aliarum rerum extranearum et separatarum a via seruitii gentium respectu idolorum. Et quoniam in pluribus talium operum non admittebantur ad faciendum ea nisi mulieres: idcirco dixit, Magum non patieris viuere: quis in natura hominum inueniatur pietas vt non occidant mulieres. Et propter hoc in ratione idololatriæ fecit mentionem de viro et de femina. Et iterum dixit, Virum vel mulierem. Non est autem tale dictum aliquid in inuolatione sabbati, nec in aliis prohibitionibus præterquam in ista. Et intentio fuit propter pietatem hominibus naturaliter insitam, respectu mulierum. Et quoniam Magi putant quod ars magica potentiam habet exterminare animalia nociua de ciuitatibus, sicut serpentes, et scorpiones, et alia genera nociua: et putant quod magica prohibebunt genera damnorum quæ plantis accidunt, sicut inueniuntur opera per quæ credunt se grandinem repellere: et alia opera ad occidendum vermes nucum: et multa dixit gens Zabiorum, et interfectionem vermium nucum per vias Amorrei, de quibus fit mentio in libro de seruitio Aegyptiaco. Et similiter putant se habere opera per quæ prohiberi

potest casus foliorum nucum & aliarum arborum: & propter hæc omnia nota dixit in verbis firmationis legis. Si ambulaueritis in seruitio idolorum, & in operibus magicis de quibus putatis quod remouebunt a vobis damna, propter ipsa occasiones accidunt vobis & damna, sicut dictum est, Immittam vobis bestias agri, & nocebunt vobis, & iterum. Dentes bestiarum immittam in eos cum ira draconum, & iterum. Omnem arborem tuam & terræ fructum exterminauit, & iterum. Vineam plantabis & excoles, & vinum non bibes ex ea, neque colliges: quia vermis deuorabit. Et iterum. Oliueta erunt tibi in terra tua, & oleum non colliges: quia excutientur oliuæ. Summa igitur istius rationis est quod omnia quæ putant idololatriæ ad confirmandum seruitium suum, quod per illa effugient illa damna vt inducant homines in hanc credulitatem. Illa sunt de quibus fecit mentionem in verbis firmationis: quia in faciendo talia seruitia deficient prædictæ vtilitates. Ostensum est tibi iam quæ fuerit intentio legis in proponendo benedictiones & maledictiones quæ continentur in verbis confirmationis in istis particularibus separatis, & non in aliis, & intellige mensuram huius vtilitatis magnæ. Eodemque modo vt elogaret homines ab omni opere magico: prohibuit omnia quæ pertinebant ad artem magicam, etiam illa quæ dependent de cultura terræ & de scientia eius, scilicet omnia quæ dicunt esse vtilia in hoc quæ non cadunt in considerationem naturalem: sed sunt consueta secundum considerationem illorum in usu talium rerum: & idcirco dictum est in lege, Non ambulabitis in ritu gentium & consuetudinibus earum quæ vocauerunt sapientes vias Amorrei: quæ sunt rami artis magicæ quæ attribuuntur rebus astronomicis necessario: & quasi per quedam circuitum procuratur honor stellarum, & seruitium earum. Dixerunt etiam sapientes palam quod omnia medicinalia non habebimus in illis per vias Amorrei. Item omnia quæ consideratio naturalis exigit sunt licita, & alia sunt prohibita: secundum quod dictum est, Arbor cuius fructus cadunt, oneretur lapidibus & vngatur tinctura. Sapiens autem considerans istud opus dixit, Bonum est vt oneretur lapidibus, vt virtus eius debilitetur. Sed quare vngetur tinctura? Patet igitur quod si tingatur tinctura rubea, quæ vocatur Arabice, Almagra, vel cum aliquo alio simili, cuius causam non apprehendit ratio, prohibitum est fieri per vias Amorrei. Similiter dixerunt de abortiuo vbi sepeliatur: & dixerunt, Non suspendes in arbore, nec sepelietur in viuio: quia illud est de viis Amorrei. Ex his autem quæ diximus, potes intelligere omnia alia similia. Non videas tibi contrarium quod videbatur licere, sicut clauum in latibulo suspendi: quoniam in tempore illo putabant quod per viam experimenti fiebat hoc, & intellexerunt quod talia erant medicinalia & vsi sunt quadam herba quam suspendebant de ceruice dementis, & vocatur Femura, & dabant sterco caninum in potum laborantibus scrophulis, & subfumigabant cum aceto, & cum alia medicina quæ vocatur Martasica, in infirmitate genuum vehementi, quorum omnium vtilitatem experti erant: licet ratio causam non apprehendat: & idcirco licita fuerunt nomine medicinarum. Nunc igitur intellige mirabilia nostra magna: quoniam ratio capitis angeli, & barba angeli prohibita est, quia seruitio idolorum sic solebat incedere. Eadem quoque ratione in prohibitione ne quis induat vestem de lino, vel lana, vel contextam: quia tali veste utebantur seniores idolorum: qui coniungebant in vestibus suis de plantis & animalibus: & faciebant signum in manu sua de aliqua specie metallorum, & hoc est scriptum in libris eorum. Istud autem est propter quod scriptura dicit, Non accipiat mulier arma viri, neque vir induatur veste muliebri. Inuenies autem in libro artis magicæ quem composuit Centir, quia dicitur ibi vt vir induat vestem muliebrem pictam, cum steterit coram stella quæ vocatur Venus: & mulier assumet loriam & arma bellica, cum steterit ante stellam quæ dicitur Mars. Est etiam hic alia ratio, quoniam opus istud suscitatur concupiscentiam & inducit genera fornicationum. Prohibitionis vero emptionis idolorum ratio est valde manifesta: quia fortassis emet aliquis statuam aliquam vt confringat eam, & retinebit eam sanam, & erit ei causa erroris: & licet confringat eam vel fundat vel vendat alicui: prohibitum tamen est, ne consequatur aliquid vtilitatis ex precio. Cuius rei ratio est, quia saepe putant homines quod ea quæ casu accidunt, sunt ex causis substantialibus & principalibus, sicut inuenies multos dicentes ex ea hora ex qua talis habitauit in tali domo, vel emit talem bestiam, vel tale instrumentum, creuit & augmentata est substantia eius, & fuit bene fortunatus. Fortassis etiam accidet alicui quod consequatur honorem aliquem, vel crescat ei pecunia cum illo sic habito, & putabit quod illud fuit causa illorum quæ acciderunt: & quod benedictio precii statuæ quam vendidit, effecit illa. Et credit in his contrarium eius quod lex intendit, sicut dictum est in multis versibus legis. Eadem quoque ratio est quare prohibitum fuit ne quis

utilitatem aliquam percipiat ex operimentis idolorum, siue idololatrio, siue vestimento, siue ex utensilibus eorum, ut equadamus ab errore illo. Quoniam in temporibus illis vehemens erat credulitas hominum in seruitio idolorum: & quod ipsa idola bene faciebant, & occidebant: quod omnia bona & mala proueniebant ab eis, scilicet a stellis. Et idcirco laborauit lex destruere opinionem istam cum verbis firmationum & testimoniorum & iuramentorum & anathematium: & quod nihil accipiat de ipsis etiam ad utilitatem. Fecit etiam nos scire quod si miscueris aliquid de precio ipsorum alicui pecuniae, tota destruetur & disperdetur, sicut dictum est, Non mittas abominationem in domum tuam: quia destrueris tu sicut & ipsa, nedum ut credas in illam quod est benedictio. Cum vero disputaueris de quolibet precepto quod datum est ratione idolorum, inuenies causam eius & rationem manifestam, quae est ad destruendum opiniones prauas, & ut recedatur ab eis omnino. Scire debes quod sicut fundauerunt opiniones inanes quae non habent radicem nec utilitatem, sed quaerunt consilia & modos quibus firmetur credulitas ipsarum & faciunt homines scire quod qui non fecerit illud per quod firmatur talis credulitas, accidet ipsis talis occasio. Et potest euenire quod aliqua die illa occasio accidet alicui, & firmabitur illud opus: & sequuntur opiniones illam opinionem. Ita scitur vniuersaliter apud homines quod maior timor est eorum in perditione pecuniae & filiorum. Idcirco seruitores ignis in tempore suo fecerunt homines scire quod qui non traduceret filium suum vel filiam per ignem, moreretur filii & filiae: & sine dubio propter illud quod audiebant, quilibet festinabat illud facere: quia multum timebant super filios suos, & propter facilitatem operis: quia non erat nisi traducere illos per ignem, non quod combureret ipsos, & praecipue cum pueri parui dependerent de manibus mulierum, quare intellectus debilitas nota est, & leuitas eorum, & festinantia ad quodlibet tale opus. Et idcirco prohibuit lex opus istud firmiter quam omnia quae accidebant in omnibus seruitiis idolorum, sicut dictum est. Ad polluendum sanctuarium meum & ad violandum nomen sanctum meum. Propheta vero fidelis postea fecit scire ex parte Creatoris quod illud quod faciebant ut viuerent filii eorum, propter illud opus disperderet illum Deus qui hoc faceret: & deleteret posteritatem eius, sicut dixit, Effundam iram meam super hominem illum & generatorem ipsius. Scito etiam quod signa illorum operum remanserunt usque hodie: & nota sunt in mundo, sicut vides mulieres accipientes pueros per genua & supponunt eis subfumigia prauis odoribus: & mouent pueros super illum fumum super ignem: & istud est de modo traducendi pueros per ignem sine dubio: & prohibitum est ne fiat. Nunc igitur vide instrumenta & machinationes illius qui fundauit opinionem istam qualiter firmavit eam per huiusmodi vanitates, neque delata sunt signa eius donec abstulit eam lex: elapsa sunt iam plus quam duo milia annorum. Seruitores idolorum similiter processerunt in diuersitatibus processionum, & attribuerunt praecise aliquam arborem alicui statuae: & ipsa est arbor quae plantata est ei ut offeratur ei pars fructus & ut comedat aliam partem in domo idoli, sicut ostendimus in consuetudinibus illius arboris. Similiter statuerunt pro lege in primitiuis fructibus cuiuscumque arboris, cuius fructus est comestibilis, & operatur eodem modo, id est offerunt partem, & comedunt aliam partem in domo idoli. Et docuerunt homines quod omnis arbor in cuius fructu primitiuo non fuerit istud factum, sicut cabit vel excutiet fructus eius vel diminuet vel accidet ei aliqua occasio: sicut praediximus quod omnis filius qui non traduceretur per ignem, moreretur propter metum, igitur metu quem timebant homines super mortem filiorum & amissionem bonorum suorum, festinant talia operari. Lex autem abstulit opinionem istam: & praecipit comburi omnem fructum cuiuscumque arboris fructiferae qui nascitur in primis tribus annis. Quaedam enim arbores faciunt fructum in primo anno: aliae vero expectant usque ad duos annos: & aliae usque ad tres annos. Et illud accidit in pluribus quae plantantur. Tribus enim modis solent illa fieri, scilicet plantando, serendo, & inferendo. Tu vero ne respicias serentem ossa fructuum: vel solum quod intus latet: quoniam lex non dat iudicia nisi ut in pluribus. Plures autem arbores quae dant fructum ex plantatione in terra promissionis, faciunt hoc usque ad tres annos. Promisit igitur lex nobis quod in perditione primi fructus multiplicaretur fructus arboris, sicut dixit, Ut addatur vobis fructus, et praecipit ut comederetur fructus anni quarti coram domino: contrarium eius quod comedebatur fructus primorum annorum in domibus idolorum. Antiqui etiam dixerunt in seruitio Aegyptiaco quod putrescebant quaedam de quibus fit ibi mentio: et considerabant horam in qua sol intrabat in quasdam constellationes notas, & alia magica quae tunc faciebant: et dicebatur quod illa debebant esse praestito plantari arborem fructiferam: et vbicumque spargeret de re illa putrefacta: et arbor cresceret

cito: & fructum faceret cito praeter morem. Et dicebant quod istud erat consuetum in usu magicorum in statuis & mirabilibus omnibus magicis ad producendum fructum propere. Iam autem ostendimus tibi deuiationem legis & elongationem ab omnibus illis operibus magicis: & idcirco prohibuit quicquid nascebatur in primis tribus annis in arboribus, ut festinet dare fructum propter illam opinionem quam ipsi putabant. Post tres autem annos peruenit fructus in pluribus arboribus fructiferis in terra promissionis secundum consuetudinem naturae suae: nec indigemus opere illo magico quod erat notum apud illos. Et intellige rationem illam mirabilem. De opinionibus autem scitis in pluribus illis quas reliquit gens Zabiorum, est quod dixerunt in insitione arboris speciei vni in aliam: quia cum fuerit hoc factum sub tali sidere: & subfumigauerunt cum tali re: & dixerunt tale verbum in hora inferendi: nascetur ex illa insitione res multum utilis ad multa. Reuelabo tibi etiam illud quod dixerunt in principio illius libri in inferendis oliuis & pomis Citrinis. Et videtur mihi quod liber medicinarum quem abscondit Ezechias, fuit de huiusmodi rationibus sine dubio. Dixerunt ergo quod in hora in qua inferitur vna species in aliam, oportet ut ramus inferendus sit in manu alicuius mulieris pulchrae: & quod vir aliquis carnaliter cognoscat eam praeter morem naturalem. Et dixerunt quod in tempore illius actus debet mulier inferere ramum in arbore. Non autem est dubium quod opus istud erat notum: nec erat aliquis qui tale opus faceret nisi eo modo: praecipue cum concupiscentia fornicationis commisceretur illi cum cupiditate aliorum commodorum. Propter hoc igitur prohibita fuerunt commixtiones. *Institio arboris in aliam speciem cur prohibita.* scilicet insitio arboris in aliam speciem, ut elongemur a causis idololatriae & fornicationum suarum sicut sunt abominationes quae egrediuntur ab usu naturali. Et propter huiusmodi insitionem prohibita fuit coniunctio duorum seminum diuersarum specierum: quanto magis ne congregentur & seminent insimul. Cum vero consideraueris quae dicta sunt in Talmud in hoc pracepto inuenies quod pro insitione arboris punietur quis propter prohibitionem legis vbique: quia principalitas visitata & commixtio seminum, scilicet insitio, non est prohibita nisi in terra promissionis tantummodo. Similiter etiam manifeste dictum est in seruitio aegyptiaco quod consuetudo erat seminare hordeum & vrbicum insimul: & dixerunt quod istud multum conferebat vinee. Et propter hoc prohibuit lex mixturas vinee: & praecipit totum comburi. Omnes enim ritus gentium quos putabant esse potentes ad aliquid: & etiam omnia in quibus vel odor esse posset seruitii idolorum: prohibita sunt sicut ostendimus in verbis sapientum qui dixerunt. Non suspendetur ab arbore. Et omnes ritus eorum prohibiti fuerunt: qui vocantur viam Amorreorum: quoniam inducunt seruitium idolorum. Cum vero diligenter inspexeris genera seruitiorum illorum, inuenies species cultus terrae in quibus considerant horas stellarum & horas luminarium. Et quod magis eligunt in hora seminandi sunt stellae & subfumigia & circuli quos facit seminator vel plantator. Quidam enim illorum quae quies circuiuerunt locum propter quinque stellas: & quidam septies propter quinque stellas & duo luminaria. Et putant quod ista sunt multum utilia in cultura terrae ut attrahant annos ad seruitium stellarum. Propter hoc ergo fuerunt prohibiti ritus omnium gentium vniuersaliter: & dixit. Non ambuletis in ritu gentium. In illis autem quae nota sunt & manifesta: vel in quibus est ostensio seruitii idolorum: separauit damnium & destructionem, sicut in fructu primorum trium annorum: & in mixturis vinee. Miror autem de verbis Rabi Ose qui dixit. Non est culpandus donec seminet triticum: & hordeum & vrbicum in actu vnius manus. De hoc quidem miror quomodo sciuit istud & non est dubium quod vidit istam rationem de viis Amorreorum. Ostensum est tibi iam ostensione in qua non est dubitatio, quod prohibitio rituum ipsarum gentium ideo fuit quod inducunt homines ad seruitium idolorum. *Tuas passas.*

De Praeceptis Tertiae partis. Capitulum XXXIX.

**P**raeceptorum quae continentur in tertia parte utilitas nota est: quia omnia sunt de moribus qui bene disponunt opiniones hominum: hoc autem non indiget multa expositione. Scito tamen quod sunt ibi quaedam praecpta in quibus est intentio ut addiscant homines mores utiles: licet sint opera quaedam & ascendit in cor hominum quod sunt definitiones scripturae, id est sine fine. Nos autem exponemus quodlibet illorum per se in locis suis. Quod autem numerauimus pro parte est mores manifesti: in quibus est intentio ad cauendum sibi & addiscendum bonos mores.

**Q**um consideraueris præcepta quartæ partis & iudicia & præcepta quæ loquuntur de seruis vnumquodque per se, inuenies vtilitatem eorum manifestam in pietate super pauperes & egenos, & in adiutorio eorum diuersis modis: & quod non affligent egenum neque contristent animam pauperis. Donorum autem quæ dantur pauperibus, ratio nota est: & similiter ratio primitiarum & decimarum. Scriptura siquidem ostendit causam eorum cum dixit. Non habet sortem & hereditatem tecum. Tu vero iam scis rationem huius rei: quia tribus illa necessaria est ad seruitium dei & ad docendum legem: neque arant: neque metunt: sed seruiunt deo eodem modo, sicut dictum est. Docebant iudicia tua Iacob & legem tuam Israel. Inuenies etiam quod lex simul numerat leuitam & peregrinum, & orphanum, & viduam, & colligit eos sub vniuersitate pauperum, quia non habent hereditatem. Secundam vero decimam lex præcepit separari & comedi in Hierusalem: vt sit hæc causa necessaria ad faciendam de ipsa eleemosynam, quia non debebat expendi aliter nisi quod comederetur & fieret leue homini congregare illa paulatim: & facit concilia debere esse in vno loco ad corroborandum firmitatem & dilectionem inter homines. Fructum vero quartæ anni licet in eo sit ratio tangens idololatriam sicut diximus: tamen usus eius est sicut usus de lata ruina & halla: & primitiarum: & sicut primitiæ tonsionis: quoniam primitiæ hominum istorum domini creatoris sunt vt exerceant se homines in more largitatis: & diminuant malitiam eorum & concupiscentiam magnam ciborum & congregandi diuitias. Eadem quoque ratio in dâdo brachium dextrum sacerdoti: & maxillas & stomachum, quoniam maxille sunt principium corporis bestiarum: & brachium dextrum est principium membrorum quæ sunt concatenata in corpore: et aliud est principium omnium intestinorum. Lex autem primitiarum continet quiddam vtilitatis, quia debent eas portare homines in collo suo beneficia creatoris: & miserationes ipsius: vt sciat homo quia de conditionibus seruitii est vt reducat ad memoriam modos angustie suæ in tempore prosperitatis. Ista vero ratio multum confirmatur in lege sicut dictum est. Memor eris quia seruus fuisti in terra aegypti, quia ille qui nutritur in delitiis, solet talium obliuisci. Et hoc est vt non decipiatur cor eius & eleuetur & derelinquat opiniones rectas, sicut dictum est. Cum comederis & saturatus fueris, & iterum. Impinguatus est Israel & recalcitrauit. Et propter hoc præcepit nobis lex primitiarum vt singulis annis starem coram ipso in conspectu gloriæ suæ. Tu etiam scis roborationem in rememorando semper plagas aegyptiorum, sicut dictum est. Vt reducas ad memoriam diem in qua egressus es de aegypto, & iterum. Vt annuncies filio tuo & filio filii tui quod feci in aegypto. Et sic oportet fieri in talibus: per quæ firmatur & astruitur veritas prophetiæ & præmii & poenæ. Omne igitur præceptum quod est rememorative signorum & miraculorum: vel ad recipiendum hanc credulitatem eius, vtilitas scita est in hoc. Palam autem dictum est in primogenito hominis: & primogenitis bestiarum: quando induratum est cor Pharaonis ne dimitteret. Occidit dominus omne primogenitum in terra aegypti, & dixit. Idcirco ego immolo domino. Ratio vero quare istud separatum est in vaccis & ouibus & asinis, manifesta est nimis: quoniam animalia illa nutriuntur in domibus: & inueniuntur in pluribus locis: & præcipue in terra promissionis & in gente nostra quia nos omnes pastores sumus ex parte patrum nostrorum, sicut dictum est. Pastores ouium nos serui tui & patres nostri. Equorum vero genera & camelorum non inueniuntur apud pastores: & apud paucos inueniuntur & in paucis locis. Sed decerucatio primogeniti ex asino est vt redimatur omnino. Et propter hoc dixerunt sapientes. Præceptum redemptionis est prius præcepto decerucationis. Omnium vero præceptorum datorum ratione dimissionis terræ in anno septimo & ratione iubilei in anno quinquagesimo: quædam sunt ratione pietatis, sicut dictum est. In anno septimo dimittes eam: & comedent pauperes populi tui: & vt terra confortetur ad dandum fructum cum non fuerit operata. Et sunt alia ad propitiandum super seruos & pauperes, sicut redemptio agrorum & seruorum. Sunt & alia quæ respiciunt victum semper: si cur prohibitio ne terra vendatur præcise: sed remaneant hereditates & radices patrimoniales ad opus dominorum & posteritatis suæ. Similiter & præcepta quæ dicuntur in ratione preciorum & anamathitionum. Omnia quidem adherent operibus eleemosynæ: quorum quiddam spectant ad sacerdotes: & quiddam ad opus familie. Hæc autem omnia cõiter inducunt morē largitatis: & vt homo nihil pendat diuitias respectu creatoris: & vt non sit auarus. Plura namque genera dānorū quæ accidunt hominibus in ciuitatibus, proueniunt ex magna cupiditate congregandi diuitias. Eodemque modo

præcepta ratione mutui considera diligenter vniquodque per se: & inuenies quod omnia sunt opera pietatis super pauperes: & vt non tollatur vtilitas necessaria in regimine, sicut dictum est: Non accipies molas. Similiter & omnia præcepta data in ratione seruorum continent pietatem super miseros. Ex hac autem pietate magna est quod seruus de genere Chanaam liber egreditur cum amiserit aliquod de membris suis, ne affligatur simul seruitute & debilitate tali: & etiam per amissionem dentis: quanto magis pro alio membro: Lex etiam non permisit vt verberaretur nisi cum virga vel corrigia vel alio simili sicut ostendimus in alio loco. Si vero addiderit flagellum donec moriatur, ipse interficeretur pro eo sicut pro alio homine. Quod autem dictum est, Non tradas seruum in manū domini: licet istud contineat pietatem: tamen est magna vtilitas in hoc præcepto, vt acquiras morem istum honestum: hoc est vt saluetur qui petierit auxilium a nobis: & vt euadat periculum: & vt non tradamus eum in manus illius quem fugit. Præterea super hoc etiam teneris ei ad aliud: scilicet vt des ei necessaria & beneficias ei: & vt non contristes animum eius verbo sicut dictum est. Sit tecum in loco quem elegerit in vna vrbium tuarū: vbi melius ei fuerit: ne decipias eum. Hoc etiam iudicium definiuit super homine vilissimo scilicet seruo: quanto magis si nobilis & honorabilis homo venerit ad te vt saluetur apud te: quantum teneris ei vt beneficias & honores eum. Contrarium vero huius rei est quod violentus & qui superbiam operatur & damnum infert proximo, si voluerit apud nos saluari non saluabimus eum nec propitiabimur ei: nec auferemus aliquid de his quæ definita sunt contra ipsum: licet diuertisset ad honorabiliorem omnibus in gradu suo, & hoc est quod dictum est. De altari meo euellatur vt interficiatur. Si autem apud deum saluari & vitam custodire veniat: scilicet in domo eius in qua inuocatur nomen ipsius: & non saluat eum: sed præcepit vt traderetur in manū vlcisōtis sanguinem quem ipse fugiebat: quanto magis si diuertit ad aliquem singularem hominem cui non est licitum propitiari ei vel custodire vitam eius. Pietas enim super impios & nocentes non est pietas immo superbia. Ista igitur sunt mores iustitiæ sine dubio: quæ sunt de vniuersitate præceptorum & iudiciorum iustorum: & non sunt de moribus stultorum: qui reputant superbiam & malitiam mores bonos: & laudant hominem pro talibus: & quia iuuat quolibet indifferenter siue sit oppressor siue oppressus, sicut scitur ex libris eorum & cantilenis. Omnia igitur præceptorum huius partis causæ & vtilitates sunt manifestæ.

## De Præceptis Quintæ partis. Capitulum. XLI.

**O**mnia præcepta quintæ partis sunt ad tollendam superbiam & prohibendum damna & puniendum poena pecuniaria illum qui damnū intulit. Obligatur autem homo ex damnis quæ proueniunt ex pecunia sua: vel ex operibus suis in his quæ potest cauere ne damnum inferant. Et propter hoc obligamur in diuersitatibus damnorum quæ proueniunt a bestiis vt custodiamus eas: & similiter in igne & puteo, quæ sunt opera hominum: in quibus oportet adhiberi cautelam ne damnum inde nascatur. In huiusmodi autem speciebus iustitiæ contingit quiddam de quo docebo te: scilicet quod si dens vel pes damnum dederit in calle vel in via: dominus eius absoluitur: quia non potest ista præuidere: & etiā quia damnum quod inde prouenit modicum est: & qui aliquid exponit in via, ipse sibi tenetur & amittit rem. Obligatur autem pro damno dentis & pedis illato alicui in terra propria alicuius: vel in sua possessione. Damnum vero cornu illati & similibus quibus adhibenda est custodia, & a quibus non possunt ambulantes per viam sibi cauere, iudicium erit idem in omni loco. Est autem differentia manifesta inter mansuetum & ferum testificatum, quoniam si opus est nouum quod non solebat contingere, obligatur dominus quod non contingit, in medietate damni. Si vero tale opus fuerit consuetum & testificatum, obligabitur ad integritatem damni. Positum est autem vniuersaliter precium serui, medietas precii liberi. In pluribus enim estimationes hominis, lx. sicli, precium vero serui, xxx. sicli. Occisio autem bestie propter mortem hominis quam intulerit, non fit propter poenam eius, sicut fingunt contra nos blasphemii legis: sed fit in poenam domini. Et idcirco prohibitum est ne aliquid vtilitatis consequatur ex eius carne, vt dominus ipsius custodiat bestiam: & sciat quod si interfecerit paruulum vel maiorem liberum vel seruum perdet precium eius omnino. Si vero bestia fuerit testificata, obligabitur ad precium præter amissionem istius bestie. Eadem quoque ratio est in occisione iumentum cum quo coierit homo: vt dominus bestie custodiat ipsam & caueat ne amittat eam: quia sic dolent homines de pecunia sua sicut de animabus suis.

Et quidam etiam proponunt pecuniam animae suae. Sed equalitas in ipsis est consueta in pluribus, sicut dictum est, Ut accipiat vos in seruos & asinos vestros. Quid autem continetur in hac par-

te est occisio persecutoris: & est iudicium: hoc est interficere illum qui intendit facere rem prohibitam: & est in cursu antequam faciat, quod non est licitum nisi in istis duobus casibus, scilicet in eo cere homini qui persequitur proximum ut interficiat eum: vel qui currit post incestum vel adulterium nem ob in ut compleat illud, quoniam si ista prohibita fuerint perpetrata, non possunt restaurari. Prohibitiones vero alie pro quibus debet homo interfici per capitulum domus iudicii sicut idololatria vel obseruantia sabbati, non est in eis iniuria aduersus alium sed sunt opiniones: & ideo non interficietur aliquis pro cogitatione talium vel intentione antequam perpetret illa. Scitum est autem quod prohibitio concupiscentie est ne pueniatur ad ablationem rei cupite, & istud docuerunt nos sapientes. Restitutiois autem damni dati ratio manifesta est, quia licet pertineat ad bonos mores est etiam utilitas in multiplicandis bonis, quia si restitueris damnum proximo tuo, fiet similiter restitutio tibi. Quod si non restitueris, nec restituet tibi: sicut si non honoraueris parentes tuos: nec filii tui honorabunt te. & multa talia. Quod autem qui per errorem occidit, debet exire ex loco suo istud est ut quiescat anima uictoris sanguinis effusi & non videat cui contingat illa occasio. Et reditus eius in terram suam dependet de morte pontificis summi: & in istis quiescit anima angustia pro morte fratris. Istud etiam est in natura hominis: quod cuiuscumque acciderit aliqua tribulatio, cum acciderit vicino suo simul vel maior angustia: recipit consolationem de sua. In omnibus autem mortibus apud nos non est tanta occasio quanta in morte summi pontificis. Vitule vero deceruatione manifesta est utilitas: quia illi qui debent eam adducere, sunt homines propinquioris ciuitatis interfecto, & frequentius interfecto est de eadem villa. Seniores autem eiusdem ville debent testificari coram domino quod non postposuerunt aliquid in custodia viarum & viatorum: sicut continetur in expositione: & iste mortuus non fuit interfectus nisi propter illud quod nos postposuimus de utilitatibus communibus: neque scimus quis interfecerit illum. Et cum talia fiant: & multiplicata fuerint in hoc verba: loquentur homines de hoc: & verbis multiplicatis fortassis detegatur sceleris perpetrator. Cum vero contigerit illud, dicet ille cui notus est interfecto fortassis, vel qui audiuit de eo per famam, & ex quo vir vel mulier etiam serua dixerit talis est interfecto, non deceruicabitur vitula. Ostensum est etiam quod si sciretur interfecto: & celerent & testificarentur coram deo in animabus suis quod nescirent: esset hec supbia magna, & periculum graue. Cum autem scitum fuerit, erit utilitas inuenta: quia si non interfecerit eum capitulum domus iudicii, interficiet eum rex qui tenet gladium. Quod si ipse non interficit eum: uictor sanguinis occidit ipsum. Ostensum est igitur quod utilitas vitule deceruatione est ut detegatur interfecto. Roboratur autem ista ratio cum eo quod locus in quo vitula ceruice cedet, neque coles neque seretur unquam: & dominus ipsius terre laborabit ut detegatur occisor, neque cedatur ceruice vitula, & terra sua esset semper sub anathemate.

De vitula deceruatione.

## De Preceptis sextae partis, Capitulum, XLII.

**R**eccepta sextae partis sunt super poenis & mulctis: quarum utilitas nota est generaliter & iam locuti sumus de ea. Distinctiones autem communium & iudicia vniuersaliumque partis audies: & tu intellige. Scito quod poena cuiuslibet hominis qui damnum infert alii vniuersaliter est poena talionis. Si damnum intulit corpori, sustinebit poenam in corpore. Si autem in pecunia, similiter in pecunia punietur. Damnicatus autem potest remittere poenam si voluerit dari damnum. Qui vero occiderit aliquem ex supbia & malitia, non remittet ei villo modo: neque scilicet accipiet ab eo, sicut scriptura dicit. Non fiet remissio terre sanguis in eo nisi cum sanguine effuderis. Et propter hoc licet vulneratus ad mortem viuat vno vel pluribus diebus potes loqui & corpus sui & dixerit dimittite interfectori, quia pepercit ei: non audiet: sed anima pro anima dabit omnibus modis in maioribus & minoribus, in seruis & in dominis, in sapientibus & insipientibus: quoniam in omnibus generibus damnorum non est maius isto. Qui vero membrum aliquod abstulerit, auferetur ab eo membrum simile. Qualem maculam dederit similem recipiet. Tu vero non labores modo in hoc, quia talia nunc pecunia redimimus: quoniam intentio nunc est querere rationem scripturae non querere rationem de Talmud. Quis ego in his verbis de Talmud habeat opinionem quam dicam tibi ore ad os. In plagis vero & combustionibus quartum silia non possunt equaliter inferri, iudicauerunt eas pecunia debere redimi. Dant autem morem & scilicet magis soluet. Qui vero dantur in pecunia, recipiet

Poenam talionis.

damnum in pecunia aequaliter. Scriptura vero dicit. Qui conuictus fuerit in iudicio, duo reddet proximo suo. Illud quod accepit, & aliud tantum addet fur, quia furatus est. Scito etiam quod omne damnum quod magis consuetum est, poena ipsius & multa debet esse maior ut homines prohibeantur ab illo. Quod autem raro solet contingere, poena ipsius erit leuior. Et ideo multa illi qui furatur oues, est duplo maior quam alterius rei mobilis. Scilicet restituet quadruplum. Et illud est siue habuerit iam in potestate sua: siue vendidit: siue occiderit eas: quoniam furtum ouium quasi quotidie accidit: quia sunt in campo: & non possunt custodiri sicut custodiuntur quae sunt in domibus & in villis. Et ideo festinant fures furtum vendere ne apud eos inueniantur: vel interficiunt ut facilius celent. & ideo poena rei vilitate fuit maior. In poena vero furti vacarum superadditur vna: quoniam furtum earum facilius committitur, quoniam oues gregatim pascuntur & pastor videt eas: nec possunt ei furtim subripi nisi de nocte: vaccae vero pascuntur sparsim, & ita dictum est in libro de seruitio Aegyptiaco: neque pastor potest eas custodire: & ideo frequenter furantur eas. Eodem modo contingit in iudicio testium falsorum: quibus debet fieri sicut facere proposuerunt. Si quidem voluerunt interficere, interficient: si percutere, percutientur. Si voluerunt inferre damnum in pecunia, tantumdem amittent. Intentio vero in omnibus istis est equare damnum & poenam. Et propter hoc dictum est, Iudicia iusta. Raptor vero non obligatur in poena pecuniaria etiam plus ratione multa: etsi quinta pars additur ne pergeret. Istud autem est quia rarior est rapina quam furtum: quoniam furtum committitur in omni loco. In villa & extra: sed rapina non solet in villa fieri sed extra. Praeterea furtum committitur in manifestis & occultis: sed rapina tantum in manifestis: & a raptore potest homo sibi cauere: sed a fure nequaquam. Et etiam quia raptor est notus potest ab eo repeti. Propter has igitur causas, poena pecuniaria fuit imposita furi sed non raptori. Scito quod magnitudo & fortitudo poenae vel paucitas & leuitas ipsius attenditur respectu quatuor. Primum quantitas peccati: quia ubi est magnum damnum, poena debetur fortis, & ubi modicum est damnum, poena debet esse leuis. Secundum est quantitas usus: quia peccatum multum vsitatum debet puniri poena forti ut prohibeantur homines ab eo. In non vsitato sufficit modica poena. Tertium quantitas concupiscentiae: quia res multum desiderata: vel propter multam concupiscentiam: vel propter longum usum: vel propter magnam necessitatem, non prohibetur homo ab ea nisi metu poenae fortis. Quartum est leuitas operis: scilicet in hoc quod de facili potest celari: & illud non potest prohiberi nisi metu grauis poenae. Post istam vero propositionem scire debes quod ordo poenarum quae continentur in lege est in quatuor gradibus. Primus est mors: quae debetur per magistrum capituli domus iudicii. Secundus est debitum abscissionis & dandi flagella, quae vocantur Maltur: ut credat qui puniatur quod illud peccatum est de magnis. Tertius est verbera corrigiarum: & ut non credat quod illud peccatum est de grauibus: sed est sola prohibitio vel mors in potentia creatoris. Quartus est aliqua cautela: in qua non est maltur: & est prohibitio in qua non est opus: sicut qui iurat in his quae spectant ad honorem creatoris quod debet credere: vel qui permutat aliquid de his quae deo offeruntur cogitatione vel verbo. Intellige in contumeliam applicationum quae attribuantur creatori: & qui maledicit proximo conuicia talia, quod maior iniuria reputatur a populo quam damnum corporis: & omnia alia quae sunt prohibita nec habent opus: scito quod opus ex eis proueniens est modicum: nec potest homo sibi cauere quia sunt verba. Et si propter hoc sic punirentur, semper sustinerent homines maltur. In verberibus etiam necessaria est discretio: in quibus est certus numerus secundum plus: sed non respectu cuiuslibet singularis. Quilibet enim verberabitur secundum quod potest sustinere. Finis autem percussionum sunt, xl. licet etiam centum posset sustinere. Mors autem ex parte capituli non debetur alicui pro aliquo cibo verito: quia non est in hoc magnum damnum nisi magna cupiditas: sicut est in fornicatione. In parte autem ciborum debetur abscissio. In sanguine, propter multam cupiditatem quam habebant homines comedendi sanguinem in tempore illo: quia erat de genere idololatriae, sicut ostensum est in libro de Zenit. Et ideo prohibitus est firmiter ne comedatur. Eodem modo debetur abscissio pro adipe quia est suavis gustui: & separatus in applicationibus propter suam praeminentiam. Similiter debetur abscissio pro fermentato in pascha: & in eo qui comedit in die expiationum, quia dies est tristitia & angustia: quia in diebus illis fiunt opera quae firmant opiniones quae sunt rationes legis. Exitum de aegypto, & signa & mirabilia ut credatur conuersio ad dominum, sicut ipse dixit: Quia in die ista propitiabor vobis & mundabo vos. Et consimili debito obligatur qui comederit residuum agni in pascha. Et pollutus qui comedit

Propositio praemittenda. Magnitudo poenae attenditur respectu quatuor. Ordo poenarum legum.

dit sanctificatum, obligatur sicut qui comedit adipem. Intentio vero in hoc est honor generum, sicut postea exponemus. Mors autem que iungitur ex parte capituli domus iudicii, debetur per magna causa: sicut in peccato credulitatis, & per idololatriam, vel per incestum, vel pro adulterio, vel per homicidium, vel per violationem sabbati: quia talis infirmitas credulitatis nouitatis mundi. Debet etiam falso propheta & seruo rebeli propter magnum damnum quod ex isto puenit, & ei qui percutit patrem suum propter suam magnam violentiam, & quia confundit ordinationem domus, quae est prima pars ordinationis uille. Debetur etiam filio proteruo & rebeli: cuius finis si pertinax fuerit, mors est: & ei qui furatur hominem, quia uidetur homicidium procurare, & qui intrat per fenestram, quia presumitur uelle interficere si quem inuenerit, sicut exposuerunt sapientes. Isti uero tres, scilicet filius rebelis & proteruus, & qui furatur hominem & uedit, & qui intrat per fenestram de nocte, iudicantur interfectores. Pro pecunia uero non inuenimus mortem infligendam ex parte capituli domus iudicii. Omnis autem incestus & omnia adulteria non inducunt mortem ex parte capituli nisi quia sunt multum uisitata: & quia magna concupiscentia est in eis. In quibus uero non est ita, est abscissio solummodo. Mors autem non debetur pro omni genere seruitii idolorum ex parte capituli nisi pro radicibus seruitii, sicut illi qui uocat homines ad idololatriam, & ei qui prophetizat in nomine idolorum, & lustranti filios in igne & mago & auguri & similibus. Palam etiam est quod ex quo tales poene sunt necessariae, necessarium est disponere in qualibet ciuitate iudices: & necessarij sunt testes & rex quem timeant homines: ut prohibeant se a malis secundum genera prohibitionum: & hoc quia ipse confortat manus iudicis & iuuat eas. Ostense sunt ergo omnes rationes pertinentes ad partem istam. Nunc autem necesse habemus loqui de quibusdam preceptis separatis quae conueniunt secundum intentionem huius libri. In precepto igitur de seruo rebeli dicitur quod cum creator sciuit quia iudicia legis sunt necessaria semper & ubique secundum diuersitatem locorum & debitum causarum ut addatur aliquid vel diminuat: idcirco cauit in lege super additione & diminutione dicens. Non adicies eis & non subtrahes de istis. quoniam istud induceret destructionem preceptorum: & crederent homines quod non erant ex parte creatoris. Dedit tamen audaciam sapientibus ipsis, scilicet in capitulo maioris domus iudicii ut laborent firmare iudicia legis, definiendo dubia: & firmando definitiones ipsas, sicut dixerunt. Faciunt lectum regi. Si militer dedit ipsis audaciam tollendi partem operum legis: & quod remittant partem prohibitionum ex causa manifesta secundum illud quod renouat: & quod ipsa renouatio non firmet perpetuo, sicut exposuimus in principio de Misna. Et debet hoc fieri secundum quod episcopus exegerit. Secundum autem istum modum regiminis firmabitur lex in uno & eodem modo. Et regunt totum tempus & omnes nouitates & omnes contentiones secundum quod oportet. Si autem consideratio ista infligendi poenam concessa fuisset cuilibet sapientum, perirent homines propter multitudinem contrariorum: & diuersitatem sententiarum. Propter hoc igitur prohibuit creator audaciam istam alijs sapientibus qui non sunt de capitulo maioris domus iudicii: & eis concessit solummodo. Precepit etiam ut interficerentur quicumque contradicerent capitulo: quoniam si aliquis aduersarius posset eis contradicere: destrueretur ratio propter quam erat illa intentio & etiam illa utilitas. Scito quod transgressio prohibitionum legis quadripartito diuiditur. Primus modus cum quis inuit facit: secundus per errorem: tertius per superbiam: quartus per proteruitatem & pertinaciam. De inuito dictum est quia non habebit: cum nullam habeat culpam, sicut scriptura dicit de puella. Nihil facias ei: quia non peccauit. Qui uero per errorem transgreditur, culpabilis est: quia si cauisset & prouidisset multum, non errasset: sed non punietur ullo modo: sed indiget purificatione: & idcirco adducet applicationem. In hoc autem loco distinxit lex inter homines particulares, scilicet utrum sit Rex: uel summus pontifex: uel iudex. & utile fuit nobis illud: quia omnis qui operatur uel iudicat secundum intellectum suum: nisi sit capitulum maioris domus iudicii uel sacerdos maximus, numeratur inter illos qui operantur cum superbia: & non computatur inter eos qui operantur per errorem. Et idcirco debet interfici senex rebelis: licet iudicet & faciat secundum intellectum suum. Capitulum uero maius uel pontifex debet facere secundum officium & intellectum: & si errauerunt, computantur inter eos qui per errorem faciunt, sicut scriptura dicit. Si tota synagoga errauerit & latuerit aliquid maiores synagoga. De hac principalitate dixerunt sapientes. Error disciplina connumeratur superbia, id est qui non didicit & iudicat secundum suam uoluntatem, numerat inter superbos: quia iudicium eius quod comedit adipem renuit: & putat quod est alius adeps, non est sicut illius qui comedit talem adipem: & scit quia renum est: sed nescit quod talis adeps est prohibitus, quia iste talis indiget applicatione: quia propinquus

Misna.

est superbo, & illud est cum fuerit operator solummodo. Qui uero iudicat secundum stultitiam & ignorantiam suam, superbus est sine dubio: quia scriptura non facit mentionem in errore iudicis, nisi de capitulo maiori. Superbus autem obligatur ad poenam scriptam siue mortis ex parte capituli siue de Maltat siue de Mardut: quae poena debetur in prohibitionibus pro quibus non debet infligi Maltut secundum legem, uel in poena pecuniaria. Prohibitiones autem positae sunt equales in errante & superbo, quia sunt uisitatae, & sunt in uerbis non in operibus: sicut iuramentum testium, uel iuramentum depositi. Et similiter ancilla manumissa, quia manumissa nec est omnino serua, nec omnino libera, sicut dixerunt sapientes in expositione huius precepti. Qui uero ex proteruitate & rebellionem facit aliquid, ipse est superbus, qui indurat faciem suam, & notam facit malitiam suam: & ostendit quod non est eius intentio in eo quod facit, quia concupiscit illud solummodo, uel ut faciat quod lex prohibuit propter malitiam morum: suorum, sed est eius intentio contradicere legi, & ut possit super illam: & idcirco dictum est de ipso quod aduersatur domino. Et talis interficietur omnibus modis: quoniam ista quae facit proueniunt ex opinione praua per quam intendit contradicere legi. Idem uero iudicium est apud me in transgressionem cuiuslibet prohibitionis in destructionem legis, quia si comederet homo de Israel carnem cum lacte, uel indueretur ueste mixta ex lino & lana, ostendit sententiam suam & opinionem per quam probatur quod non credit ueritatem legis. Et idcirco talis apud me aduersatur creatori, & interficietur morte magi, non morte ratione poenae sicut homines ciuitatis anathematizate, qui occiduntur quia blasphemi sunt, non quod mors infligatur eis pro poena. Et idcirco comburetur omnis substantia ipsorum, & non succedent eis heredes, sicut succedunt alijs interfectis ex parte capituli. Eodem quoque modo dictum est in filiis Israel qui per superbiam transgressi sunt quae sunt precepta, & per proteruitatem: quod omnes interficiantur. Et istud cognoscit in filiis Ruben, & in filiis Gar, contra quos uoluit ascendere exercitus totius populi. Ipsi uero in hora contentionis ostenderunt quod erant blasphemi propter conuenientiam quam fecerunt super quadam prohibitionem, & errabant in credulitate, sicut scriptura dicit. Ut reuertant hodie post dominum. Et ipsi sunt reuersi, & dixerunt quod ipsi non fecerant illud propter rebellionem, nec propter falsitatem. Nunc igitur intellige principalitatem istam in ratione poenarum & mulctarum. Quod autem pertinet ad partem istam, est destructio gentis Amalech, quia sicut poena infligitur uni homini, ita etiam debet infligi uni generi, uel uni genti, ut tota gens, uel totum genus timeat, & non consentiant facere damnum aliquod, & dicant ne contingat nobis sicut contigit in talibus. Et licet inter eos sit aliquis in alijs multa damna dans, qui non apponit animum ad mala quae accidunt ei propter illa quae facit: tamen non inueniet adiutorem de genere suo, neque societatem quae det ei vires ad faciendum malum quod intendit. Propter hoc igitur Amalech quae festinauit exire obuiam filiis Israel in gladio, preceptum ostendit debere interfici gentem illam. Amon autem & Moab qui se opposuerunt nobis per modum auaritia, & per iniquum consilium poena eorum talis fuit, ut non ducamus filias eorum in uxores, neque demus eis nostras, & quod uilipendamus eos, & elongemus nos a societate eorum solummodo. Omnes illae rationes sunt ordo specialis ad mensurandum poenas, ut non infligatur maior quam debet infligi, neque minor, sicut lex dicit. Secundum modum impietatis est mensura poenae. Quod autem comitatur in hac parte est bona dispositio loci, quia mens istius legis (sicut feci te scire) est munditia a sordibus, quia homo non sit similis bestiae. In his etiam preceptis est confortatio animarum in bellatoribus, quia credunt quod propter talia gloria domini est inter eos, sicut dictum est in causa istius rationis. Quia dominus deus tuus ambulat cum exercitu tuo. Et addidit in hoc aliam rationem, & dixit. Ne videat in te aliam sordem ullo modo. Et reddidit nos cautos in eo quod notum est in consuetudinibus sordium aliorum exercituum cum longo tempore extra domos suas sunt. Propter hoc igitur preceptum recipimus super operibus quae docent nos gloriam dei esse intra nos, quia fugimus errores illos, sicut dictum est: Castra tua sancta erunt. Ille uero cui acciderit aliqua occasio iussus fuit exire de castris donec sol occideret, & postea intrare castra. Istud autem factum est ut infligeretur cordibus omnium quod castra sunt sicut sanctuarium dei, & non sicut castra gentium aliarum ad faciendum mala & prohibita, & ad inferendam violentiam, & ad dandum damna. Nostra uero intentio est dirigere homines in seruitio creatoris, & ordinare diuersitates eorum. Et iam feci te scire quod non inducam rationem uel causam nisi super plano scripture. Quod etiam pertinet ad istam partem, est iudicium captiuae formosae. Et iam feci te scire quod dixerunt sapientes: non est locuta lex nisi secundum creaturam naturalem quae est in homine. Et propter hoc pertinet ad istud, preceptum quoddam de bonis moribus, quia necesse est ut homines sancti regantur scientiam.

tur secundum illos, sicut docebo te, quia licet concupiscentia sua praualeat alicui, & non potest abstinere: oportet tamen modis omnibus ut recedat ab aliis, & separet se cum illa in loco obscuro, & hoc est quod dictum est: Adduces eam intra domum tuam. Et prohibitum est coniungi ei secunda vice, donec transeat luctus eius, & tollatur angustia, & non prohibeat ei luctum neque fletum, sicut dixit scriptura. Plorabit super patrem suum & matrem, quia quiescunt angustiati in plorando & eiulando donec debilitantur virtutes corporales in faciendo accidens tale aut tale, sicut & hilares quiescunt, et letantur in generibus iocorum & risuum. Et idcirco lex mota est pietate super illam, & dedit ei potentiam ad hoc donec remoueat dolorem & planctum de corde suo. Tu vero scis quod non intrauit ad eam, nisi cum esset de alia gente. Similiter etiam in xxx. diebus remanebit in lege sua, & etiam in idololatria, nec coget eam recedere a credulitate sua toto tempore illo. Quis autem non conuertit eam ad legem, tamen non vendet eam, & ipsa seruiet ei. Igitur iam vides quod lex considerauit rationem predictam in coniunctione mulieris, licet esset iure prohibita, scilicet quia adhuc erat de alia gente, & lex dixit. Non moechaberis eam, quia afflixisti ipsam. Ostensum est quid contineatur in hoc precepto de bonis moribus, & ostense sunt causae preceptorum quae continentur in hac parte.

De Praeceptis septime partis.

Cap. XLIII.

**R**aecepta septime partis sunt iudicia super pecuniis, & rationes eorum, & causae sunt manifestae, quia sunt iudicia mixta inter dantem & accipientem, quae sunt usitata inter homines omnes de necessitate: et quid procuratur, ut utilitas non sit tantum ex altera parte contrahentium, sed uterque consequatur utilitatem. Principium vero istorum est ut non sit fraus in vendendo vel emendo, sed sit ibi lucrum usitatum & notum, & ineant pacta inter se per quae firmentur contractus inter eos. Fraudem autem prohibuit etiam in dicto: quod est manifestum in lege post iudicium quatuor qui tenentur custodire rem. Et ratio iustitiae & rectitudinis in ipso iudicio manifesta est, quia ille qui custodit sine peccato, & nihil utilitatis inde consequitur, sed laborat in ipso negotio ut proficiat alii, absoluitur, & omne donum quod accidit in re illa, rei domino imputatur, quia tota utilitas sua est. Eodem modo ille qui multum accipit: quia tota utilitas sua est, & dominus rei benefacit illi: ipse accipiens omnia genera damnorum quae acciderunt in re illa, sua reputabit. Qui vero precium accipit pro custodia, & qui locat aliquid, & uterque illorum scilicet qui custodit, & dominus rei participant in utilitate, & idcirco debent participare in damno. Damnum enim quod accidit propter defectum custodit, imputabitur ipsi custodi, sicut furtum & amissio rei, quia ista contingunt propter negligentiam custodis, ut in pluribus. Damnum vero accidens quod prohiberi non potest, sicut cum res frangitur per se, vel rapitur, vel moritur, debet imputari domino rei. Addiderunt postea in locato propter indigentiam locationis, & mandauerunt ut cito soluatur ei precium, & quod non decipiant eum, sed quod dent ei sicut honestum est pro labore suo. Ex opere pietatis est etiam ut non prohibeatur ei, vel etiam bestiae suae cibis de genere illorum in quibus laborat secundum iudicia legis. Ad vniuersitatem iudiciorum pecuniae pertinent hereditates patrimoniales: & istud spectat ad bonos, scilicet ut non subtrahatur bonum illi ad quem pertinet, & post eius mortem heres illius non debet priuari bonis eius, sed relinquatur ei bona illa. Et iste est propinquus cui debetur, sicut dicit scriptura. Dabo de hereditate sua magis propinquo ei de genere suo. Primus autem inter illos est filius, & post filium frater: post quem est patruus, sicut notum est. Praecepit etiam lex duas partes dari primogenito, quia suus amor fuit prior, & ne pater sequatur desiderium suum ut preponat filium magis dilectum. Hunc autem morem lex obseruat, & semper confirmat, scilicet benefacere propinquis, & providere ipsis, sicut scis verba Salomonis, qui dixit. Negans propinquum sanguinis superbus est. & lex dixit. Aperies manum tuam fratri tuo, & pauperi tuo. Sapientes vero multum commendant hominem qui benefacit consanguineis suis & consulit eis. Lex etiam fecit nos scire in isto more robur magnum: quod homo scilicet debet providere propinquis suis & benefacere generi suo, licet etiam consanguineus suus nocuerit ei, vel etiam sit summe malus ei, debet eum respicere oculo familiaris suis etiam pietatis, sicut scriptura dixit. Non abhorreas Idumaeum, quia frater tuus est. Et super nocentibus, illum debes respicere qui necessarius fuit, & utilis saltem in vna die, & te audierit in hora necessitatis, licet postea sit tibi damnosus, & debes ei fidelis esse pro eo quod tibi antea fecit, sicut scriptura dixit. Ne oderis Aegyptium, quia peregrinus fuisti in terra sua. Notum est autem quantum mali aegyptii postea fecerunt nobis. Nunc igitur considera quot mores bonos & honestos

Homo de bet benefa cere consan guineis raris & pietatis, sicut scriptura dixit. Non abhorreas Idumaeum, quia frater tuus est. Et super nocentibus, illum debes respicere qui necessarius fuit, & utilis saltem in vna die, & te audierit in hora necessitatis, licet postea sit tibi damnosus, & debes ei fidelis esse pro eo quod tibi antea fecit, sicut scriptura dixit. Ne oderis Aegyptium, quia peregrinus fuisti in terra sua. Notum est autem quantum mali aegyptii postea fecerunt nobis. Nunc igitur considera quot mores bonos & honestos

addiscit homo de praecipis istis. Ista tamen duo praecipia non pertinent ad partem istam, nisi quia ratio consanguineorum in consideratione successionis pertraxit verbum ad Idumaeum & Aegyptium.

De Praeceptis octauae partis.

Cap. XLIII.

**R**aeceptorum octauae partis rationes & causae sciuntur ex scriptura paucis exceptis. Ratio vero obseruantiae sabbati causa nota est, nec oportet ut hic exponatur. Etiam sciuntur est cuiusmodi quies contingat ex hoc: quia septima pars annorum hominis est in delectatione & quiete ab omni labore cum firmatione opinionis magne in omni tempore, scilicet ut credatur nouitas mundi. Ieiunii vero expiationum ratio nota est: ut detur via conuertendi ad deum, & ipsa est dies in qua descendit dominus prophetarum cum tabulis secundis, & permisit filiis Israel remissionem peccati grauis quod commiserant, & fuit dies illa in sempiternum dies conuersionis & seruitii electa. Et idcirco elongant a se ipsa die omnem delectationem corporalem, & omnia officia corporalia, & posuerunt finem intentionis suae confessionem peccatorum & conuersionem ab eis. Omnes autem sancti dies sunt ad delectationem & latitiam pluribus hominibus necessarii. Et in ipsis rebus est alia utilitas in acquirendis societatibus & amicitis: quae sunt hominibus necessariae in ciuitatibus. Separatio vero dierum festorum est manifesta. Pasche siquidem ratio nota est: & quare septem diebus agitur, ratio est, quia circuitus septem dierum est terminus medius inter diem naturalem & mensem lunae. Tu vero scis quod ille circuitus communis est rebus naturalibus & rebus legalibus, quia lex semper assimilatur naturae secundum modos scitos separatos, quia natura nec habet cogitationem nec intellectum. Lex autem est mensura & regimen creatoris: qui dat intellectum omni intelligenti. Sed non est intentio huius capituli. Et nunc reuertemur ad viam in qua coeperamus intrare. Dicemus igitur quod festum Pentecostes est dies in qua data fuit lex, & propter honorem ipsius diei numerant dies a die pasche usque ad ipsum diem, sicut quod expectat visionem amici quem diligit ex animo & numerat dies donec videat ipsum, & haec est causa numerationis dierum illorum a die qua egressi sunt de Aegypto, usque ad diem in qua data fuit lex: quae est mensura & finis exitus sui, sicut dicit scriptura. Eleuauit vos super aquilarum alas, & adduxi vos ad me. Illa vero manifestatio gratiae & honorabilis non fuit nisi vna die: & ita memoria eius singulis annis agitur vna die. Vnus vero annorum azimorum si fuisset vna die, non attenderemus ad hoc ut manifestaretur sua ratio, quia homo solet comedere azimum, vel aliud genus ciborum duobus diebus vel tribus, sed sciatur eius ratio & eius sonus exibat semper cum comederimus azima vna septimana integra. Similiter dies festus in initio anni est vnus dies, qui est dies reuersionis & docendi homines in sua negligentia respectu veritatis. Et idcirco accipiunt ipsa die cornu, sicut ostendimus in alio loco. Et est sicut porta & praemissio quaedam ad diem ieiunii, sicut tu vides: quod scitum est ex usu gentis nostrae, quae obseruat dies decem qui sunt inter initium anni & diem ieiunii. Festum vero tabernaculorum cuius est intentio ut latentur homines, agitur septem diebus ut sciatur eius causa. Ratio vero quare celebratur tali tempore est sicut ostensum est in lege, & dictum est. Cum congregaueris fructus tuos, id est in tempore relaxationis & quietis tuae ab officiis necessariis. Aristoteles vero in libro nono de mensuris dixit quod ita erat usus scitus apud eos in diebus prioribus: scilicet quod sacrificia antiqua & applicationes fiebant post congregationem fructuum: quasi offerretur illa ex parte quietis. Ista sunt verba istius. Sedere etiam in umbraculis in tali tempore bonum est: quod non est calor magnus, neque pluuia inundant. Ista vero duo festi communiter, scilicet festum tabernaculorum & pascha, dant opiniones & mores bonos. Opiniones siquidem quae proueniunt ex pascha, sunt in recordatione signorum in Aegypto: et ut firmentur in perpetuum. Opiniones autem quae sunt ex tabernaculis, sunt ad recordandum signa deserti omnibus futuris. Mores vero boni qui addiscuntur ex istis, sunt ut homo semper recordetur dierum afflictionis cum fuerit in quiete, & reddat gratias creatori, & descendat & humiliet se, & comedet azima & res amaras, ut recordemur angustias per quas transiimus. Similiter in exeundo de domibus, & morando in umbraculis sicut faciunt eremitae: ut recordemur quod ira fuimus in diebus antiquis, sicut scriptura dicit. Ut sciant generationes vestrae quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel cum educerem eos de terra Aegypti. & mutauit nos de desertis illis, ut habitarem in domibus picturatis: & in palatiis delectabilibus, & in crassitie

Pascha cur septem diebus agatur.

Festum Pentecostes.

Festum Tabernaculorum.

terrarum. Et totum illud fuit de misericordia creatoris, & propter implendas promissiones suas bonas quas promisit patribus suis qui fuerunt sancti & perfecti in opinionibus suis, & in bonis moribus, scilicet Abraham Isaac & Jacob. Hoc autem est de principalitatibus legis, scilicet quod quaedam bona nobis euenerunt propter bonitatem illorum patriarcharum, quia custodie- runt viam domini ut facerent iustitiam & iudicium. Exitus vero de festo tabernaculorum ad octauum diem, similiter festum est ad complendum in ipsa die genera latitiae quae non pote- rant consummari in umbraculis, sed in domibus magnis & habitationibus securis. In quatuor vero generibus rerum quae accipiuntur cum palma, sapientes dixerunt rationes diuersas, qui- bus non indigemus in hoc loco. Quod autem mihi videtur in illis quatuor generibus rerum, est quia laetati sunt cum exirent de deserto in quo nihil seminabatur, nec inueniebatur ibi ficus, vi- tis, nec malagranata, nec aqua ad bibendum, & intrauerunt in terram delectabilem in qua erant riuus & arbores multae. Ut igitur haberetur ista in memoria: praecipit accipi de bonis fructibus. Et ista sunt quatuor genera de quibus praecessit sermo, in quibus mihi conueniunt, quia inue- niuntur in multis locis in terra promissionis in tempore illo, & quilibet potest illas habere. Se- cundum est quia sunt pulchra & humida, & quaedam ipsarum sunt boni odoris, scilicet pomu- citrum & myrtus. Tertium est sicut in palma & salice, quia tenet eorum humiditas in bono sta- tu totis septem diebus: quod non inuenitur in aliis generibus huiusmodi rerum.

## De Praeceptis Nonae partis.

## Capitulum XLV.

**P**raeceptorum quae continentur in nona parte, rationes & causae sunt manifestae, scilicet quia intentio in ipsis seruitiis est ad recordandum semper creatoris sui & sui timoris, & ad recipiendum praecipua generaliter: & ad credendum de creatore quicquid est necessarium credi ab omni timente legem. Illa vero seruitia sunt oratio & lectio unitatis: & be- nedictio super cibos & istis similia, & benedictio sacerdotum & Thiphilim, & Meriza, & Fim- briae, & ad emendum librum testamenti, & ad legendum in eo certis horis. Omnia ista opera do- cent opiniones viles, nec indigemus de his disputare prolixius, quia sunt manifesta.

## De Praeceptis Decimae partis.

## Capitulum XLVI.

**D**ecimae partis praecipua respiciunt domum sanctuarii & utensilia, & ministros illos & modum intrandi in sanctuarium. Nos autem iam fecimus sciri vtilitatem huius par- tis in genere. Notum est quod seruitores idolorum intendebant construere idolis palatia & disponere imagines in montibus excelsis. Et idcirco elegit Abraham pater noster montem Mo- ria, & in ipso fecit sciri rationem unitatis creatoris, & orauit versus occidentem, & domus quae di- cebatur sancta sanctorum erat in parte occidentis. Et haec est ratio quare dixerunt sapientes Gloria in occidente. Ostensum est etiam nobis alibi quod Abraham determinauit partem oratio- nis, scilicet domum quae dicitur sancta sanctorum. Causa vero huius rei secundum me est, quia credulitas seruitii Solis manifesta erat & diffusa per totum mundum. Et quod ipse erat deus, & sine dubio gentes omnes tunc orabant versus orientem. Propter hoc igitur Abraham conuer- tit faciem suam ad occidentem in monte Moria, scilicet in loco sanctuarii: & posuit dorsum ver- sus solis ortum, sicut scis quod Israel in tempore quo negauerunt deum, & conuersi sunt ad opi- niones antiquas corruptas, faciebant in sanctuario, sicut dixit propheta. Dorsum suum ad palatium domini, & facies eorum ad orientem, & inclinabant soli ad orientem. Non est autem dubium apud me quin locus ille quem elegit Abraham in spiritu prophetiae, notus fuit Moyse & multis aliis, quia Abraham praecipit ut ibi esset domus seruitii, sicut dixit Anqilos in exposi- tione versus illius, Vocauit nomen illius loci Dominus viderat. Dixit ergo: seruiuit & orauit Abra- ham in eodem loco, & dixit, Hic seruiant generationes, sed non propalauit nomen illius loci lex sed innuit dicens, in hoc loco quem elegit dominus. In ista vero ratione secundum intellectum meum tria sunt quare scilicet non fuit nominatus locus ille. Primum est ne gentes appropria- rent sibi, & super eo litigarent cum scirent quod lex elegerat locum illum plus quam alia loca mundi. Se- cunda vero fuit ne gentes in quarum potestate erat, destruerent locum illum. Tertia vero ra- tio efficacior fuit, ne quilibet tribus vellet habere locum illum in sorte sua: et propter hoc orire

tur lites & iurgia inter filios Israel, sicut contigit in questione sacerdotii. Et propter hoc etiam prohibitum fuit ne construeretur sanctuarium donec haberent regem & potestates: & imperium remaneret penes unum: & per hoc quiesceret contradictio, sicut ostendimus in alio loco. No- tum etiam est quod antiquae gentes edificabant palatia stellis, & ponebant eis imagines: in quas con- ueniebant ut seruirent eis, & vocabantur nominibus illarum stellarum, vel partium caeli. Nobis autem praecipit fuit ut edificarem palatium in nomine creatoris, & ut poneremus ibi arcam foederis & duas tabulas legis, in quibus erat scriptum. Ego dominus Deus tuus: & non tibi deus alius. Scitum etiam est quod principium credulitatis prophetae est prius credulitate legis, quia nisi esset propheta: non esset lex. Prophetia vero venit super prophetam mediante angelo. Vocauit ange- los domini Abraham. Et iterum. Dixit illi angelus domini. Principium etiam prophetiae Moyse fuit mediante angelo, sicut dictum est. Apparuit ei angelus domini in flamma ignis. Osten- sum est autem quod credulitas quae angeli sunt, praecedat prophetiam, & prophetia prior est lege. Cum vero gens Zabiorum non intelligeret creatorem esse, & putauerunt quod ens antiquum cui non conuenit priuatio unquam, est caelum & stellae suae: & quod potentiae quae proueniunt ex ipsis super ima- gines & super quasdam arbores, scilicet Aseroth, putauerunt quod arbores & imagines ostende- bant eis ventura, vel vtilia, vel nocua, sicut ostendi tibi in opinionibus eorum de prophetis ido- lorum & prophetis arborum. Cum vero paruit veritas intelligentibus, & fuit scitum quod est ens quod nec est corpus nec potentia in corpore, & ipse est verus deus, & est vnus: et quod sunt alia en- tia separata quae non sunt corpora: quibus datum est esse a creatore: & quod ipsi sunt angeli, & quod omnia ista sunt praeter caelum & stellas suas: fuit scitum vere quod ipsi angeli descendunt per proph- etiam super prophetas in veritate, non imagines nec arbores. Ostensum est etiam in his quae pre- missimus, quod credulitas essentiae angelorum sequitur credulitatem essentiae creatoris, & cum istis confirmatur credulitas legis. Ad roborandum igitur credulitatem huius principalitatis, crea- tor praecipit fieri super propitiatorium formas duorum angelorum ad firmandum esse ange- lorum in cordibus hominum, quia ista credulitas recta est secunda post credulitatem creatoris & est principium credulitatis prophetiae & legis, & destruit idololatriam, sicut iam ostendimus. Quod si fuisset vna sola figura, scilicet vnus solus Cherub, accideret ex hoc grandis error, quia pu- tarent homines quod illa forma esset dei, qui debet esse solus, sicut putabant qui seruebant ido- lis, & quod angelus esset alius, & istud traheret homines ad credendum duos deos esse. Cum igitur facti fuerunt duo Cherubim, cum eo quod est in lege: Dominus deus tuus, deus vnus est: fir- matur per hoc esse angelorum: et quod sunt multi: ne homines errent in eis credentes ipsos esse deos: postquam demonstratum est quod creator vnus est, & quia ipse fecit istos multos. Praecipit insu- per candelabrum ante se poni propter honorem & pulchritudinem domus: quia domus in qua lucerna semper lucet, & velum distinguit inter vnam partem & aliam, est honorabilis. Tu ve- ro iam scis quod multipliciter timetur honor & timor sanctuarii, ut homo sit in humilitate & timore erga sanctuarium, sicut scriptura dixit. Timebitis in sanctuario meo. Ratio vero altaris thimiamatis & incensi & altaris holocaustorum & utensilium ipsorum manifesta est. Mensae autem & panum propositionis super ipsam semper, nec rationem nec causam intelligo, neque propter quam intentionem hoc fuit factum. In prohibitione vero altaris de lapidibus dolatis, tamen scis ra- tionem quam dixerunt in hoc sapientes, sed ratio huius rei apud me manifesta est: quia seruito- res idolorum construebant aras suas de lapidibus dolatis: praecipit lex ut non assimilarentur idololatriis. Quod autem praecipit altare de terra fieri: dicens, Altare de terra facietis mihi, hoc fuit ut elongarent se a ritu eorum. Et si opus esset quod fieret de lapidibus, quod ipsi lapides essent in for- ma naturali, & prohibuit dotationem lapidis sicut prohibuit picturam, & prohibuit plantationem arboris iuxta altare. Et in omnibus istis vna est intentio, scilicet ut non seruiremus creatori eo modo quo ipsi seruebant idolis: & propter hanc rationem prohibuit generaliter ita, sicut dicit scriptura. Sicut seruiunt istae gentes idolis suis: sic & ego faciam. Quod est dicere: ne seruiant creatori: ut fugiant, ut scriptura dicit, Quia omnem abominationem quam abominatus est dominus, fecerunt idolis suis. Tu vero scis quod seruitium idolorum quod vocabatur Pahor in temporibus illis: erat ut discooperiret se homo versus eos. Et idcirco praecipit fuit sacerdotibus ut facerent brachias quibus cooperirent operienda in hora sacri- ficii, & praeterea non ascendebant ad altare per gradus ne discooperirent. Custodia vero & vigilia con- tinua circa sanctuarium, erat propter honorem loci, neque appropinquant ei stulti vel pollutati, sicut postea ostendimus. De vniuersitate vero causarum ex quibus sequitur honor sanctuarii, & de quibus addiscimus timorem eius & reuerentiam eius, est quod non intret in ipsum ebrius vel pollutus, vel hirsutus

# Rabi Rossei Aegyptij: ductoris dubi.

rus capite neq; pannosus, et vt omnis qui deseruierit in sanctuario lauet manus suas et pedes. Eodem ergo modo propter honorem domus dei addidit honorem ministrorum, & sequestrati sunt ab aliis sacerdotes & leuite, & concessus est sacerdotibus ornatus honorabilis, scilicet vestes sanctitatis propter honorem & pulchritudinem, & q; non ministret in seruitio sanctuarii aliquis laesus vel diminutus membris, vel deformis praeter consuetas formas hominum. Et totum istud est propter honorem sacerdotum, sicut ostensum est in Talmud propter ista pcepta quia populus non honorat hominem propter veram formam, & propter complementum membrorum suorum, sed propter pulchritudinem vestium. Et in omnibus istis intentio est vt domus dei habeat honorem & pulchritudinem, & ministri eius similiter apud omnes homines. Leuita vero q; non debet applicare, illud est ne putent homines q; ipse sit expiator peccatorum, sicut dicitur de sacerdotibus. Expiabit super eos sacerdos. Intentio vero leuite est dicere cantu solimmodo, & propter hoc remouebitur ab officio propter defectum vocis, quoniam intentio in cantu est vt anime audientium trahantur ad verba: anima autem non trahitur nisi ad cantus suaves, & per instrumenta cantus, sicut erat semper in sanctuario. Sacerdotibus autem rectis & etiam sanctis qui erant in sanctuario, non erat eis licitum semper inesse, nec intrare in ipsam domum omni tempore, vel intrare in sancta sanctorum nisi sacerdoti maiori in die expiationum tantummodo. & totum istud erat propter honorem sanctuarii. Et quoniam in loco sancto decollabant in singulis diebus multas bestias, decerpebant membratim & cremabant, & ibi lauebant interiora & intestina: nec est dubium q; si ita dimitterent locum, remaneret ibi odor carniū & aliarum rerum: idcirco iussi fuerunt incensum offerre, & subfumigia facere singulis diebus bis in die, scilicet mane & vespere, vt esset domus boni odoris, & vestes ministrantium in ea. Tu vero scis qd dixerūt sapiētes, scilicet quousq; ad villam Sicho perueniebat odor subfumigii templi dei. Ex hoc etiam firmabatur in hominibus timor & reuerentia sanctuarii.

**Q;** si domus dei contrario modo se haberet in pdictis: similiter et honor ei⁹ in cordibus hominum diminueret. quia secundū q; anima effunditur ad bonos odores & sequitur eos: ita restringitur & teritur a malis odoribus. In oleo vero sancto vnctionis duplex erat vtilitas: vna scilicet bonus odor inuncti: alia vero melioratio & sanctitas: & altus gradus illius rei inunctae cum oleo illo super omnes res alias sui generis, siue sit corpus hominis, vestis, vel utensilia. Et hac omnia redundabant in timorem & reuerentiam sanctuarii: quod erat causa timoris creatoris. per hac etenim imprimitur animus & tenerior fit durities cordium. Vide igitur consilia creatoris, & cogitationes eius, quae sunt consilia prouidentia finem istum, vt doceantur corda hominum super timore ipsius cum intrauerint in domum illam honorabilem, & recipient praecpta creatoris quae illuminant & ostendunt viam, & timebunt homines & venerabuntur illa praecpta, sicut in lege dictum est. Comedes coram domino deo tuo in loco quem elegerit decimam frugum tuarum & musti & olei, & primogeniti vaccarū tuarum & ouium: vt assuecas timere dominum deum tuum omnibus diebus. Ostensa est igitur intentio creatoris in omnibus operibus istis. **Q;** autē prohibuit aroma fieri simile illi: et oleū similiter: ratio manifesta est scilicet ne odor similis inueniatur in alio loco extra domum domini, quia tunc anima libentius amplexabitur illa, et ne ascenderet in cor inuncti tali oleo simili sanctificato q; haberet gradum altum, et ex hoc orirentur grandia damna. **Q;** autem arca portabatur in humeris non in curribus, hoc fiebat propter honorem, et vt nihil de ipsa destrueretur, vel immutaretur: nec etiam in extendendo vectes de anulis. Similiter etiam in superhumerali et rationali etiam in separatione vnus ab altero. et vt etiam opus vestium totū esset textile, nulli simile. Et vt non perdat formam et ornatum suum ipsa textura. Similiter prohibitum fuit cuilibet ministrorum sanctuarii ne se immisceret alterius officio, quia cum committuntur officia vniuersitati: nec sunt distincta secundum diuersitatem personarum: prouenit ex hoc negligentia et diminutio in ipso seruitio. Manifestum est etiam q; in gradibus per quos ascendebatur in templum, erant conditiones et leges propriae. Atrium vero mulierum, et similiter atrium exterius vtrunq; suas habebat consuetudines et leges, similiter etiam pars domus quae dicebatur Sancta sanctorum. Et totum istud erat additamentum honoris et sublimitatis: & ad incutiendum timorem vehementem in cordibus eorum qui intrabant in domū domini. Ergo iam ostendimus causas et rationes omnium pdictorum particulariter quae pertinebant ad istam partem.

Olei facti vtilitas.

De Praeceptis Vndecimae partis.

Capitulum XLVII.

**R**eceptorum quae continetur in xi. parte, iam praediximus vtilitatem in genere: nunc autem incipiemus exponere rationes vniuscuiusq; illorum secundum intellectum nostrum. Dicemus ergo q; lex secundum q; exposuit Anqilos, prohibita erat apud eos ouium decollatio: & omnis pastor eorum qui comedebat eas erat abominatio apud eos sicut dictum est. Si sacrificarem abominationem egyptiorum in oculis eorum praualeret nobis. Similiter quidam de gente zabiorum seruiebant demonibus & credebant q; apparebant hoib⁹ in forma hircorum. Et idcirco vocabant demones haedos. Et ista opinio fuit diffusa tempore Moysi, sicut scriptura dixit. Non immolabunt de cetero victimas suis haedis: & iterum. Immolant demonibus & non deo. Et idcirco illi de gente zabiorum qui hoc credebant, prohibiti erant comedere hircos. Vaccarum autem decollationem abhorrebant plures ministrorum idolorum: & omnes honorabant istam speciem animalium. Et propter hoc inueniuntur hoies in India qui non occidunt boues vsq; hodie: licet in terra ipsorum decollentur aliae species animalium. Ad tollendas igitur istas credulitates iussi fuimus applicare tres istas species tantum bestiarum, scilicet boties, & oues, & haedos: dantesciatur q; ea quae ipsi reputabant finem seruitii. Illa inquam applicatur creatori: & per tale opus remittuntur peccata. Sic ergo sanant credulitates male quae sunt infirmitates animarum: quoniam omnis dolor & infirmitas non curatur nisi per contrarium suum: & similiter illa infirmitas. Propter hanc eandem intentionem iussi fuimus decollare arietem paschalem in egypto: & effundere sanguinem eius in portis a parte exteriori vt mundaremur ab illis credulitatibus: & vt sciretur q; nos intendimus in contrarium ipsorum: & vt credatur quia illud quod ipsi putabant esse causam irae & mortis, est causa vitae: per quam etiam effugitur mors sicut scriptura dixit. Propitiabitur dominus super portas illas: & non permittet percussorem intrare in domos vestras ad interficiendum: & totum hoc per munere reuelationis seruitii: & ad tollendum illud in quo cauti erant & attenti qui idolis seruiebant. Haec igitur causa & ratio electionis istarum trium specierum solimmodo ad applicandum: adiungitur etiam huic causae illa ratio: q; istae tres, species inueniuntur: vbiq; inter homines non sicut illa quae ministri idolorum idolis applicabant: scilicet Leones & Vrsos: & feras alias: sicut dicit in libro zenzit. Et quoniam non poterat quilibet offerre bestiam praecptum est vt applicatio fieret de volucribus quae inueniuntur in terra promissionis: & de illis quae facilius inueniuntur: sicut sunt turtures & columbae. Qui vero non potuerit volucres applicare offerret panem coctum quocumq; modorum qui cocti erant tunc temporis: scilicet vel in furno vel in patella vel quocumq; alio modo. Qui autem non poterat habere panem coctum aliquo istorum modorum, offerebat farinam secundum voluntatem suam. Ostendit postea nobis q; si non fecerimus speciem istam seruitii, scilicet applicationes, non sumus culpabiles propter hoc, sicut scriptura dixit. Cum non noueris, non habebis propter hoc. Et quoniam idololatrae non offerebant idolis panem nisi fermentatum: & eligebant offerre dulcia: & in omnibus applicationibus apponebant mel: sicut scitum est ex libris quos praedixi: & similiter non inuenimus q; sal apponerent in aliqua applicationum suarum: ideo prohibitum est nobis ne offerremus fermentum neq; mel: & praecptum est nobis vt apponeremus sal in dei applicatione. Praecpit etiam lex vt omnes applicationes essent completae in membris suis: & q; nullus defectus sit in eis: ne contemptibiles sint applicationes: & ne dedignatio offerentium reperiat in his quae applicant creatori sicut propheta dixit. Offer principi tuo. Propter hanc etiam rationem praecptum est ne applicemus bouem vel arietem vel haedum maiorem, vii. diebus: quia talis foetus sordidus est sicut si eet abortiuus. Propter hoc etiam prohibitum est offerri mercedem scorti vel precium venditionis canis, quia talia vilia sunt & contemptibilia. Et eadem ratio est in turturibus & colubis maioribus: quia minores sunt meliores q; maiores. Cosimilis ratio est in hoc quia oblationes de farina cum oleo frigebantur, scilicet quae sunt melioris saporis. Praecpit etiam in eis apponi thus propter bonum suum odorem in omni loco vbi fuit inuetus odor carnis crematae propter honorem applicationis. Et ne videatur in tempore in quo contemptibilis apparet & sordida, praecpit excoriari hoc locustum & in tertio releuari, licet totum deberet comburi. Inuenimus igitur q; semper oblerant intentionem istam, & docti sunt super ea, sicut propheta dixit. In eo q; dicitis mensa domini contaminata & cibus eius vilis. Eadem est ratio quare pollutus non debet comedere de applicatione: neq; comedatur ipsa applicatio cum polluta fuerit neq; post tempus statutum, neq; est postposita fuerit. Et debet comedi in loco separato: holocaustum vero quia totum applicatur deo non comedetur villo modo. Quae vero applicatum fuerit pro peccato vel culpa, comedet in atrio & in ipsa die sacrificii, & in ipsa nocte solimmodo. Sacrificia vero & quae comedebant de secunda

Demoni  
geodi dicti

Quare pol  
lutus non de  
comedere  
de applica  
tione.



decima, quæ sunt istis minora: & vocantur sancta minora: comedentur in tota ciuitate Hierusalæ eadem die: quia postea nihil valerent. Propter honorem etiam applicationis & omnium quæ separabantur in nomine creatoris, prohibitum fuit nequis experiretur sanctificatum in nomine ipsius quod qui faceret, necessaria erat ei indulgentia: & quod addet quintam partem, licet per errorem fecisset. Similiter prohibitum est nequis conuerteret in usus proprios res sanctificatas, & totum hoc factum est propter honorem applicationis. Ad cautelam etiam prohibitum fuit iudicium commutationis: quia si licitum esset commutare malum pro bono, usurparent homines licentiam commutandi bonum pro malo: & dicerent quod erat melius: & dedit iudicium in hoc quod ipsa & sua commutatio essent sancta. Quod autem iussi fuimus quicumque voluerit redimere aliquid de his quæ sanctificauit domino, ut addat quintam partem: ratio in hoc manifesta est, quia homo intrat semper commodo suo: & natura eius est manum claudere super bonis suis & pecunia. Et non disputabit nec inquireret diligenter ut sciat precium illius sanctificati: & idcirco fuerit additamentum prouisum ut necesse habeat vendere aliud ab illo propter emptionem illius. Et totum istud est prouisum ne vile habeatur quod uouit deo: vel applicatio quæ ei offert. Ratio vero quare oblatio sacerdotis debet comburi: est quia omnis sacerdos debet applicare applicationem suam manu propria: quod si applicauerit oblationem suam: & ipse comederit eam: idem est ac si nihil obtulisset. Et propter hoc debet comburi. Iudicia uero quæ sunt appropriata Pasche & in comedendo assum tantummodo, & in nocte pasche, & in una domo: & quod non frangerent os ullum: ratio est in omnibus his manifesta: quia secundum quod preceptum erat datum in festinantia, quia tardare non poterant. Similiter etiam non vacabat eis preparare cibos nec ossa frangere, neque mittere encenia de una domo ad aliam & expectare nuncium donec reuertatur: quonia omnia illa sunt opera vacationis. Intentio in festinantia fuit: quia si aliquis tardaret & non exiret cum uniuersitate exeuntium, fortassis interciperetur ab Aegyptiis & interficeretur. Et remansit ista lex in perpetuum, sicut scriptura dixit. Obseruabis legem istam in tempore suo singulis annis. Quod autem dixerunt sapientes, quod non comederent de ariete paschali preter illos quod ad hoc erant numerati, solummodo istud fuit propter emptionem arietis: & quod nullus innitatur vel propinquo/vel proximo/vel cuiusquam alii: & contingeret negligentia in precepto. Prohibitionis uero ne comederent de ariete illo incircumcisi, causa fuit quam propalauerunt nobis sapientes, scilicet quia dimiserunt preceptum circumcisionis in longitudine dierum seruitutis aegyptie, & commixti cum aegyptiis secuti sunt ritus eorum. Et cum fuit preceptum datum de pascha & mandatum fuit ne decollarent arietem donec dominus domus & filii eius & tota familia ipsius circumcideretur: necesse habuerunt circumcidi omnes: & miscebatur sanguis circumcisionis cum sanguine arietis paschalis in multitudine circumcisorum. Hanc autem rationem innuit propheta cum diceret. Transiui per te, & uidi te inuolutam in sanguinibus tuis. Et exposuerunt sapientes, scilicet in sanguine pasche & in sanguine circumcisionis. Scito etiam quod gens Zabiorum odio habebat sanguinem valde: & reputabant pollutionem magnam: & tamen comederant ipsum: quia dicebant quod erat cibus demonum: & quicumque comederet coniungeretur eis: & uenirent ad ipsum: & facerent ipsum scire diuinationes: sicut putat gens secundum modum demonum. Erant autem aliqui de gente illa quibus erat difficile comedere sanguinem: quia natura hominis abhorret illum. Cum uero decollabat aliquam bestiam, recipiebant sanguinem in aliquo uase: vel in aliqua fouea: & uescabant carnibus illius sacrificii circa sanguinem illum: quia putabant quod demones comederent sanguinem illum: quia putabant ut esset cibus eorum: & ipsi comederant carnes: & pro hoc putabant quod esset iter eos amicitia & dilectio sicut si omnes comederent in eadem mensa: & essent de una & eadem uoluntate & societate. Putabant etiam quod demones ueniebant ad eos in somnis & nunciabant eis magna quædam & secreta: & ostendebant eis commoda magna. Omnes opiniones istæ celebres fuerunt in tempore illo: & ritus isti fuerunt recepti & noti: de quibus uniuersitas populi non dubitabant. Cum uero uenit lex uera ad tollendum & curandum omnes istas egritudines antiquas, prohibuit ne sanguis comederetur: cuius prohibitionem posuit æqualem idololatrie, dicens: Effundam iram meam in animam quæ sanguinem comederit, sicut & dixit. Dabo iram meam in illum qui filios suos idolis obtulerit. Huiusmodi uero ratio non inuenitur in aliis preceptis nisi in idololatria & in esu sanguinis tantummodo quantum ipsius comestio inducit ad quædam speciem idololatrie, quæ est seruitus diabolorum. Lex autem mundificauit sanguinem & precepit ut mundus esset quicumque tangeret ipsum: & precepit ipsum distillari super Aaron & super uestimenta eius, dicens: Sanctificabitur ipse & uestimenta ipsius. Precepit etiam ut effunderetur super altare: & posuit totum seruitium in effusione sanguinis non ipsius collectione, sicut dixit. Dedit uobis ipsum suum

Sacerdotis oblatio quare debet comburi.  
Cur non frangerent os ullum in sacrificio paschali.

Cur sanguis non comederetur.

per altare ad propitiandum, & hæc est effusio sicut dixit. Totum sanguinem effundes, & iterum, Sanguis sacrificiorum tuorum effundetur. Similiter precepit ut effunderetur sanguis omnis bestia quæ deberet decollari, licet non esset applicatio, sicut dictum est, Effundes super terram sanguinem sicut aquam. Prohibuit etiam ne congregarentur circa sanguinem: & ne comederent ibi, sicut dictum est. Non comederis super sanguinem. Cum uero multiplicatae fuerunt iniquitates eorum: & ambulauerunt in ritibus gentium inter quas educati fuerant in comedendo circa sanguinem ut coniungerentur demonibus: prohibuit nobis ne comederemus carnem concupiscentie in deserto: sed quod omnia essent pacifica. Dixit etiam quod ratio & causa in hoc: scilicet ut effunderetur sanguis super altare, erat ne conuenirent circa sanguinem, sicut scriptura dixit. Ut adducant filii Israel sacrificia sua quæ sacrificant in superficie campi coram domino in porta tabernaculi testamenti. Et postea subdiuidit. Non immolent amplius victimas suas hoedibus. Omisit autem rationem feræ & uolucris: quia non erit applicatio de feris, ylllo modo: nec applicabunt uolucres pro pacificis. Et idcirco precepit dominus ut decollarent omnem feram, & omnem uolucrum quibus licitum erat uesci: & operirent sanguinem eorum puluere, ne conuenirent circa ipsum ad comedendum ibi: ne consummeretur inter ipsos societas & coniunctio inter ipsos & demones. Scito quod ista credulitas fuit scita in tempore Moyse magistri nostri: & multi sequebantur illum: & decipiebantur in ipsa sicut scriptura dicit. Sacrificant demonibus & non deo. Sapientes autem exposuerunt quod dictum est Non deo: & dixerunt. Non prohibuerunt se a seruitio rerum entium donec etiam seruiuerunt rebus imaginabilibus: scilicet quæ transeunt per imaginationem: & hæc est umbra, & dixerunt. Non sufficit eis ut seruirent soli & lune & stellis: sed seruiunt umbræ ipsorum. Scito etiam quod carnes concupiscentie non fuerunt prohibita nisi in deserto tantummodo: quia opinio eorum nota in tempore illo fuit: quod demones morabantur in deserto: & ibi apparebant & loquebantur: sed non apparebant in ciuitatibus, nec in locis populatis, ita etiam quod quicumque uolebat aliquid de talibus quæ risu digna sunt, exhibat de uillis ad loca deserta & inuia hominibus. Propter hoc igitur licite fuerunt carnes concupiscentie postquam ingressi sunt terram promissionis. Præterea fortitudo illius egritudinis debilitata est & diminuta etiam tam longo tempore: quia pauci facti sunt qui loquebantur ritus illos: & etiam graue erat & quasi impossibile ut quicumque uellet comedere carnes ueniret in Hierusalem. Propter hoc igitur non fuerunt prohibita carnes nisi in deserto. Scito etiam quod quanto peccatum fuerit grauius, erit eius applicatio uilior in specie. Et idcirco pro peccato idololatrie capra una tantummodo: & pro peccato unius solius agna una/vel capra una: quia in omni genere rerum uilior est femina quam masculus. Sed nullum peccatum maius est idololatria: nec aliqua species uilior est quam capra. Applicatio uero regis pro errore suo erat hoedus: sacerdotis autem maioris & concilii: quia error eorum non erat in facto, sed in deceptione tantummodo, applicatio eorum fuit in tauris: & in idololatria fuerunt hoedi. Holocaustum uero quod totum offerebatur domino non erat nisi masculus cuiuscumque fuit speciei. Secundum hanc igitur rationem diminuebantur aromata & odores boni & apparatus oblationis peccatoris & mulieris zelatæ a viro: quia est suspitio peccati. Et prohibitum est ne applicaretur cum oleo: neque cum thure: & subtraxit illis apparatus istum: quia fuit adducta mulier pro re foeda: & super facto turpi. Hæc autem opa uidentur quasi per ea doceantur homines ut reuertantur ad dominum: & quasi dicatur eis. Pro malitia operum tuorum applicatio tua fuit in defectu. Applicatio uero zelatæ a viro, cuius opus turpius erat quam opus erratis, uilior fuit: scilicet farina hordei. Omnia ista particularia ostensa sunt iam per ordinem: & rationes eorum sunt mirabiles. Similiter dixerunt sapientes quod ratio quare applicatio diei expiationum erat taurus est pro obtinenda uenia super facto uili. Secundum hanc igitur rationem quam dixerunt, & secundum quod mihi uidetur ratio quare Hæc sunt tam in uino quam in multis, scilicet in Hoedis festo, & in hoedis neomeniarum: & in hoedis expiationum, & in hoedis idolorum: & in his omnibus secundum me ratio, & quam ipsi tunc faciebant, erat quia offerebant hoedis, sicut ostendit scriptura dicens. Non immolabunt amplius victimas suas hoedis. Sapientes uero assignauerunt rationem & causam in hoc quod remissio peccati uniuersitatis fiebat in hoedis, scilicet quia in omni synagoga Israel peccauit primo in facto hoedi: scilicet quando uendiderunt Ioseph: & occiderunt hoedum. Hæc autem ratio non fit leuis apud te: quia finis omnium istorum operum est ut imprimat aie peccatoris: quia necesse est ei ut semper reducat ad memoriam peccatum suum, sicut Dauid dixit. Peccatum meum contra me est semper, & quod ipse & filii sui & omnis posteritas sua

petendi veniam cum seruitio generis illius rei in qua peccauit: scilicet ut si peccauerit in seruitio rerum, seruiat creatori de pecunia sua. Quod si fuerit in delectatione carnis, affliget carnem suam in ieiuniis & vigiliis. Si vero peccauerit in his quae spectant ad animam frangat vitium illud: & exercebit animam in contrario illius vitii, sicut ostendimus alibi. Quod si peccatum fuerit in opinione: vel in scientia: siue acciderit per ignorantiam suam siue per eius debilitatem & negligentiam circa veritatis inquisitionem, emendabit hoc remouendo cogitationes illas a se: & subtrahendo cogitatum suum ab omnibus rebus mundanis: sed cogitabit circa intelligibilia tantummodo: & disputabit de his quae necesse est credi, sicut scriptura dicit. Si vidi solem cum fulgeret & lunam incedentem clare & letatum est cor meum in abscondito: & osculatus sum manum meam. Haec autem similitudo est, quia debet homo se continere in hora dubitationis donec inquirat veritatem, sicut ostendimus in principio huius libri: sicut vides fieri in eo quod fit pro facto vituli: & est applicatio illius & omnis quae fuit de genere eius in loco ipsius, taurus & vitula. Similiter quia peccatum aliud fuit in haedo: & seruitium fuit in eodem genere. Cum vero rationes istae infixae fuerint in anima, erit istud sine dubio tamen ut absteatur a peccato graui & recedatur ab eo ne indigeat venia longa cum labore magno. Et fortassis non acquireretur venia, Et ideo necessarium est ut homo caueat sibi a peccato & fugiat illud. Et haec utilitas est manifesta nimis: & ideo induxit hanc rationem. Videtur autem mihi ut doceam te super quodam verbo valde mirabili: licet eius planum non sit de ratione libri: & hoc est quod dictum est in hircu pro peccato hacat nouem lunae, Hacat domino, quod non dixit in hircis omnium solennitatum, nec in aliis Hacaot. Huius autem rei ratio manifesta est apud me: & haec est quae applicationes quas applicat vniuersitas in solennitatibus, scilicet hacaot omnes sunt holocausta. In quolibet autem dierum illorum erat hircus hacat: & debebat comedere: holocausta vero omnino cremabantur: & ideo dictum est de ipsis Hacaot domino & non sacrificia domino, quia ista comedebantur, non erat dicendum de eis domino: sicut exponam rationem huius rei in hoc capitulo. Non ascendat igitur in corde tuo quod dicatur de hircis hacat domino: quia comedendi erant nec cremandi. Et quoniam timendum est ne ascendat in cor alicuius quod hircus neomeniae est applicatio lunae sicut aegyptii faciebant qui faciebant applicationes lunae in initiis mensium: ideo dictum est domino & non lunae. Hoc autem non est timendum in hircis solennitatum nec in aliis: quoniam isti dies festi non sunt initia mensium, nec habent signum aliquod naturale: sed sunt praecipua nobis data. Initia vero lunationum non sunt innovata per legem: sed gentes applicabant in ipsis lunae: sicut solebant offerre soli in ascensionibus suis: & in solstitiis in gradibus certis & constellationibus notis: sicut scitum est ex libris eorum. Et ideo ista inuocatio fuit in ratione hirci. Et dictum de eo domino, ad remouendum de cordibus laborantibus antiquis infirmitatibus. Scito quod omnis hacat: de quo credebatur quod remitteret culpas multas: vel aliquam culpam, debebat omnino cremari extra castra non super altare: quoniam non cremabatur super altare nisi holocaustum. Et ideo vocatum est altare holocaustorum. Propter hoc etiam odor holocausti vocatus est odor acceptabilis domino: & sic est omne subfumigium odor acceptabilis, & hoc est etiam sine dubio ad tollendum credulitatem idololatrie sicut ostendimus. Crematio vero hacaot erat ut sciretur quia peccatum illud deletum erat sicut corpus illud crematum: & nihil remanebit de peccato illo, sicut nullae reliquiae erant de illo hacaot quae non sunt crematae. Et ideo non erat odor acceptabilis domino: immo contrarium eius: scilicet quod erat fumus quem volebant olfacere: & propter hoc debebat omnino comburi extra castra. Nonne vides quod dictum est de oblatione zelotypiae, oblatio rememorans peccatum: non quod sit res acceptabilis. Et quoniam hircus emissarius iubebatur propter veniam multarum culparum vniuersitatis: adeo quod non erat hacat populi quod tantum posset parcere quantum ille erat, sicut si deferreret omnia peccata: propter hoc non praecipit lex ut decollaret nec ut cremaretur: nec ut offerretur aliquo modo: sed ut elongaretur & ageretur ad terram aliquam desertam. Nulli vero dubium est quia peccata non sunt corpora quae possint portari super humeros: sed opera ista imprimuntur animabus donec confortetur in eis virtus operata ut reuertantur & recedant ab operibus malis. Hoc autem signum est et probatio quod recedimus a peccatis, et quod quasi proiciamus ipsa post terga: et elongamus a nobis in fine elongationis. In oblatione vero vini nullam inueni rationem usque modo: quia seruitores idolorum applicabant et offerebant illud. Fuerunt autem quidam de expositoribus qui dixerunt quod causa et ratio vini est quod praeminetia concupiscentiae cuius locus est hepar, est caro: et praeminetia vitalis aere cuius locus est cor, est vinum. Pari ergo modo potentia aere rationalis cuius locus est cerebrum, delectat in gibus instrumentorum musicorum. Propter haec igitur quod melio-

ra sunt & magis delectabilia quantum ad ista tria genera applicant coram domino. Et ideo fuit applicatio caro vinum & cantus. Utilitatis vero solennitatum scita est causa & ratio: quae est ut vigoret in coetibus illis & operibus renouatio praceptorum: & societas & amor hominum inter se. Praeterea praecipuum concilii congregandi ratio eius fuit ut audiant & addiscant. Et praecipuum decimae secundae erat pro expensa cum ascenderet ad dies festos: sicut ostendimus. Fructus etiam arborum in anno quarto, & praecipuum decimae secundae erant ut sufficeret ad expensas faciendas in cibis ibidem, neque lex dedit licentiam ut venderent illa propter alias necessitates: vel quod differret in aliud tempus: sed fieret sicut dictum est in lege singulis annis. Et ideo necessarium erat ut de illis largirentur pauperibus. Similiter reddidit homines cautos ut facerent elemosynas in diebus festis, sicut dictum est. Lataberis in die festo tu & leuita & aduena & pupillus & vidua. Iam igitur diximus rationes & causas partis huius & multa singularia ipsius.

Utilitas solennitatum.

De Praecipuis Duodecimae partis. Capitulum XLVIII.

**L**icet praediximus rationes praceptorum partis duodecimae generaliter adiciam tamen adhuc expositionem rationum communium istius partis sicut necesse est: & postea dicam rationem & causam cuiuslibet singularis secundum quod ego intellexero. Scito igitur quod lex ista quae fuit data Moyse magistro nostro, & denotatur ab eo, data fuit ad alleuandum seruitia & onera graua & labores in omnibus, de quibus si cogitaueris in corde tuo quod in tuis est labor magnus vel onus graue: istud eueniet tibi quia nescit consuetudines & ritus antiquos qui vigeant in diebus illis. Oportet autem ut videas quae sit differentia inter hoc quod aliquis comburat filium suum pro seruitio, vel comburat columbam aliquem: & tunc cognosces praeminentiam: sicut scriptura dicit. Filios suos & filias suas igni comburunt: idolis suis haec erant seruitia illorum. Seruitium vero nostrum loco illius est quod nos cremamus colubam vel pugillum farinae. Secundum haec autem impropere istud dominus genui nostrae, sicut propheta dixit. Popule meus quid feci tibi: vel in quo contristavi te: responde mihi. & iterum. Quid iniquitatis inuenerunt parietes vestri in me quod recesserunt a me: Et istorum versuum sententia eadem est. Hoc autem quod praemisimus, magnum est: ne recedat a corde tuo. Post hoc igitur dicam quia iam ostendimus quod intentio circa sanctuarium est operari aliqua ad honorem ipsius: & ut timeatur: sicut scriptura dicit Sanctuarium meum timebitis. Omnis autem rei honorabilis honor & dignitas vilescit in anima cuiuscumque nimis assueti facti illius rei: & timor diminuitur & reuerentia. Super hac autem ratione iam docuerunt nos sapientes in quibusdam: de quibus non oportet hic facere mentionem. Propter hoc igitur prohibuit dominus ne polluti ingrederentur in sanctuarium: licet genera pollutionum sint multa: adeo quod vix inuenis mundum vnum de mille. Quia si euaserit a tactu cadaveris, non euadet a tactu alii cuius octo serpentium quae semper inueniuntur in domibus: vel in cibis: vel in potibus: & semper homines incidunt in eis. Si vero effugerit omnia ista, non effugiet tactum menstruae: vel fluxus: vel leprosi: vel lecti sui. Et si effugerit ista, non effugiet accessum ad uxorem vel pollutionem nocturnam. Licet autem ab istis mundatus fuerit, non intrabit in sanctuarium donec sol occidat. Sed prohibitum est ne ingrediatur in sanctuarium de nocte: sicut ostensum est in locis suis. Poterit autem contingere quod in eadem nocte contingat & renouabuntur causae pollutionis: & cum factum fuerit mane reuertet homo ad pollutionem suam sicut in die hesternae: & hoc totum erit causa elongationis a sanctuario: & ut homo non ingrediatur in ipsum omni tempore. Tu etiam scis quod homo non debet intrare in atrium sanctuarii ad faciendum seruitium licet sit mundus, donec balneetur. Et per ista firmatur timor & conterritio cordis: quae inducit humilitatem. Cum vero pollutio inuenta fuerit maior erit difficilius homini mundari ab ea: & munditia rarior inuenietur: quanto magis cum se applicauerit mortuis propinquis & vicinis: quae quotidie inueniuntur pluresque aliae pollutiones. Ab hac autem pollutione non potest aliquis mundari nisi cum cinere vitulae: licet hoc difficile inueniatur: & etiam post vii. dies. Infirmitas vero fluxus & menstruorum est maior quam tactus pollutus: & ideo circa necessarii sunt septem dies. Qui vero terigerit illos, indiget vno die. Munditia vero fluxus non perficitur nisi cum applicatione: quia illud frequenter inuenitur quam menstrua: haec autem omnia sunt immunditiae & pollutiones, scilicet fluxus & menstrua, & leprosus, & mortuus, & cadaver: & serpentina & semen. In his iudiciis communicant multi fines. Primus est elongatio ab immunditiis: secundus reuerentia sanctuarii: tertius vero cauere a consuetudinibus notis laboriosis quae vigeant in gente zabiorum sicut modo audies: quartus ad leuandum laborem. Et quod non prohibetur homo ratione immunditiae & pollutionis: a prosecutione negotiorum suorum. Ratio siquidem

Lex Moyse cur data?

Cur pollutus non intret sanctuarium. Genera pollutionum multa.

munditię & pollutionis non depēdet nisi de sanctificatione solūmō: sicut scriptura dixit, Omne san-ctū non tanget. Quantū ad alia vero non est culpabilis: licet etiā permansit in pollutione sua diebus multis secundū volūtatē suā. Qđ autem scitum est de ritibus gētis Zabie vsq; ad tē-  
pora ista in partibus orientis, scilicet reliquię illorū qui seruibāt igni, est qđ menstruata qđ erat in ipsis esset in domo sola, & cremabant loca in quibus posuerat pedē suū: & qui loquebatur cū ea pollutus erat. Et si transiret ventus super menstruatam & super mundum, pollueretur ipse mundus. Nunc igitur vide quātum distat inter hoc onus graue: & illud qđ est secundum legem nostram, sicut dixerunt sapientes nostri. Quicquid mulier solet facere marito suo: & mens-  
struata faciet viro suo, quibusdam exceptis. Nec prohibetur ab ea nisi vt nō accedat ad eam in die menstruorum. De cōsuetudine vero scita Zabie gētis erat qđ quicquid recedit a corpore, si-  
ue vnguis, siue capillus, siue sanguis, est pollutū. Et ppter hoc tōsor & phlebotomator est pol-  
lutus in oculis ipsorū: quia tāgit sanguinē vel capillum. Qñ autē capilli tonderent debebat laua-  
ri in aquis viuīs: & multa ridiculosa similia istis. Nos autem non dicimus pollutionē vel mūdi-  
tiā nisi respectu sanctificatiōis & sanctuarii. Qđ autē scriptura dicit, Sanctificabimini & eritis scī  
non fuit dictum ratione pollutionis, vel munditię aliquo modo sicut dixerunt sapientes. Sācti erit-  
is, hoc est sanctitas præceptorum vocatur pollutio: sicut dictum est in fundamentis & principa-  
libus præceptorū, quę sunt tres. scilicet idololatria, & incestus & adulteriū: tertiū est homicidiū. In ser-  
uitio idolorum dixit: De semine tuo dedit idolo vt pollueret sanctuariū nostrum. In incestu vero  
& adulterio dixit: Ne polluamini in oibus istis. In homicidio vero dixit: Ne polluatis terrā. Inue-  
nies autē qđ pollutio tripl̄r dicitur. Vno mō in phibitionibus & rebellionē cōtra pcepta, vel in  
opere, vel in opinione. Secūdo modo sup foridib⁹ & immūditis: sicut Hieremias dixit, Pollutio  
sua in alis suis. Tertio modo p rationibus quę ascendūt super cor, scilicet tāgendo vel accipiēdo, vel cō-  
uertēdo se alicui. Secundū istum vltimū modū dixerunt sapientes nostri. Verba legis non reci-  
piunt pollutionē. Sāctitas quoq; dicitur tribus modis contrariis prædictis. Quoniam vero pollu-  
tionis ex contractu mortui imunditiā nō pceptebatur nisi post septē dies & cū cinere vitulę: sacer-  
dotes autem necessario habebant ingredi semper in sanctuariū, ad applicādum & ministrandū:  
phibita fuit sacerdoti pollutio mortui solūmodo nisi in magna necessitate, cum difficile sit secū-  
dum naturam recedere ab illo, sicut in propinquitate patris, & matris, fratrum, & filiorū in mor-  
te ipsorum. Et quia valde necessarium erat vt princeps sacerdotum semper esset in sanctuario, si-  
cut scriptura dixit, Erit semper lamina super frontē eius, phibita fuit ei pollutio etiam in prædi-  
ctis propinquis carnalibus. Nonne vides qđ mulieres communicabāt in hac phibitione: vxores  
filiorum Aaron neq; filię ipsius, quia non erant necessarię in applicationib⁹. Quia vero vix cōrin-  
git vt homo nō erret, & fortassis intrabit in sanctuariū pollutus: vel comedet sanctificata pollu-  
tus existēs: & hoc faciet fortassis per superbiam: sicut pleriq; malorū faciūt abominationes graues  
per superbiam: idcirco præceptum est fieri applicationes ad consequendum veniam super pollu-  
tione sanctuarii, & sanctificatum est. Quędam vero applicationes sunt pro superbia: quędā au-  
tem pro errore secundum species suas: & illi sunt hirci solennitatū, & hirci neomeniarum, & hir-  
cus emissarius, sicut ostensum est in locis suis: ne superbus putet qđ non peccet grauit̄ qđ pol-  
luit sanctuariū domini: sed sciet quia indultum est ei propter hircum, sicut scriptura dicit. Nō  
morientur in pollutione sua quia polluerunt sanctuariū meum qđ est inter illos, & dixit: Por-  
tabit Aaron delictū sanctificationū, & reperit rationē istā multotiens. Pollutionis vero leprę iā  
exposuimus rationē, & sapientes docuerunt nos principalitatē qđ est fundata in hoc: & dixerūt qđ  
ista pœna inflicta pro lingua mala quę in hoc: & qđ ista plaga incipit a domibus. Qđ si conuertit  
homo a peccato suo, & sanatur illa plaga. Si vero perseuerat in stultitia sua, plaga adheret vesti-  
bus, postea vero corpori. Istud autē miraculū scitū fuit in lege vestra sicut & aque zelotypię. Vtili-  
tas autē huius credulitatis est manifesta. Præterea alia est vtilitas, quia lepra transit ad alium &  
hoies abhorrent eā naturaliter. Rationē vero mūditie leprę qđ debet fieri cū ligno cedrino, & ori-  
gano, & cū tinctura rubea, & cū duabus volucris, sapientes ostenderunt nobis & causam eius  
& non congruit illud rationi ligni cedrini, nec origani, nec coloris rubei quātum ad vitulam ru-  
fam. Similiter non inueni rationē cui inuitat in manipulo origani cū quo effundit sanguis arie-  
tis paschalis. Ratio vero quare vitula rufa vocatur Hacat: quia perficitur per eam munditiā illi-  
us qđ pollutus est ex mortuo: & ingreditur postea sanctuariū. Et ratio est quia postqđ pollutus  
est ex mortuo, prohibitum est ei ne vnq; comedat sanctificata, nisi eēt vacca ista qđ portat peccatū  
illud: sicut lamina pontificis indulgebat in pollutione, & sicut hirci cremati. Et idcirco pollutus

Pollutio tri-  
plex.

est vestibus qui laborat in facto vitulę & hircorum crematorum, sicut & de hircō emissario cre-  
ditur qđ propter multitudinem peccatorum quę portat polluitur omnis qui tangit illum. Iā ostē-  
dimus de rationibus huius partis qđ sciuimus.

De præceptis Decimertie partis.

Cap. XLIX.

**P**ræceptorum quę spectant ad partem decimertiam iam ostēdimus in hoc libro & in  
alio loco vtilitatem verbis prolixis. Et nos addemus hic expositionem. Dicam ergo qđ  
omnes cibi quos nobis lex prohibuit, malū generant nutrimentum, humorem corpori  
nociuum: nec est aliquid in omnibus quę prohibita sunt nobis, de quo putem qđ est nociuum ni-  
si porcus & adeps. Sed nō est ita: quia porcus humidior est qđ deberet esse: sed sunt in eo alia. Lex  
autem non prohibuit ipsum nisi propter multā immunditiā suam: & quia sordes sunt cibus ei⁹.  
Tu vero scis quantum lex abominatur sordes & in deserto & in castris: quanto magis in villis!  
Si iam licitum esset nobis comedere porcos, strætę publicę & domus fierēt sordidiores latrinis, si-  
cut potes perpēdere de locis & de terris in quibus nutrimur. Tu vero scis qđ dixerunt sapientes:  
Os porci idem habet iudiciū qđ natura de maioribus sordibus. Adeps quoq; iteriorum replet  
stomachum, & nocet ei, & generat frigidum sanguinem. Et propter hoc aptior est ad cremā-  
dum qđ ad comedendum. Sanguis quoq; & animal mortuū vtrūq; difficile est ad digēdum  
& malum dat nutrimentum. Notum est qđ Thelapha est principū putrefactionis. Scitō qđ signa  
ista, scilicet ruminatio & vngulę fissio in quadrupedib⁹, & ala & squama in piscibus, essentia isto-  
rum non est causa quare talia licita sint ad comedendum: neq; defectus istorum est causa prohi-  
bitionis in his quę prohibita sunt: sed signa per quę possēt cognosci melior species animalū aut  
nociuā. Ratio vero terminū femoris nota est: ratio vero phibitionis mēbroꝝ animalis viui est  
quia cor induratur & crudelitatem excitat voluntatis. Et sic faciebant tum reges: & sic faciebāt  
in seruitio idolorum: quia decurtabant membrū aliquod animalis & comedebāt illud idolola-  
trę in aliquo seruitio idolorum: vel in aliqua festiuitate suarum. Qđ autem confirmat hanc  
rationem apud me est, qđ ista phibitio bis reperitur in principio præceptorū cum facit mentio-  
nem de tribus solennitatibus anni: & idem est ac si diceret in solennitatibus nostris. Et cū ascen-  
deritis ad domū domini nō coquatis quę coquēda sunt in ea forma & eo modo quo seruitores  
idolorū faciebāt. Istud est qđ mihi videretur in ratione phibitionis hmōi: non inueni hoc scriptū  
in aliquo libro gētis zabiorū. Ratio vero decollationis animalū est res necessaria: quia nutrimen-  
tum hoīs naturale est de plantis terrę & de carnibus animalium. Carnes vero meliores sunt de  
qbus data est nobis licētia vt comedamus eas: & illa ratio nō latet physicos. Cum igitur necessi-  
tas exegerit occidere genus tibi qđ melius est ad vescēdū, electa est mors leuior ne puniat in de-  
collatione difficili nec in strangulatione nec in deterruncatione membrorum. Similiter phibita-  
rū est parentē decollare & filiū eadē die, vt caueat ne decolleat filius in oculis patris: quia bestia sen-  
tit anxietatē magnā in hoc: nec est differētia inter hoīem & bestiā in anxietate: quia sup filios an-  
xianē. Amor nāq; matris & pietas ei⁹ erga fructū vētris sui non seqt̄ intellectū in virtute loquē-  
di: sed opus virtutis imaginatiuę, qđ inuenit̄ in brutis sicut & in hoīe. Istud autē iudiciū fuit pœ-  
ptū i boue & ariete: quia ista licita sūt nobis iter qđrupedia: & i his gñib⁹ nō cognoscit̄ a filio. Ea-  
dē quoq; rō est in dimittēdo de nido: quia oua & pulli qđ idigēt mīe nō sūt idonei ad comedēdū, &  
cū dimiserint matrē & ipsa eualerit, nō angustiabitur in videndo pullos suos captos, & fortassis  
hoc inducet vt omnia dimittant. Postqđ igitur lex cadit super istis anxietatibus quę inueniunt̄ in  
brutis: quātō magis hoc est necessariū in vniuersa specie hoīm! Locuti sum⁹ iā de eo qđ lex dixit  
in operimēto sanguinis: & hoc pceptū est separatū in fera munda & volucris mūda. Sicut autē lex  
reddidit nos cautos in phibitione oīs cibi veriti: sicut reddidit nos cautos in votis. Cū em̄ dixerit  
aliquis, panis iste vel caro phibita est mihi, abstinebit ab ea: & totū istud est ad exercēdū aiām: &  
ad diminuēdū cōcupiscētiā cibi & potus. Et ppter hoc dixerūt sapientes: Sepes sanctitatis vota.  
Sed qm̄ mulieres irascunt de facili ppter debilitatē sui sensus, si iuramenta sua essent in potesta-  
te illarū, magna tribulatio & assidua cōfusio semp esset in domo & cōtrarietas & rixę, cū genus  
aliquod cibi licitū esset viro & phibitū mulieri: vel aliqd phibitū filię: licitum vero patri. Propter  
hoc igit posuerūt istud in potestate patris familię. Nonne vides qđ iudiciū mulieris solute, quę  
nō est in potestate viri, est sicut iudiciū virorū: in votis. scilicet mulieris qđ nō habet virū vel patrē, vel  
puellę, cui⁹ signa iā pfecta sunt. Ratio vero abstinentie & separatiōis a vino manifesta est: quia hoc  
est vt abhorreat vinū qđ nocuit primis & vltimis, sicut propheta dixit. Ecce isti errauerūt in vi-

Cur estis  
porci vetit⁹  
in lege.

Ratio decol-  
lationis ani-  
malium.

Cur vinum  
prohibitum

no. In iudicio vero voti huius venit prohibitio facta in omnibus que pueniunt ex vite, elongatio  
s. magna ut recedat ab eo homo ppter magnum nocumētum ipsius: quia qui abstinet ab illo, vo  
catur sanctus, & habet se in gradu sacerdotis maioris in sanctificatione: adeo q̄ non debet pola  
lui super patre suo vel matre: sicut & ipse maior sacerdos. Hic autem honor magnus debet, quo  
niam abstinet a vino.

## De præceptis Decimequartæ partis. Capitulum, L.

**Q**uæcepta partis, xiiii. sunt ea quæ connumeramus in vno genere. Mixturæ vero bestiarum  
& præceptum circūcisionis pertinet ad hanc partem. Nos vero iam prædiximus inten  
tionē istius generis: nunc vero incipiam exponere singulatiā præceptorum. Dicam er  
go quia scitum est q̄ homo indiget societate hominum omnibus diebus vitæ suæ. Hoc autē ostē  
dit Aristoteles in libro nono de mensuris. Homo namq̄ modos suæ salutis & profectus sui acci  
piet ex aliorum societate, & in tempore necessitatis suæ indiget auxilio aliorum. Et similiter in tē  
pore seruitutis & debilitatis corporis sui inuenit auxilium in eis. Istud autem inuenitur quoti  
die: præcipue in filiis, & in aliis propinquis. Pari quoq̄ modo perficit amor, & germanitas, & ad  
iutorium in consanguineis ratione propinquitatis. In parētela namq̄ cum coniungit eos patrimo  
niū vnū, inter eos erit dilectio & iuuabunt se inuicē & miserebuntur sui. Istud autem est qd̄ am  
plius est in intentione legis. Propter hanc igitur rationem prohibita est mulier soluta quia cōsum  
ditur gnatio: & natus ex ipsa reputabitur extraneus omnibus hominibus: & ignorabitur ei⁹ ge  
nealogia: nec agnoscat eam quispiam. Istud autem contingit frequenter propter magnam concu  
piscentiā fornicationis & nimietatis vsus eius: quia cōcupiscētia crescit in mutatione & multi  
plicatione mulierum. Hominis namq̄ motus in mulierem consuetam non est adeo intensus sicut  
motus eius in mulieres diuersarum formarum, & diuersis, & variis modis ornatas. In prohi  
bitione scorti magna siquidem est vtilitas. vt tollantur rixæ: quoniam si scortū licitum esset ho  
minibus & solutum, accederent multi viri ad mulierem vnā in eadem hora: & istud esset cau  
sa interficiendi se mutuo, vel mulierem ipsam, sicut frequenter accidit. & scriptura dicit. In do  
mo scorti pugnabunt homines. Ad prohibendū igitur rixas & contēiones istas, & ad inducē  
dum vtilitatem magnam que attenditur in cognatione generis & parentelæ, prohibitū fuit scor  
tum vtriusq̄ sexus: neq̄ licitus fuit actus ille nisi in occulto cum muliere quā publice debet ho  
mo ducere in vxorem: quoniam si sufficeret vt quis duceret vxorem solitarie, pleriq̄ homines in  
ducerent scortum in domos suas & dicerent vxor mea est. Propter hoc statutum est vt despon  
sationes & matrimonia publice fiant, sicut scriptū est. Assumpsit Boos. x. de maioribus ciuitatis.  
Quia vero possibile est q̄ non conuenient ambo, neq̄ concordabunt sicut oportet: idcirco statu  
tum est vt detur libellus repudii & fiant absolutiones: quæ si fierent dictis tantūmodo: vel q̄ ex  
pelleret vir mulierem de domo sua dicere: posset mulier quādocūq̄ vellet fornicari. Propter hoc  
ergo præceptum est vt non perficiantur absolutiones nisi cum charta que perhibeat ei testimo  
nium, sicut scriptura dicit. Scribet ei libellum repudii. Et quoniam suspitio fornicationis vehe  
mentissima est: & similiter illarum rerum quæ spectant ad ipsam fornicationem secundum con  
suetudines mulieris: idcirco datum est nobis præceptum in iudicio zelotypiæ. Illa namq̄ ratio  
fuit ostensa: vt qualibet mulier maturata custodiat corpus suum in fine custodiæ: & caueat sibi  
in fine cautelæ ne infirmetur cor viri sui in ea: ne ipsa potet aquas zelotypiæ: quia si ipsa mūda, &  
cor viri sui concideret in ea, pleriq̄ homines liberarent animā eius etiam omni pecunia sua: quia  
præligerēt mortem ante facinus illud infandum, scilicet q̄ caput mulieris debebat detegi, & tō  
deri, & scindere debebat vestes suas vsq̄ ad denudationem mamillarum: & debebant ire cum ea  
coram populo virorum & mulierum, & coram capitulo domus iudicii maioris. Propter hūc igi  
tur metum abstinetur a multis malis quæ acciderēt homini ex parte vxoris & domus suæ. Vir  
ergo vero puella quoniam apta est matrimonio cuiuscunq̄, congruum fuit vt nuberet illi qui eā  
deceperit: quia idem aptior est illi puellæ: & occultabit turpitudinem eius absq̄ dubio plus q̄ ali⁹.  
Q̄ si ipsa noluerit vel pater eius, deceptor tenetur dare dotem virgini. Additum est autem in  
pœnam oppressoris q̄ non poterit eam dimittere in omnibus diebus. Ratio vero dotis scripta  
est: que fuit antiqua cōsuetudo anteq̄ lex fuisset data: sed lex facit illam consuetudinem remane

Homo indiget societate hominum.

Cur scorta inhibita.

De libello repudii.

re. Discalciatio vero est propter magiam ignominiam illorum operum secundum consue  
tudinem illius temporis. Fortassis autem declinare volet ab ignominia illa, & festinabit ac  
cipere affinem: & manifestum est in lege quia dicere debet: Ita sit viro qui non edificat do  
mum fratris sui, & vocabitur nomen eius in Israel discalcatus. De ratione vero iude potest  
homo addiscere morem bonum & honestum, & iustitiā in iudicio: in eo quod dixit. Habe  
at sibi, certe mendacii arguere nos non potest. Cuius expositio est: quia commixtio cum  
meretrice ante tempus legis, erat sicut commixtio viri cum vxore sua post tempus legis,  
scilicet quia erat opus licitum. Precium autem quod tunc dabatur meretricibus erat con  
suetum, sicut & donatio que fit mulieribus in hora absolutionis. hoc est dicere quia illud  
debeatur mulieri: ad cuius solutionem vir erat obligatus. Verbum vero iudæ quod di  
xit: Ne sit nobis in opprobrium, facit nos scire q̄ loqui in ratione huius actus etiam liciti,  
est nobis facinus magnum. Et idcirco debemus in hoc tacere & celare: quis etiam proue  
nit ex hoc amissio pecuniæ, secundum q̄ fecit iudas in dicto suo. Melius est vt habeat q̄  
q̄ sit nobis in opprobrium, & addamus facinus super aliud facinus. Hic autem est mos bo  
nus, quem addiscimus de ratione iudæ. Iustitia vero quam addiscimus ex facto eius, est in  
eo quod dixit vt ostenderet se immunem a iustitia: & q̄ nihil steterit per eum quin com  
pleuerit omnia que posuit cum ipsa. Et idcirco dixit: Ecce nisi hoc dum istum. Non est au  
tem dubium q̄ hoc dum ille fuit optimus in genere suo: & hoc innuit in his verbis. Hoc dum  
istum: nec dixit hoc dum vnum. Hanc autem est iustitia quam hereditamus a iacob & Isaac  
& Abraham: vt non mutemus verbum, neq̄ terminum præfixum: & vt impleamus pro  
missa omnino. Non enim differt inter illud quod debetur ratione mutui vel depositi: & il  
lud quod debetur ratione locati. Iudicium vero dotis cuiuscunq̄ mulieris est sicut iudi  
cium mercedis operarii: nec est differentia inter illum qui retinet mercedem, & illum qui  
retinet consuetudinem mulierum. Similiter non est differentia inter illum qui operario in  
iuriatur, vel querit occasiones vt recedat sine mercede: & illum qui similiter se habet erga  
vxorem suam vt recedat sine dote. Nonne vides q̄ istud est ius, & iudicia ista iusta sunt?  
Vide autem quale sit iudicium illius qui imponit crimen vxori suæ: quod fecit quia displic  
uit ei vxor sua. Si enim vellet illam absolueret: sicut est lex illorum qui absoluunt vxores  
suas, non esset qui prohiberet: sed cum absolueret eam teneretur ei dare quod iustum es  
set. Nunc autem imposuit occasionem ei vt etaderet ab ea, & nihil daret ei: & idcirco  
imposuit ei crimen vt haberet occasionem retinendi quod ei tenebatur dare, scilicet quin  
quaginta Siclos argenti. Istud etenim est dos virginum: quod est scriptum in lege. Pro  
pter hoc ergo iudicauit de illo lex vt solueret centum Siclos argenti. Istud autem iudici  
um procedit secundum principalitatem iudicii dicentis. Qui fuerit victus in iudicio du  
plum soluet proximo. Et sicut iudicium falsorum testium se habet sicut ostendimus: ita  
est iudicium illius qui crimen imposuit falso. laborauit siquidem vt amitteret illa quinqu  
aginta Siclos: quos ei dare tenebatur. Et idcirco inflicta est ei pœna vt solueret centum: quæ  
est duplum quinquaginta. Hanc autem pœna inflicta est illi: quia voluit retinere quod da  
re tenebatur: pro eo vero q̄ crimen imposuit falso, debebat. ipse dehonestari & sustinere  
malcut: & inflicta est ei pro pœna vt semper sit illi obligatus sicut scriptura dixit. Non  
poterit eam dimittere cunctis diebus vitæ suæ. Hanc autem omnia contingunt ei: quia odio  
habuit illam. Sic ergo curantur mores prauis ab infirmitate sua: cum medicus est præce  
ptū spirituale: sic quoq̄ inuenies modos iustitiæ manifestos in omnibus iudiciis istius le  
gis cum diligenter inquisueris illos. Pone ergo cor tuum: & vide quomodo posuit æquali  
tatem inter illum qui crimen falso imposuit: vt retineret quod debebat dare: & inter furem  
qui subripuit furtim rem alienam. Mensurauit etiam iudicium falsi testis qui voluit dare  
damnum: licet etiam non dederit: sicut & illius qui damnum dedit, scilicet furis: & illius  
qui falso criminatur alium. In his quidem tribus iudicium est æquale & lex eadem. Nunc  
igitur admirare sapientiam in iudiciis creatoris: sicut & miraris sapientiam ipsius in crea  
turis, sicut enim creaturæ suæ sunt in fine perfectionis: sic & iudicia sunt in fine iustitiæ.  
Verūtamen intellectus noster breuis est in apprehensione perfectionis omnium quæ fecit:  
& iustitiæ omnium iudiciorum. Quemadmodum autem apprehendimus partem mirabi

liorum suorum in operibus suis in membris animalium: & in moribus calorum: sic apprehendimus iustitiam quorundam iudiciorum eius. Quod autem latet nos in istis duobus rerum generibus, est multo amplius quam illud quod est manifestum. Reuertar autem ad propositum: & dicamus quod prohibitio incestus facit ad diminutionem illius actus & ad odium ipsius: ut parum de opere illo sufficiat homini. Prohibitio vero masculi & bestiae valde manifesta est: quia cum in re naturali multus usus sit abominabilis, quanto magis in opere contra naturam, quod est solummodo ad exemplendam libidinem: Incestus autem foeminarum in vniuerso suo est quasi genus quoddam. Consuetudo siquidem obrinet quod mulier aliqua inuenitur in domo cum viro assidue, quae sequitur semper voluntatem suam: & leuis est ut acquiratur: nec est labor in hoc. Et si iudicium incestus esset sicut iudicium solutae, plures hominum semper perpetrarent incestum. Cum vero prohibita fuit coniunctio talis omnino, & cautela magna fuit adhibita, scilicet mors ex parte capituli domus iudicii, cum abscissione: & quod non remanet via per quam accedatur ad tales: propter hoc timebunt accedere ad eas. Inuentio vero rationis huius in omni incestu est manifesta nimis. Scitum est enim quia cum aliquis habet uxorem, mater ipsius & filia eius, & filia filiae, & soror eius inueniuntur cum ea in pluribus horis. Et propter hoc vir euagaretur ad eas intrando & exeundo & ministrando. Pari ergo modo mulier moratur frequenter cum fratre viri sui: & cum filio eius: vir etiam inuenitur cum sororibus suis: & cum matertera sua & cum amita, & conuersatur cum his frequenter: & cum his omnibus committitur incestus, quae sunt personae propinquiores. Haec autem est vna de rationibus propter quas fuit ista prohibitio. Secunda ratio secundum me est custodia verecundiae siue pudoris: quia opus istud est verecundia magna & improprium coniungere radicem cum ramo, id est accedere ad matrem, & ad filiam, & propter hoc prohibitum fuit ramo & radici ne coniungantur. Neque differt siue coniungitur radix ramo, vel ramus radici: & quod coniungantur radix & ramus cum alio extraneo, scilicet ut idem homo adhaereat radici & ramo. Propter hoc ergo prohibitum fuit ne aliquis ducat aliam in uxorem & filiam ipsius: & ne coniungatur vxor patri & filio: quia haec omnia sunt coniunctio vnus hominis cum radice & ramo. Sicut autem prohibita est soror: sic & vxor fratris: quia haec est coniunctio duorum in radice & ramo cum mixtione corporis tertii. Quia vero prohibitio coniunctionis fratris & sororis, & fratris, qui sunt quasi radix & ramus: duo vero fratres sunt quasi vnus homo: idcirco prohibita est soror matris: quia est quasi mater: & soror patris, quia est quasi pater. Sicut autem non fuit prohibita filia patris, neque filia matris: ita non fuit prohibita filia matris, neque filia sororis. Et ista opinio est aequalis. Quod autem licitum est fratri ducere filiam fratris: & est prohibitum filio fratris ducere amitam suam: istud ostensum est secundum primam rationem: quia filius fratris inuenitur assidue in domo patris sui: & conuersatur cum vxore patris sui, vel cum vxore sua. Nonne vides quia pater conuersabatur cum vxore filii sui: sicut & ipse filius cum eadem vxore? Scilicet idcirco fuerunt prohibitiones aequales: & debetur eadem mors illis. Causa vero & ratio quare prohibitum est viro ne accedat ad mulierem menstruatam: nec ad maritatum: est valde manifesta: nec oportet ut quaratur quare hoc sit prohibitum. Tu siquidem scis quod nobis prohibitum est valde ne delectemur in adulterio quacumque occasione. Prohibitum est nobis ne delectemur in aspectu ipsius, sicut alibi ostendimus: & exposuimus ibidem expositione perfecta: quod non licet nobis secundum legem nostram ut transeat cogitatio nostra ad aliquid huius operis aliquo modo: neque moueamus membrum illud ut erigatur: nec ut faciamus aliquid ex quo sequatur illud, immo cum motus ille surrexerit in aliquo etiam

inuito, necesse est ut conuertat cogitationem, scilicet ad alia, de quibus meditetur donec transeat motus illius concupiscentiae. sicut dixerunt sapientes in correctione scilicet honesta. Fili si obuiauerit tibi traditor ille, duc illum ad scholam: si fuerit ferrum, liquefiet: si fuerit silex, comminuetur. sicut propheta dixit. Verbum meum sicut ignis dicit dominus: & sicut instrumentum conterens rupem. Dicebat filio, scilicet castigando ipsum. Si te grauauerit & voluerit tibi nocere vade ad scholam, & quare, & addisce, & remouebitur nocumentum illud a te sine dubio. Haec autem castigatio non est ex parte legis tantummodo: sed inuenitur etiam apud philosophos, sicut feci te scire de verbis Aristotelis, quae sic se habent. Dixit enim membra in quibus viget concupiscentia cibi & potus, & coitus: & vocauit nomen populi in libro suo concupiscentes fornicationis, & qui comedunt cibos malos, & vilipendit eos, & derisit. hoc autem inuenies in libro quem composuit de mensuris. Secundum hunc igitur morem honestum prohibuerunt sapientes inspicere quadrupes vel volucres in hora quando coeunt. Haec autem est causa secundum me in prohibitione mixturae bestiarum: quia notum est ut in pluribus, quod singulate vnus speciei non mouetur ad coeundum cum singulari alterius speciei: nisi operetur homo ibi aliquid propria manu: sicut vides flagitiosos homines qui sellas imponunt iumentis quod frequenter hoc operantur. Et idcirco lex prohibuit ne coequetur homo in tali opere: quia abominabile est: & malitia est in eo ut laboret homo facere mentionem illorum quae lex abominatur: quanto magis in facto tali, nisi in tempore necessario. Haec autem coniunctio non est res necessaria. Videtur autem mihi quod prohibitio coniunctionis duarum specierum in quocumque opere: sicut dictum est: Non arabis in boue & in asino: est ad remouendam mixturam duarum specierum: quoniam si coniunctae fuerint ad aliquod opus, fortassis vna miscebitur alii. Probatio vero huius rei: quia iudicium istud commune est omnibus generibus animalium sicut in boue & asino: sed scriptura locuta est de eo quod frequentius accidit. Similiter ratio & causa circuncisionis apud me: est ut diminuat opus istud: & ut debilitetur membrum istud donec diminuat opus istud quantum oportet diminui. Sunt autem qui putant quod circuncisio est ad perficiendum defectum creaturae. Omnis autem qui vult aduersari, inuenit locum ad ratiocinandum & dicendum quomodo erunt naturalia diminuta ut egeant perfectione extrinseca, praeter id quod apparet de utilitate huius membri. Sed non est ita: quia praecipuum illud non est ad supplendum defectum creaturae: sed ad compleendum defectum morum. In hoc autem damno corporali quod appropriatur membro, haec intentio est in eo quod nullum de operibus per quae vivit homo & permanet: perit in hoc: neque sperma perit propter hoc: sed diminuitur propter hoc concupiscentia praua quae requirit plus quam necesse est. Non est autem dubium quod circuncisio debilitat vim fornicationis: & diminuit concupiscentiam prauam quae requirit plus quam necesse est. Quoniam cum membrum vulneratum fuerit usque ad sanguinis effusionem, & abstulerint ei pellem quae super ipsum est in principio creationis suae: non est dubium quin debilitabit ipsum & concupiscentiam. Et aperte dixerunt sapientes in hoc: quod difficile est mulieri fornicanti recedere ab incircuncisio. Iste autem sunt cause circuncisionis fortes apud me. Primus autem qui in hoc opus incepit, fuit Abraham pater noster: cuius sanctitas nota fuit: quod dixerunt sapientes super verbo quod ipse dixit: Sarai: ecce nunc scio quod mulier pulchra tu: Ostendit quod prius non aduertebat propter magnam humilitatem suam & sanctitatem. Est etiam alia ratio circuncisionis valde fortis: ut omnes qui tenent hanc opinionem, scilicet quod creator est vnus, habeant vnum signum corporale commune illis: & extraneus non possit commisceri. Scitum est autem quod nullus operatur aliquid tale in corpore suo vel in filiis suis: nisi qui firmam habet & rectam fidem. Istud etenim non est signum aliquod leue in crure vel in brachio, sed est res valde difficilis. Notum est etiam quantum sit amor & adiutorium, quae communia sunt hominibus quos vnum signum coniungit: & illud est forma firmitatis credulitatis: sic est circuncisio pactum quod pepigit Abraham super credulitate vnitatis creatoris. Omnis autem qui circunciditur, intrat in pactum & foedus Abrahae, & obligat se per hoc ad credendum vnitatem creatoris: sicut scriptura dicit. Ero tibi in deum & semini tuo post te. Haec autem ratio est valde fortis sicut & prima in causa circuncisionis: & fortassis fortior est quam prima. Perfectio vero istius praecipui & eius firmitas est in hoc ut sit circuncisio in infantia, propter tria. Quorum vnum est: quia si non fuerit homo circuncisus in infantia, fortassis postea non circunciditur. Secundum est: quia non sentit dolor tantus ab infante quantum a maiore, propter teneritudinem cutis & imaginationem debilem, maior namque timet multum: & apud eum est valde difficile: cum cogitat quod

Inspectio col-  
tus quadrum  
pedu ihibita

Circuncisio  
nis causa.

Circuncisio  
in infantia p-  
pter tria.

accidere debet anteq̄ accidat. Tertium est: quia pater & mater nondum posuerunt cor suum in paruulo recenter nato: quia virtus imaginatiua nondū est in eo firmata: per quā obligatur parē tibus vt diligat eos: quia virtus imaginatiua augmentatur in familiaritate: & crescit in cremen to pueri, & postea diminitur, & illa perit & alia renouatur, scilicet forma imaginabilis. Nec amor patris vel matris est erga filiū paruulū sicut est cū iā filius est vnus anni: nec amor vnus anni est sicut amor eius cū iam est sex annorum. Si autem omittimus circūcisionem per duos vel p tres annos, eēt hoc causa phibēdi circūcisionē, ppter nimiā pietatē & amorē parētū erga fia liū: sed cū nascit, amor iste debilis est: & p̄cipue erga patrē, cui datū ē p̄ceptū istd. Q̄ aut circūci sio fit die, viii. hoc est qa natus valde debilis & tenellus est: & est sicut si esset in vtero matris v̄ q̄ ad septē dies: & tūc numerabit̄ inter hoīes. Nōne vides q̄ illud attendit etiā in bestiis: sicut scri ptura dicit: Septē dieb⁹ erit cū matre sua: qm̄ ante hos dies est sicut abortiuus. Sifr̄ & homo post septē dies circūcidet. Qd̄ etiā cōtinet̄ in hac parte, est phibitio vt nō abscidant̄ mēbra hui⁹ offiā cii de quo locuti sumus, in nulla specie masculorū aialū: & istud est consuetū sup̄ principalitate iudiciorū. Vt causa fieret mēsurate & secūdū egratē: vt nō adiciat̄ ad illa plusq̄ iustū est sicut p̄ dixim⁹: & vt non destruat̄ oīno: sed remanebit̄ qd̄ naturale est in natura sua: & cauebit̄ ne addat̄ aliqd̄ plus iusto. Prohibuit̄ aut̄ lex ne ille qui defectum patit̄ in his mēbris, ducat aliquā in vxorē de filiab⁹ Israel: qa inutilis est cōtractus talis. Prēterea mulier talis seipsam & alium q̄ impeteret eā induceret in laqueū: & hoc manifestū est. Ad remouēdā etiā fornicationē phibuit̄ lex vt nat⁹ de fornicatione nō inducat̄ in vxorē aliquā de filiab⁹ Israel: quia si cōmixti fuerint tales, vuln⁹ in fertur generi qd̄ curari non poterit. & propter ignominia natorū de fornicatione, sancti fuerūt fi lli Israel. Ne cū talibus miscerent̄, propter dignitatē & sanctificationē sacerdotū, phibita fuit eis meretrix & absoluta. Summo vero sacerdoti prohibita fuit vidua & quelibet corrupta. & omniū istorum ratio manifesta est. Cum autem prohibitum fuerit ne mancer vel de scorto natus ingre deretur in synagogā: quāto magis recipere tales inter nos, vel ancillas: Prohibitionis aut̄ ducenā di vxores alienigenas: ratio demonstrata est in plano scripturę quę dicit: Si deceperis filias eorum & copulaueris filiis tuis, ipse quidem errabunt post idola sua, & facient errare filios tuos. Omnia vero p̄cepta quorum causa ignoratur, sunt ad elongandum homines ab idololatria: in partiā cularibus vero quorūdam rationem nesciuimus: & vtilitatē non intelleximus. Causa in hoc est: quoniā audita nō possunt equari visis. Et propter hoc istud modicum qd̄ scio de opinionibus & ritibus gentis Zabie qd̄ didici ex libris eorum, non est sicut esset illud qd̄ sciretur ex operibus eo rum si visui subiacerent: & p̄cipue cum opiniones illę perierint a duobus milibus annorum vel amplius. Si vero sciremus singularia operum ipsius gentis & seruitia, sciremus secreta sapien tia in singulis operibus applicationum: & in diuersis generibus pollutionū, & aliorum particu larium quorum rationem vel causam non scio. Non est em̄ dubium apud me q̄ singula p̄cepta in applicationibus & pollutionibus data fuerunt ad delendum opiniones illas de cordibus nostris: & ad destruendum opera illa in quorum executione finierūt dies suos actores eorum in vanitate & in nequitia. Opiniones autem ille impedierunt intellectū humanum in inquisitione intelligibilium: & ne inquireret vtilia: sicut ostenderunt nobis prophete nostrī dicentes. Post vana & inutilia quę non liberant hominem, quia vana sunt, & dixerunt. Ambulant post inutilia. Hieremias autem dixit. Falsa hereditauerunt patres nostri: nequitia est: & non est vtilitas in eis. Appone ergo cor tuum & vide q̄ magnū damnum est istud. Et necesse est vt laboret homo totis viribus suis elongari ab eo. Plura nanq̄ p̄ceptorum (sicut ostendimus) sunt ad remouen dum opiniones illas & ad leuandum onus illud & labores grandes quos subibant homines illi ad seruitium idolorum. Omne vero p̄ceptum & omnis phibitio legis cui⁹ rationē vel causam non intellexeris, scito q̄ est medicina cōtra aliquā de infirmitatib⁹ illis q̄ nō remaserūt, neq̄ scim⁹ eas hodie: deo gratias. Hoc aut̄ est credibile cuiuscūq̄ hoī p̄fecto: & verificat verbū qd̄ dixit dñs. Non dixi semini Iacob frustra, querite me. Iam ergo diximus singula p̄cepta quę spe ctant ad hanc partem: & ostendimus rationes & causas, exceptis paucis quorum rationem ignoramus: licet per viam veritatis iam ostenderimus rationē in expositione quę propinqua est scientiæ quantum ad intelligentem.

De expositione difficilium verborum legis.

Capitulum, LI.

**M** Erba quedam de arcanis legis sunt in quibus errauerūt multi: et necesse habemus exponere illa. Hęc autē sunt historie & narrationes quę reperiuntur in lege. Omnia vero vtilitatē habēt & rationē: sicut rememoratio generationū filiorū Noe, & locorū suorū & habitationū suarū: similiter in filiis Sen: & in regibus qui regnauerūt in terra Edom Tu autē scis q̄ Manasse nequaq̄, sicut dixerūt Sapiētes, loquebat̄ semp in domo sua: ostēdēs fœditatē istarū rationū: & dicebat: Moyse non debebat scribere sororē Lothan. s. Tinna. Ego vero narrabo tibi ista generaliter: postea prosequar̄ singula sicut feci in ratione p̄ceptorū. Scito q̄ quicquid inueneris in lege scdm̄ modum istum, vtilitas necessaria est in eo vel ad fir mandū opinionē aliquā quę est de principalibus legis: vel ad disponendū opa ad remouendū damna: et ego ordinabo tibi ista. Scito q̄ cū sit principalitas legis q̄ mūdus est creatus: & q̄ primus homo fuit singulare quoddā huius speciei homo. s. Adam: & inter ipsum & Moysen magistrum nostrum non fuerūt nisi mille quingenti anni fere: et si historia ista solummodo inueniretur contradiceretur ei ab hominibus: quia dispersi erant homines vsq̄ ad fines ter ræ, & genera varia & lingue valde differentes. Idcirco ablata fuit ista dubitatio facta mentio ne de generationibus eorum: & nomina maiorum scripta sunt, talis filius talis, & longitudo dierum vitæ ipsorum, & locus habitationis eorum: etiam causę effectiuę dispersionis eorum vsq̄ ad fines terræ, & distributionis linguarum: licet prius fuissent in vno loco & conuenirēt in vna lingua: quia sic erat necesse: cum omnes essent filii eiusdem hominis. Similiter ratio di luuii est scripta & Sodome & Gomorre, vt esset signū super credulitate recta. & Dauid dixit Si vtiq̄ est fructus iusto: et dominus iudicans in terra. Similiter p̄lium. ix. Regum, ad de monstrandum signum q̄ Abraham vicit quatuor reges fortes cum paucis hominibus. Fe cit etiam nos scire q̄ iuuat fratrem suum qui credebatur credulitate eius: et exposuit vitam suam periculo mortis vt liberaret eum. Fecit etiam nos scire q̄ non erat cupidus sed erat cō tentus modico: & largam habebat voluntatem & honestatem morum. Sicut dixit, A filo sub tegminis vsq̄ ad corrigiam non accipiam de omnibus bonis tuis. Generatio vero filiorum Seir: & diuisio generis eorum per homines famosos fuit scripta in ratione p̄cepti huius. s. quia p̄cepit dominus delere memoriam Amalech solummodo. Amalech vero fuit filius Elisar, quem suscepit ex Tinna sorore Lothan. Alios autem filios Esau non p̄cepit occidi. Esau vero duxit vxorē de filiabus Seir: & habuit filios, & regnauit super illos: & genus eius commixtum est cum genere illorum. Omnis autem terra Seir & omnes generationes fue runt sub potestate generis potentioris: & ipsi fuerunt filii Esau. Prēterea genus Amalech fuit potentius oībus aliis: & nisi alię generationes fuissent distinctę & notę, oēs fuissent in terfecti. Et idcirco scriptę sunt omnes generationes eorum. Et scriptura dicit q̄ non omnes illi qui sunt in monte Seir & in regno Amalech, sunt filii Amalech: sed sunt filii illius & il lius: sed denominati sunt ab Amalech: quia mater eorū de illis fuit. Hoc autē totū fuit de iu stitia iudiciorū dei, ne deleteretur genus aliquod & occideretur propter aliud: quoniā p̄ceptū non fuit datū p̄cise nisi sup̄ genere Amalech. Iam ostēdimus secretū vtilitatis & sapiētie q̄ inueniuntur in huiusmodi. Ratio vero Regū qui regnauerūt in terra Edom, fuit scripta: quia inuenitur inter p̄cepta: Non poteris cū regnauerit super te vir alienigena qui non fuerit fra ter tuus. Reges autē qui nominantur ibi, nec vnus ex eis est de genere Edom. Nonne vides q̄ narrat genus eorū & noīa terrarū suarū: cū dicit talis de tali loco. Et qd̄ mihi videtur est qa cōsuetudines eorū & mores graues erāt & notī. s. Regū Edom: & q̄ ipsi p̄ualuerūt sup̄ filios Esau: & oppreserūt eos. Et idcirco fecit mētionē de ipsis in hoc loco, ac si diceret: Videte fra tres vestros filios Esau: quorū Reges fuerūt tales: & opera ipsorū sunt scita & nota. Quoniam cū alienigena dominatur alicui genti, opprimit eā & cōterit immoderate. Vniuersaliter autē sicut p̄dixi tibi de ritibus gētis Zabiorū q̄ latent nos & plures eorū: sic & cōtētionē dierū antiquorū latent nos. Si vero sciremus oīa quę tūc cōtēgerūt: & oīa quę tūc innouata fuerūt intelligeremus rationē & causam pluriū q̄ lex narrat. Scire debes q̄ intellectus rerū scriptarū nō equatur intellectui rerū visarū: quia in rebus visis sunt p̄cularia quedā valde necessaria quę nō possunt narrari nisi verbis prolis: quę cū cōsiderauerit aliq̄, putabit q̄ illa prolisitas sup̄flua fuerit: vel q̄ est ibi repetitio rationis. Si aut̄ visu cōphēsa essent illa, tūc sciret̄ quare necessaria fuerit illa plixitas vel iteratio rationis. Et idcirco cū videris verba legis quę nō sunt de vniuersitate p̄ceptorū, nō putes q̄ frustra scripta sunt: vel q̄ est ibi prolisitas sine vtilitate. Causa vero huius rei est: quia nō vides illa p̄cularia q̄ iducūt rationē talē sup̄ tali

Iduomilla

Intellectus rerum scri ptarū nōn aquat̄ itel lectui rerū visarū,

re. De vniuersitate vero predictorum est rememoratio mansionum que fuerunt in deserto: de quibus videtur hominibus quod nulla utilitas est in eis. Et propter errorem istum qui ascendit in cor dixit scriptura. Scripsit Moyses mutationes eorum & mansiones ad verbum domini. Necessitas autem magna fuit rememorare illa que ostendunt signa & mirabilia que fuerunt facta in deserto in veritate omnibus qui viderunt: sed si in temporibus futuris audiretur illa, contradiceret eis ab auditoribus. Scitum autem est quod signum & miraculum non est dubitabile & credibile apud gentes in temporibus longinquis. De signis vero legis & magnis mirabilibus eius fuit mora filiorum Israel in deserto. xl. annis, in quibus manna inueniebatur quotidie. Desertum autem illud erat, sicut dicit scriptura, plenum serpentibus & scorpionibus, & ficitate: in quo non erat aqua: & erat locus valde remorus ab habitatione hominum: & non erat conueniens naturae hominum, sicut scriptura dixit. Non erat locus semetis, neque ficus, neque vitis, neque malogranati. Et propheta dixit de eo. Terra inuisa per quam non transiit homo. Lex vero dixit. Panem non comedistis: nec vinum, nec ciceram bibistis. Et haec omnia fuerunt signa oculis visa. Cum igitur creator presciuit quia venturum erat super his signis & miraculis quod solet accidere in interioribus & bellis dierum antiquorum que non credunt auditores in longinquitate temporis: & putarent homines quod habitatio in deserto fuerat iuxta populorum habitationem: in loco. scilicet in quo erant homines: sicut sunt deserta in quibus morantur Arabes hodie, vel quod erant loca in quibus possent arare: vel quod erant ibi herbe vel plantae comestibiles: & quod erat secundum consuetudinem locorum in quibus ista inueniuntur: vel quod erat ibi puteus aquarum: Propter hoc igitur remouit dominus de cordibus hominum omnes istas cogitationes, & firmavit omnia ista per rememorationem omnium mutationum, ut intelligerent ea generationes futurae, & scirent miracula magna, quomodo permansissent homines in locis illis xl. annis. Propter eandem rationem Iosue posuit Anathema super illum qui reedificaret Hiericho: ut esset signum perpetuum in temporibus futuris: & omnes qui videret muros illos submersos in terra, sciret quod illa constructio murorum non fuerit destructa, sed miraculose submersa. Similis ratio est in eo quod dixit lex. Ad verbum domini mouebantur. Vide quod istud sufficiebat in narratione illa: quia in principio cogitationis apparet quod quicquid postea dixit, est prolixitas non necessaria: sed quia dixit, nubes tot diebus quiescebat super tabernaculum: et dicit: quandoque nubes quiescebat a vespera usque ad mane vel duobus diebus: vel per mensem, vel per annum: Ego vero narrabo tibi totum istud: & dicam quod ratio sua & causa fuit ad remouendum quod putabatur homines usque hodie: qui dicebant quod filii Israel errauerunt in deserto, & nesciebant quo irent, sicut scriptura dixit: Errauerunt in solitudine. Similiter & Arabes putant usque hodie quod filii Israel errauerunt in deserto, & nesciebant viam. Et idcirco scripta sunt ad firmandum & exponendum quod mutationes illae fuerunt ordinate, & mora que accidit in parte mansionum, & diuersitas temporis more in qualibet mansione, donec inuenimus quod mora in vno loco durauit. xxxviii. annis in itinere vnius diei, Et totum illud fuit cum voluntate specialis: nec fuit error in via: sed secundum quod eleuabatur columna a nube: & idcirco destruxit lex omnia ista. Lex autem fecit scire quod spatium illius viae breue quod erat & notum. scilicet spatium quod erat inter Oreb, in quo fuit interior morandi, sicut scriptura dixit: Seruietis domino in monte isto & inter Cades Barne, que erat in principio terre inhabitatae, sicut dicit scriptura. Ecce vos in Cades ciuitate extremitatis tuae. Hoc autem erat iter. xi. dierum, sicut dictum est. xi. dies erant de Oreb per viam montis Seir usque in Cades Barne. Nec erat ille locus in quo errarent. xl. annis: sed ratio est propter causas scriptas in lege. Eodem quoque modo cuiuscumque rei non aduerteris rationem: res illa causam habet forte, & procedit secundum principalitatem quam exposuerunt sapientes super versum qui dicit: Quia non est aliquid frustra in nobis: quod si frustra est, ex nobis est, id est ex defectu scientiae nostrae.

## De corroboracione antedictorum, & seruitio debito. Cap. LII.

**I**n capitulo isto quod subiugemus modo, non est aliqua ratio addita aliis: rationibusque continetur in aliis capitulis: sed corroboratur rationes huius libri cum expositione seruitii quod debet facere qui secutus fuerit veritates que separate sunt in eo postquam intellexerit quid est, & ad ostendendum consecutionem ipsius seruitii quod est finis hominis: & ut sciat quomodo cura dei erit coniuncta cum eo in hoc seculo donec exeat ad lucem vite. Volo autem aperire verba ista in hoc capitulo in Parabola quam inducam. Dicam ergo. Rex quidam sedet in munitione sua: seruumque autem illius quidam sunt in eadem ciuitate: alii vero extra. Illorum autem qui sunt in ciuitate, quidam conuerterunt dorsum ad palatium regis: faciem vero suam versus aliam partem. Quidam vero faciem habent versus palatium

Parabola pulchra.

Regis: & tenderunt ad ipsum: & vellent ipsi appropinquare & stare coram ipso: sed tamen nunquam viderunt murum palatii regis. Sunt & alii qui appropinquat domui: & circueiunt eam quentes portam: alii vero intrauerunt ianuam & ambulat per atrium. Alii vero intrauerunt domum & propinquum sunt regi, sed non vident eum neque loquuntur cum eo. Sed postquam intrauerunt domum necesse habet querere & inuestigare qualiter possint interiorius intrare: & tunc videbunt faciem regis: vel longe, vel prope, vel audient verba regis: vel loquentur cum eo. Exponam tibi similitudinem istam quam induxi. Scito igitur quod qui sunt extra ciuitatem, sunt omnes illi qui non credunt deum: nec ex parte receptionis: sicut gens Parthorum que inhabitat partes orientis, & Aethiopes qui morantur in plaga meridionali & multi similes illis qui morantur nobiscum infra terminos nostre habitabilis. Iudicium vero istorum est sicut animalium irrationalium: & secundum me non sunt in gradu speciei hominum: sed sunt in altiori gradu quam sit gradus simiarum. Non enim habent aliquid hominis nisi figuram: plus tamen habent de cognitione quam simiae. Qui vero sunt in ciuitate, sed dorsum vertunt ad domum regis, sunt illi qui in opinionibus & speculatione sua credulitates habent vanas: vel per errorem qui accidit in speculatione sua: vel per receptionem quam perceperunt ab aliquo erroneo, & semper permanet in illis credulitatibus, & quanto magis vadit tanto magis elongatur a domo regis. Isti autem sunt multo deteriores prioribus: ideoque necessarium fuit in quibusdam temporibus ut tales interficerentur & destruerent ne alios inducerent in errorem. Illi vero quorum facies est versus domum regis & volunt intrare, sed nunquam viderunt eam: isti sunt vniuersitas tenentium legem. scilicet laici qui exercet se in peccatis. Qui autem appropinquauerunt domui regis & circueiunt eam, isti sunt qui legunt & tenent credulitates rectas ex parte receptionis: & cauent sibi & custodiunt se a prohibitionibus, neque laborant in consideratione intellectus radicis credulitatis: nec inquirunt veritatem credulitatis. Qui autem sepauerunt se ab aliis principalibus credulitatis, illi sunt qui intrauerunt. quilibet autem secundum gradum suum, & secundum comprehensionem suam. Qui vero scit probare quicquid est probabile, & credit de rebus spiritualibus quicquid credit per probationem, & est prope veritatem in omni re in qua non potest apprehendi veritas: iste talis est qui intrauit cum rege in domum suam. Scito filii mei quod dum studueris in scientiis disciplinalibus & in arte dialectica, eris de illis qui circueiunt domum regis quentes portam ipsius: sicut dixerunt sapientes in Parabola. Adhuc filius Auenzoma est foris. Cum vero intellexeris naturalia: tunc iam intraisti munitionem regis & ambulat per atrium. Cum vero perfectus fueris in naturalibus: & intellexeris spiritualia, tunc iam intraisti in domum regis: & eris cum ipso in eadem domo: sed nondum vidisti eum. Hic autem est gradus sapientium: diuersi tamen sunt in suis perfectionibus. Qui vero postquam perfectus fuerit, exercuerit cogitationes suas, & in omnibus actibus suis intederit in creatorem, & postposuerit omnia alia, & posuit omnia opera intellectus sui in omnibus creaturis ad sciendum ex ipsis creatoris essentiam quo est: ille est de illis qui semper sunt cum rege: & videt faciem ipsius. & hic est gradus prophetarum. Fuit autem aliquis de prophetis qui appropinquauit creatori ex fortitudine suae comprehensionis: & sua elongatione ab omnibus aliis: adeo quod de eo dictum est. Fuit ibi cum domino, querebat etiam & respondebat ei in visione prophetiae & ipsius sanctitatis: & propter magnam delectationem anime suae ex his que comprehendit, panem non comedit, & aquam non bibit. Quonia intellectus viguit & pualuit multum donec virtutes corporales succubuerunt. Fuit etiam aliquis de prophetis qui vidit, & alius qui vidit de prope: & qui vidit de longe, sicut dixit Hieremias. De longe dominus apparuit mihi. Locuti sumus iam in premissis de gradibus prophetiae: sed modo reuertemur ad interiorem capituli que est ut omnes cogitationes fixe sint in creatore solummodo post cognitionem illius qui sciuerit eum, sicut iam ostendimus. Istud autem est seruitium quod est separatim & appropriatum in comprehensibilibus veritatis: & quanto magis addiderit ut cogitet de eo, & ut stet coram ipso: tanto seruitium & letitia erit maius. Qui vero cogitauerit de creatore: & frequenter noiauerit eum non sciens ipsum scientia vera: sed sequit imaginationem simplicem: vel credit de ipso quod non est in eo: scito quod iste talis semper me, est extra domum: & longe distat ab eo: quia non noiat creatorem vere: nec cogitat de eo recte: quoniam illud quod est in eius cogitatione & quod credit non conuenit cum essentia creatoris: sed sunt signum cordis sui: & cogitationes vanae, sicut ostendimus in his que praediximus de nobis creatoris: sed necesse est adherere huic generi seruitii post cognitionem intelligibilem: & cum apprehenderit creatorem & eius opera semper quod exigit intellectus: tunc incipies conuerrere faciem tuam versus ipsum & appropinquare ipsi, & esse iter illos qui sunt iuxta eum: & crescet coniunctio que est iter te & ipsum. & hic est intellectus, sicut scriptura dixit, Tibi fuit ostensum in scientia: quia dominus ipse est deus. Et iterum. Scies hodie & reuerteris ad cor tuum, quia dominus ipse est deus. Lex etiam ostendit quod istud vltimum seruitium de quo loquimur in hoc capitulo, non potest esse nisi post apprehensionem creatoris per intellectum, sicut scriptura dicit, Ut diligatis dominum deum vestrum ex toto corde vestro: & ex tota anima vestra.

Nota quales reputat homines deum ignorantes.

Iam aut exposuimus q̄ dilectio est sc̄dm apphensionē: post dilectionē aut erit postseruitiū: ad qd̄ perceperūt nos sapiētes, dicētes. Hoc est seruitiū qd̄ est in corde. Istud aut est sicut mihi videt̄, opari cogitationē ī intelligibili primo & cogitare de ipso: & adherere ipsi separatim sc̄dm posse. Et ppter hoc p̄cepit Dauid Salomoni filio suo: & corroborauit ī eo ista duo. s. laborē & studiū in ipsius apphensione: & exercitiū in eius seruitio post apphensionē eius: & dixit ei. Salomon fili mi, scito Deum patris tui & seruias ei. & dixit. Si requisieris eū, erit tibi p̄stō: et si dereliqueris eū, derelinquet te in p̄petuū. Et dedit cautelā sup apphensionibus imaginabilibus qm̄ hm̄oi cogitatio nō vocat̄ sciētia, sicut Propheta dicit, Qd̄ ascēdit ī spiritu vestro esse, nō erit. Ostēsum est igit̄ q̄ intērio post apphensionē est cōiūgi ei: & vt cogitatio intelligibilis exerceat se semp in amore ipsi. Istud est aut ppter qd̄ pōt homo eē p̄fectior vt sit separatus ab aliis hoibus: et idcirco sancti semp sequestrabāt se ab aliis, & nō cōiūgebant aliis nisi cū necessitas inuitabilis vrgeret, cautela necessaria. Iā ostēdi tibi q̄ intellectus iste q̄ largitus est nobis a creatore, p̄ se est q̄ cōiūgit nos ei. Potentia vero est in manu tua: si volueris ipm̄ roborare & cōfortare, poteris hoc facere. Si aut volueris ipm̄ debilitare & diminuere paulatim donec remoueas illū a te: sicut potes hoc facere. Scito aut q̄ ista cōiūctio roborabitur & p̄ualebit si exercueris cogitationes tuas ī ipsius dilectione: et cū infixe fuerint in eo sicut ostēdimus. Debilitabitur aut & deficiet si cogitationes descēderint & laborauerint in rebus secularibus. Si vero tu esses sapiētior oib⁹ hoibus in veritate sapiētiē spiritualis: scito q̄ cū remoueris cogitationes tuas a creatore, & laboraueris circa negotia tua necessaria: iam p̄cisa est cōiūctio q̄ erat inter te & ipm̄: et tūc tu nō es cū eo: quia cōiūctor qui te & ipm̄ cōiūgebat, cessabat esse in actu in illa hora. Propter hoc ergo sancti nimis anxiant̄ cū debebāt aliquid opari: & cauebant in hac re multū. Dauid figdē dixit. Prouidebā dominū in cōspectu meo: semp a dextris est mihi ne cōmouear. Hoc est dicere, Mens mea & sapiētia mea nō euagat̄ ab eo: quasi habere eū ad manū meā dexterā: cuius officiū nō possum postponere: nec ī p̄cōto horē ppter frequentē vsum eius: et ppter hoc non cōmoueor. Scito etiā q̄ oīa opa ista seruitioꝝ: sicut lectio legis & oratio & executio alioꝝ p̄ceptorū, finis eoz̄ nō est nisi vt exerceas te in p̄ceptis creatoris: vt elōgeris a negotiis secularib⁹: & q̄ exercitiū tuū sit circa ipm̄ & nō circa aliud. Si vero cū motu labiorū tuoz̄ oraueris cōuertēs faciē tuā ad parietē: & tñ cogitas de mercibus tuis, vel si legis legē verba p̄ferēs lingua: cogitatio vero cordis tui est ī aedificatione domus tuę: nec intelligis qd̄ legis. Sicut cū facis aliqd̄ p̄ceptū cū mēbris tuis: sicut q̄ fodit fossatū aliquid: vel q̄ scindit ligna in nemore nō intelligēs opis rationē. s. quare fiat: & q̄ sit finis eius. Si igit̄ sic feceris: nō putes q̄ adeptus es finē: sed similis es illis de q̄bus dictū est. Prope est dñs ori eoz̄ & longe a renibus ipsoꝝ. Nūc aut incipiā ostēdere tibi viā disciplinē p̄ quā venias ad volūtātē istā: & consequaris istū magnū finē. Principiū in quo debes exercere animā tuā, est vt sensus tuus sit vacuus ab omni alia re in tēpore orationis tuę: et cū legeris rationē q̄ est principalitas vnitatis. Neq̄ ponas sufficiētā tuā in hoc vt mens tua sit vacua in p̄ma benedictione orationis, vel in primo versu huius lectionis quā pdiximus. Cū vero firmatū fuerit illud in te multo tēpore, exercebis animā tuā. Postea cū legeris legē, vel audieris eā legi, pone oēs cogitationes tuas ad intelligendū oīa quę legeris vel audieris: & cū exercueris te in istis p̄ aliquos dies, exercebis animā tuā: & assuesces vt sint cogitationes tuę mūde & aīa tua, et clara in oibus quę legeris de dictis prophetarū. Attende etiā ad vnūuersitatē benedictionū quas ordinauerunt sapientes: et scito quid loqueris, & intellige rationem eius. Cū vero depurata fuerint ista seruitia: & cogitatio tua fuerit mūda a cogitationibus negotiorū secularium: cum pdicta seruitia feceris, tunc exercebis animam tuam ad cogitandum postea de negotiis tuis necessariis: vel in preparatione victus tui: et generaliter in negotiis secularibus, in ratione. s. cibi & potus, vel balneorum, vel loquēdi cum familia tua, vel cū paruulis natis tuis: vel cū vnūuersitate populi. Ecce dedi multarū spatia horarū in quibus cogites in omnibus quę necessaria fuerint tibi & domui tuę. In hora vero seruitii creatoris & executionis p̄ceptorum cogitationes tuę non declinent ad alia nisi ad illa quę facis: sed cum solitarius fueris, & cū iacueris in lecto tuo vigilās, custodi animā tuā: ne cogitationes tuę ī horis illis honestis laborēt circa alia nisi in seruitio intelligibili. Et hoc est appropinquare creatori & stare corā ipso p̄ viā rectā & verā quā feci te scire: nō p̄ viā opationū virtutis imaginatiuę. Hūc aut finē sicut mihi videt̄, poteris acgrere q̄ exercuerit animā suā de viris sapiētibus in studio disciplinæ. Esse vero hoīem apphenorē sciētię veritatū, & delectari ī eo qd̄ apphēdit

Orationis  
& lectionis  
legis finis.

de illis: licet etiā loquatur cū hoibus: & labore in his q̄ necessaria sunt corpori eius: & esse totū intellectū ipsius inspectorē & cōsideratorē creatoris sui: & esse semp corā illo ī corde suo et cū hominib⁹ in lingua, sicut dixit Salomon in Parabolis Cātici Cātici. quę spectāt ad hāc rationē: Ego dormio & cor meū vigilat: Non dico q̄ iste gradus fuerit oīm prophetarū: sed dico q̄ fuit gradus Moyfi Magistri nostri: de quo dictū est: Accedet Moyses solus ad dñm: ipsi vero nō appropinquabūt. Et iterū. Fuit ibi cū dño. & ei dictū est. Tu sta hic mecum. sc̄dm q̄ ostēdimus in istis versib⁹. Iste fuit gradus patriarcharū quē adepti sunt in appropinquatiōe sua ad eū: p̄ quos fecit sciri nomē suū oib⁹ hoib⁹ q̄ sunt ī mūdo, sicut dictū est. Deus Abraham deus Isaac, deus Iacob. Istud est nomē meū p̄ secula. Cōsecuti sunt etiā p̄ vnionē & applicationē intellectus aīę suę ad ipm̄: q̄ pepigit cum quolibet illoꝝ pactū sempiternū: sicut dixit. Memor ero fœderis mei cū Iacob, & pacti mei cū Isaac: & fœderis mei cum Abraham: qm̄ in istis quatuor. s. tribus patriarchis & Moyse, scitū fuit ex vehemēti cōiūctione ipsoꝝ cū creatore. s. ex apphensione ipsius & dilectione, qd̄ de ipsis scriptura testat̄: & ita fuit cura dei fixa in eis & in generatione ipsoꝝ post eos: & cū cōuerfabant̄ inter hoies: sed laborē suū in acgrēdo necessaria & custodiēdo habita: exercebāt cū mēbris suis solūmō sicut mihi videt̄. Sed eoz̄ cogitationes & intellectus nō recedebāt a p̄sentia creatoris. Videt̄ etiā mihi q̄ qd̄ fecit istos q̄tū or remanere ī fine p̄fectionis erga creatorē, & vt eēt cura illi⁹ fixa ī eis semp ī officiis suis & opib⁹ ī multiplicandis diuitiis suis ī pecorib⁹ & agricultura, & aliis necessariis domui suę: fuit q̄ finis eoz̄ ī plurib⁹ istoz̄ operū erat multiplicare appropinquatiōē suā ad creatorē ī fine applicationis: q̄ finis laboris eoz̄ ī istis secularib⁹ fuit vt h̄ret potētiā iueniēdi gētē q̄ cognosceret creatorē: & seruiret ei, sicut scriptura dixit de Abraham: Quia scio q̄ mādauit filiis suis & domui post se: vt custodiāt viā dñi. Iā ergo ostēsum est tibi q̄ finis laboris eoz̄ fuit vt diffunderet vnitas creatoris p̄ vnūuersum mūdū: & vt instrueret hoies & induceret ī amorē creatoris. Et idcirco cōfirmatus est eis gradus iste: q̄ officia illa q̄ exercebāt erāt seruitia magna & p̄fecta erga creatorē. Iste vero gradus nō est hm̄oi vt p̄ talē qualis ego sum possit demonstrari: sed ad gradū illū de quo locuti sumus ante istū, pōt homo accedere p̄ exercitiū & studiū: qd̄ ostēdimus ī remouēdo errores & ipedimēta q̄ diuidunt inter nos & ipm̄: licet plura de ipedimētis ipsis nos ipsi facimus: sicut ostēdimus in capitulis huius libri: et sicut scriptura dicit. Peccata nostra diuiserūt inter nos & deū. Visum est autē mihi modo vt rememore rationē quādā mirabilē q̄ dubitationes oēs soluet, & reuelabunt̄ in ea secreta specialia. Iam ostēdimus in capitulis de cura dei erga creaturas, q̄ sc̄dm intellectū cuiuslibet intelligentis erit cura dei in ipso. & in hoīe q̄ est p̄fectus in adoptione p̄fectionū cuius intellectus & cor nō recedit a creatore: cura dei semp erit fixa in eo. In hoīe vero p̄fecto in apphensione sua: qui tñ quicq̄ relaxat cogitationes suas a meditatione dei, cura eius erit fixa in isto in hora in qua meditatatus fuerit de eo: & recedet ab ipso ī hora quacūq̄ laborauerit circa negotia secularia. Ab ipso aut nō est elongatio curę dei sicut ab illo qui nūq̄ intellexit creatorem: sed cura diminetur circa ipm̄ aliquātulū: qm̄ talis nō habet intellectū p̄fectū in actu cū circa alia negotia studet vel laborat: sed tūc est eius intellectus ī potētia actuī p̄p̄nua. Cui⁹ similitudo est, sicut scriptor bonus in hora ī qua nō scripsit. Qui vero nunq̄ intellexerit creatorē, erit sicut ille q̄ semp est in tenebris: & nūq̄ vidit lucē. Et de talibus dictū est. Impii in tenebris conticescent. Qui aut apphendit creatorē & faciē eius: & intērio est cōiūgi ī intelligibili, est sicut ille q̄ est in luce solis clara & mūda. Qui vero apphendit & quicq̄ laborat circa negotia secularia, est sicut ille qui est positus in die nubila in qua non apparet sol ppter impedimenta nubium quę diuidūt iter solē & ipsum. Propter hoc igitur videtur mihi q̄ sicut prophetarū vel sanctorum accidunt occasiones aliq̄ue vel aliquid mali: nō contingūt ei talia nisi in hora quādo postpositus illud: & iuxta quātitatē postpositionis vel omissionis cōtigit accidēs occasionis. Qz̄ si ita est: ergo iā soluimus magnā dubitationē q̄ induxit philosophos ad dicēdū q̄ cura specialis nō inuenit̄ ī vllō singulari hoīe. Et posuerūt æqualitatē iter ipsos singulares hoies & singularia iūmetoz̄. Probatio vero ipsoꝝ sup hoc erat, q̄ videbant sanctis & iustis accidere magnas occasiones. & in his oib⁹ p̄palatū est secretū. Ex pre aut opinionis eoz̄ cura dei semp erit fixa in illo sup quē effusus est ille splendor, q̄ est p̄sto cuiuslibet q̄ laborauerit ī eius apphensione vt habeat cogitationem mundam & clarā: & vt apprehendat creatorē per vias veras: & qui delectabitur super hoc qd̄ apprehendit. Et isti tali nunq̄ potest accidere malum quodcūq̄ de numero malorum: quia est cum creatore, & creator cum eo. Sed cum deuiauerit ab eo, abscō

Cur patri  
archæ &  
Moyfes  
māserūt in  
fine p̄fectio  
nis erga  
deum.

Cur sancti  
nōnūq̄ pa  
tiantur aff  
lictionē.



ditur ipse a creatore, & creator ab eo: & tunc est expositus omni casui accidenti & omni impedimento quod potest accidere: quoniam illud quod efficitur cura dei sit fixa in homine & ut eua dat mala quae possunt accidere, est splendor intellectus: qui quoadquod fortassis absconderetur ab homine iusto & sancto: & non apparebit unquam homini periculoso, & ideo contingit eis malum quod contingit. Haec autem opinio firmata fuit in me per illud quod inueni scriptum in lege ubi dicitur: Abscondi faciem meam ab eis: & consumetur. Ostendit etiam quod nos sumus causatores huius absconsonis faciei, sicut dixit, Ego abscondam faciem meam in die illa propter omnia mala quae fecit. Non est autem dubium quod iudicium unius est sicut iudicium vniuersitatis. Ostensum est tibi iam quod causa ut sit homo singularis derelictus accidentibus superuenientibus sicut & animalia bruta, est quia ipse est absconditus a creatore. Ille vero intra quem creator suus, non tanget eum malum villo modo, sicut propheta dixit. Ne timeas quia ego tecum sum: neque formides quia ego deus tuus sum. Et iterum. Cum transieris per aquam ego tecum sum. Quoniam omnis qui sic est aptus, quod super ipsum effusus est intellectus iste, sequetur in ipso cura: & non adherent ei mala, sicut Dauid dixit. Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Et iterum: Conueni cum eo & habeto pacem, & pone mentem tuam ad ipsum: & custodieris ab omni malo. Attende etiam ad Psalmum illum qui sic incipit: Qui habitat in adiutorio altissimi. Quoniam psalmus ille loquitur de cura dei & de eius adiutorio & defensione ab omnibus corporalibus accidentibus vniuersalibus & singularibus quae inueniuntur in vno singulari & non in alio: nec non ab eo quod est ex accidentibus, & prouenit ex natura compositionis substantiae: nec non ab eo quod prouenit ex moribus & machinamentis hominum, sicut dixit. Ipse liberabit te de laqueo venantium, & a mortalitate aduersitatis. Et iterum. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Et iterum: Non timebis a timore nocturno: nec a sagitta volante per diem. Et iterum. A mortalitate perambulante in te nebris. Locutus est etiam super occasione sua a periculis hominum: & dixit: Quis transires per forte bellum ita quod interfecti caderent a dextris & a sinistris tuis, & a latere tuo mille caderent: & milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquaret. Et dixit: Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis. Post hoc autem induxit quod inductum est de gloria & honore, & posuit causam huius curae quae coniuncta est in homine isto, & dixit: Quoniam me dilexit liberabo eum, & protegam eum, quia scit nomen meum. Nos autem iam ostendimus in capitulis praemis quod ratio scientiae nominis est apprehensio creatoris. Et hoc est dicere: quia hoc adiutorium quod fixum est in hoc homine, ideo est quia sciuit me & dilexit me. Dixit ergo quod iam scis, differentiam inter Oeth & Hofeth. Quoniam cum amor est nimis intensus, & oculi diligentis & cor, & omnes cogitationes sunt intense in amicum adeo quod nihil cogitat praeter illum: iste talis vocatur Hofeth. Philosophi vero docuerunt quod potentiae corporales in tempore iuuentutis impediunt hominem ne addiscat bonos mores: quanto magis ne consequatur hanc cogitationem claram quae prouenit homini ex perfectionibus intelligibilibus quae inducunt hominem ut sit Hofeth in creatorem. Vnitas siquidem est vna de vanitatibus opinari quod cogitationes istae clare inueniri possunt in seruire mixture corporis: quae quanto magis debilitate fuerint potentiae corporales: & extinguetur ignis concupiscentiae: confortabitur intellectus, & lumen eius effundetur, & apprehensio illius erit clara & polita in eo quod apprehendit: adeo quod cum homo peruenerit ad aetatem maturam: & appropinquauerit morti tunc augmentabitur apprehensio ista augmento magno: & crescet delectatio & letitia in apprehensione illa: & intendetur amor apprehensi donec separabitur anima a corpore in ista delectatione. Propter hanc igitur rationem dixerunt sapientes in morte Moyse & Aaron & Mariae, quod de utroque duorum dictum fuit in versu proprio quod mortuus est ex ore domini, id est ad dictum eius. Sed sapientes adhaeserunt huic verbo quod dicitur Ex ore domini, & dixerunt quod mortui sunt cum osculo. Similiter dixerunt de Maria quod ipsa mortua est cum osculo: sed non est dictum de ipsa ex ore domini, quia mulier erat. Interiorio vero similitudinis huius est quod illi tres mortui sunt in delectatione huius apprehensionis ex vehementia amoris. Processerunt autem sapientes in hoc verbo secundum elegantiam vsus loquendi in carminibus & cantilenis, quae loquuntur in parabolis: & vocauerunt nomen apprehensionis quae inuenitur in fortitudine amoris ad creatorem, Osculum. iuxta illud quod dixit Salomon in Cantibus Canticorum. Osculetur me osculo oris sui. Speciem vero istam mortis quae vera est euasio mortis, dixerunt sapientes accidisse Moyse & Aaron & Mariae. Alii vero prophetae & sancti fuerunt sub isto gradu. Vniuersaliter autem confortatur apprehensio intellectus eorum: & secedunt ab hoc seculo, sicut dixit propheta. Anteibit te iustitia tua, & gloria domini colliget te. Et intellectus ille durabit in sempiternum vno & eodem modo sine omni variatione: quoniam ablata sunt impedimenta quae quandoque diuidebant inter ipsum & creatorem, & erit status eius in ista magna delectatione, quae non est de genere delectationis corporalis, sicut ostendimus in aggregatione nostra magna, & sicut alii ante nos docuerunt. Nunc igitur exerce animam tuam in intellectu istius capituli, & pone cor tuum in multiplicatione horarum in quibus possis te sequestrare ad seruitium, & stare coram ipso, & diminuerere numerum horarum in quibus oportebit te in aliis laborare. In hac autem demonstratione habes sufficientiam secundum mentem huius libri.

Nota contra nentiam Psal. Qui habitat in adiutorio &c.

In Hebraico differentia est inter Hoeth & Hofeth quod est amator, quod dicit auctor in textu libri. Dauid autem inducit hunc versum. Quoniam me dilexit liberabo eum in verbo Hofeth.

hensio intellectus eorum: & secedunt ab hoc seculo, sicut dixit propheta. Anteibit te iustitia tua, & gloria domini colliget te. Et intellectus ille durabit in sempiternum vno & eodem modo sine omni variatione: quoniam ablata sunt impedimenta quae quandoque diuidebant inter ipsum & creatorem, & erit status eius in ista magna delectatione, quae non est de genere delectationis corporalis, sicut ostendimus in aggregatione nostra magna, & sicut alii ante nos docuerunt. Nunc igitur exerce animam tuam in intellectu istius capituli, & pone cor tuum in multiplicatione horarum in quibus possis te sequestrare ad seruitium, & stare coram ipso, & diminuerere numerum horarum in quibus oportebit te in aliis laborare. In hac autem demonstratione habes sufficientiam secundum mentem huius libri.

De hominis conuersatione & moribus cum intellectu &c. Cap. LIII.

**I**ominis sessio & motus & conuersatio cum est solus in domo sua non est sic sicut quando est coram rege nobili & glorioso, neque verba ipsius cum sedet domi cum familia sua & cognatis sunt qualia debent esse cum est in Palatio Regis. Propter hoc igitur qui voluerit acquirere perfectionem humanam, & quod sit homo dei vere, necesse est ut intelligat & sciat quod rex iste sublimis qui coniunctus est ei & ei semper obligatus: est honoratior omnibus rege corporali: etiam Dauid & Salomone. Quoniam rex iste qui est obligatus, & coniunctus cum eo, iste est intellectus qui effusus est super nos: qui coniungit nos cum creatore, secundum quod nos apprehendimus ipsum cum lumine intellectus quem effundit super nos, sicut Dauid dixit. In lumine tuo videbimus lumen. Et similiter ipse cum hoc eodem lumine respicit super nos: & per ipsum est semper nobiscum videns & considerans: sicut propheta dixit. Si potest homo se abscondere in abditis ut ego non videam ipsum dicit dominus. Et intellige istud bene. Scito autem quod cum intellexerunt illud perfecti, fuit inuenta in eis humilitas & humilitatio in timore creatoris: & verecundati sunt coram eo vere non imaginatiue, adeo quod secreta negotia sua cum vxoribus suis tractauerunt cum tanta verecundia quasi cum extraneis, & palam operarentur illa: sicut scis consuetudines sapientum nostrorum: de quibus non oportet hic facere mentionem. Tu etiam scis quod docuerunt te ne incederes erecto capite, propter versum qui dicit. Plena est omnis terra gloria eius. Et hoc est ut faciam te scire rationem quam praedixi, quod nos sumus semper coram ipso, & intra gloriam eius incedimus & reuertimur. Maximis autem sapientum graue erat incedere capite discooperto: quoniam semper homo ambulat cum gloria illa. Similiter autem pauens utebantur verbis. Sed in alio loco iam ostendimus quod oportebat ostendi de paucitate verborum: sicut dicit Ecclesiastes. Dominus in caelo. Tu vero super terram. Et ideo pauci sunt sermones tui. Ratio vero illa super quam docui te, eadem est ratio & causa in executione omnium praceptorum: quoniam per illa opera omnia particularia & in frequenti repetitione ipsorum viri sancti qui sequestrati sunt ab aliis, consequuntur & acquirunt vsus donec perfecti sint in perfectione humana, & habebunt timorem creatoris, & videbunt & scient quia cum ipsis est, & postea faciet quod oportet fieri. Creator vero ostendit iam nobis quod finis implendi omnia praepcepta, est ut acquiratur illa virtus operativa, veritas debite apprehensionis suae, scilicet creatoris timor & pauor eius, sicut ostendimus in hoc capitulo cuiuslibet scienti veritates: sicut scriptura dixit. Si non custodieris ut facias omnia verba legis huius quae scripta sunt in volumine isto: ut timens nomen honorabile & quod est timendum, nomen domini dei tui. Pone ergo cor tuum, & vide qualiter ostendi tibi quod intentio verborum legis huius est propter finem vnum, scilicet ut timeatur deus. Quod autem iste finis acquiratur ex operibus est hoc ex eo quod dictum est in hoc versu qui dicit. Si non custodieris ut facias: & ostensa sunt tibi praepcepta faciendi & non faciendi. Credulitates autem & opiniones quas lex docuit nos, sunt apprehensio essentiae creatoris. Et opiniones istae docent nos amorem, sicut multoties ostendimus. Tu vero scis quod lex dicit in corroboracione dilectionis in creatorem cum dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex totis viribus tuis. Quoniam istos duos fines, scilicet timorem, & amorem, acquireret homo cum duabus rebus. Amorem siquidem acquireret in credendo legem: in qua doceret apprehensio essentiae creatoris sicut est. Timorem vero acquireret in faciendo vniuersa praepcepta, sicut diximus. Attende igitur & intende hanc puritatem quam depuramus.

De expositione trium nominum quae sunt, misericordia, iudicium, & iustitia, Capitulum, LIII.

**N** hoc capitulo cōmuniter exponemus rationes trium nominum quæ necesse habemus: & sunt ista, misericordia, iudicium, & iustitia. Alibi vero iam exposuimus quod ratio misericordie vocatur hotheth, & hoc est cum aliquis tribuit supra condignum in oibus quæ operatur, & preponit beneficia. Scitum est autem quod hotheth duo cōmuniter designat. Vnū est cum quis tribuit beneficium illi cui tenetur ex debito, & idcirco quicquid boni euenit nobis ex pte creatoris vocat Hetheth sicut ppheta dixit. Miserationū domini recordabor: & laudes eius super oibus quæ tribuit nobis. Et idcirco esse vniuersi mundi quæ creator fecit vt esset, est vt Hetheth, sicut Dauid dixit. Dixi mūdus factus est pro Hetheth. Et expositio huius versus est quod fabricatio mundi est ex misericordia creatoris. & idcirco numerauit scriptura in eius moribus, Multiplicās misericordias suas. Nomen vero iustitiæ significat reatitudinem: quæ est vt quilibet & proximo suo consequatur id quod rectum est: & tribuere cuiuslibet entium quod ei congruit. Secundum primam rationem nō dicitur iustitia in libris prophetarum cum reddis alicui quod ei debes dare: quia solutio eius quod recepisti a proximo, nō vocatur iustitia: pro qua dicit in Hebraico Credata: sed debitum: quod est in te ex parte morum honestorum: sicut quod debes iuuare pauperē istud vocatur Credata. Et idcirco scriptura dicit. In restitutione pauperi pignoris facienda erit tibi iustitia. Cum enim rexeris te super vsum morum honestorum, iam iudicas iustum scdm animam tuam sapientem, & iustitia est quia solvisti debitū ei. Et quoniam omnis mos honestus vocat iustitia, idcirco dictum est de Abraham Credidit deo, & reputatum est ei ad iustitiam: idest ad perfectionem morum credulitatis. & idcirco scriptura dixit. Iustitia erit nobis cum custodierimus vt faciamus precepta ista. Nomen vero iudicii significat precise illud ad quod recipiendum se quis obligat, siue sit pmiū, siue sit poena. Ergo iam ostensum est quod Hetheth cōuenit beneficio gratis dato: credata vero: cōuenit omni bono quod feceris scdm bonos mores: per quos perficis imperfectiones animæ tuæ. Iudicium vero dicitur quandoque ratione pmiū: quādoque ratione poenæ. Prædiximus autem iam quod omne nomen quod attribuitur creatori in libris prophetarum sumitur ab operibus: quoniam operatus est vniuersa vocatur Hatit quod est nomē decisum ab Hetheth, scilicet misericors. Propter suam vero pietatem maximam super infirma, id est regit omnia per potētiam suam, vocatur iustus. Propter illa vero bona quæ renouantur in mundo, & proueniunt ex potentia iudicii quod sequitur sapientiam, vocatur iudex. Lex autem illa tria nomina posuit loquens de ipso vbi dixit. Iudex totius terre. & dixit. Iudex & rectus ipse. & dixit. Abundās in misericordia. Nostra vero intentio in expositione istorum trium nominum fuit vt esset hæc expositio antecedens ad capitulum quod sequetur.

credeta.

De nomine quod est Sapientia.

Capitulum LV.

**N**omen sapientiæ in lingua hebraica quatuor modis dicitur. Vno modo dicitur de comprehensione veritatum, quarum finis est apprehendere creatorem, sicut dixit Salomon. Sapientia vnde inuenitur: & dixit. Si quæres eam sicut argētum, & multa alia. Dicitur autem de qualibet arte. Vnde artifices sapientes nominant, sicut dictū est in operetabernaculi. Omnis sapiens corde in vobis accedat & operetur, & iterum. Omnis mulier sapiens corde nebat. Dicitur præterea de acquisitione morum honestorum, sicut dicitur in senibus sapientia. Quod enim acquiritur ex virtute senectutis, est vt sit homo aptus recipere mores honestos. Dicitur insuper de machinationibus & cōsiliis, sicut dicitur. Demus vobis sapientiam & secundum hoc dicitur, Accipit mulierem sapientem, scilicet prudētem consiliorum & machinationum. Secundū hoc dicitur, Sapientes sunt vt faciant mala: bene autem facere nesciunt. Potest etiam contingere quod nomen sapientiæ in hebraico designabit consilium, vel operacogitationis. Et erit consilium istud & machinationes ad quærendum cum eis mores bonos animales, & etiam corporales: vel ad acquirendum opera artificialia vel mores puerulos. Notū est autem quod nomen sapientis dicitur de omni habere mores animales & corporales, & de omni perito in operibus artificialibus, & de quolibet astuto in machinationibus & consiliis ad perpetrandum mala. Secundum hanc autem expositionem dicitur quod qui scit vniuersalem legem in veritate sua, vocatur sapiens duobus modis: propter illud scilicet quod continetur in lege de moribus animalibus. Et quia potentia animales fuerunt receptæ a lege, non probatæ per viam speculationis: idcirco posuerunt in libris prophetarum & in dictis sapientum sapientiam legis vnam speciem. Sapientiam vero quæ precise & proprie dicitur, aliam speciem. Hoc autem

est quod probat ea quæ recipimus ex lege, ex ipsis potētis animalibus. Quicquid autem inuenieris in libris de pulchritudine gradus sapientiæ, & gloriæ ipsius, & de paucitate illorum qui acquirunt eam: sicut scriptura dixit. Non multi sapientes: & iterum: Sapientia vnde inuenitur & multa similia: totum hoc inquā dicitur de sapientia quæ docet nos probare legis opiniones. In verbis autem sapientum ratio illa frequenter inuenitur: quia ipsi ponunt sapientiam legis speciem vnam: & ponunt sapientiam aliam speciem. Dixerunt autem de Moyse magistro nostro, Pater in sapientia, pater in lege, pater prophetarum. Dixerunt etiam de Salomone: quod dictum est de eo quod fuit sapientior omni homine: sed non sapientior Moyse. Nec enim fuit in tētio versus istius loqui de omni homine: sed de hominibus tātūmodo sui temporis: & ideo fecit mentionem de Hemā & de aliis filiis Maol. Isti erant sapientes illius temporis. Dixerunt etiam sapientes nostri, quod homo primo requiritur ratione legis: postea ratione sapientiæ: deinde de ratione illius quod sequitur ex disciplina legis: idest vt extrahatur ex potentia illarum opinionum: quod necessarium est fieri. Sic igitur oportet vt ordinentur opiniones receptæ primo: deinde disputentur opera per quæ mores rectificentur. hoc est planum verborum suorum, dixerunt. Cum fuerit homo in iudicio, in primis dicitur ei. Separasti horas ad opus legis: diiudicasti in sapientia: intellexisti verbum vnum ex alio. Patet igitur quod sapientia legis apud eos est vna species, per quam scilicet firmantur legis opiniones cum consideratione vera. Post omnia vero quæ strauimus, audies quod ego dico. Philosophi tamen primi quæ vltimi ostenderunt quod quatuor sunt genera perfectionum quæ reperiuntur in homine. Primum genus perfectionis est imperfectius omnibus aliis, & est illud propter quod pereunt animæ hominum. Hæc autem est perfectio diuitiarum quæ consistunt in pecunia, & in panis, & in utensilibus, & in seruis, & in possessionibus, & in his similibus. Imperium etiam & regnum referuntur ad hoc genus. Inter hanc autem perfectionem & hominē nulla est coniunctio sed delectatio mētis: & hæc est cogitatio vana omnino, scilicet vt dicat hō, hæc est domus mea, vel hic est seruus meus, vel hæc est pecunia mea, vltimi populi sunt mei. Quoniam cum intellexerit radicem suam & substantiam, omnia talia inueniet extra se, & quodlibet genus istarum rerum est secundum quod conuenit in essentia. Propter hoc ergo cum illa defecerint, erit ille qui fuit rex ita quod inter ipsum & vilissimum hominē non est differentia. Hoc autem erit quod nihil mutetur in ipso de his quæ sunt in eo. Et docuerunt Philosophi quod ille qui ponit laborem suum & studium vt acquirat perfectionem talem laborat incassum: quoniam istud non durat. Licet etiam diuitiæ tales durarent apud ipsum omnibus diebus vitæ suæ: tamen nullam perfectionem acquireret in corpore suo omnino. Secunda species est magis coniuncta cum homine quæ prima, & hæc est perfectio cōpositionis corporis sui & formæ suæ, & membrorum suorum, cum prima componentia sunt sicut esse debent: & mēbra sua sunt coequalia & robusta sicut oportet. Hæc autem species perfectionis nō vocatur finis: quia est perfectio corporalis: quæ non conuenit homini secundū quod est homo: sed in quantum est animal, & aqualis est in hoc cuiusque vilissimo animalium: quod quis hominis forritudo æquaretur forritudini cuiuscumque bestię, vt leonis vel elephātis. Finis autem huius perfectionis est sicut prædiximus vt sustineat graue onus: vel frangat os durum: sed in his non est magna vtilitas corporis sui: sed vtilitas animæ nō reperitur in specie ista. Tertia species perfectionis ipsa est perfectio in substantia ipsius: & est perfectio morum corporaliū, scilicet vt sint mores hominis in fine debite perfectionis. Hæc autem species refertur & quasi deriuatur ad alios nec est finis substantiæ proprie: quia mores partim respiciunt illū qui habet, partim alios qui sunt extra ipsum, & hoc est sicut si perfectio ista morum esset facta ad cōmodum hominum. Quoniam si quis esset qui nō cōseruaretur cum aliis: nuenires tūc mores eius absque vtilitate quasi non haberet neque darent ei perfectionem in aliqua re: sed accidet ex eis vtilitas cum alii seuerint & intellexerint. Quarta species est hominis perfectio vera, & consistit in acquisitione moraliū, scilicet intelligibilia per quæ acquirunt credulitates recte in rebus spiritualibus. Hic autem est vltimus finis qui perficit hominē perfectione vera, & sunt sui solūmodo: & dant ei vitam & permanentiam sempiternam, & propter hoc homo vocatur homo. Considera ergo vtilitatem trium primarum perfectionum, & inuenies quod referuntur ad alium extra te: nō respiciunt te. Quod si dixeris quia te respiciunt: immo te & alios. Sed ista vltima perfectio est tua solūmodo: nec alius participat in ea: & idcirco studere debes vt acquiras hanc perfectionem quæ tua erit, & non studeas neque labores aliis, nec obliuiscaris animæ tuæ donec nigrescat albedo ipsius in preualendo illi potentias corporales, sicut dixit Salomon in parabolis Cantis,

Salomon fuit sapientior omni hoie, quomodo itellegendum.

Perfectio nū in hoie genera quatuor.

Cantic. que congruit isti ratioi. Videtis q̄ nigra sum: quia decolorauit me sol: filii matris mee pugnauerunt contra me. Posuerunt me custodem vinearū, vineā meā mihi nō custodiui. Propter hoc etiam dixit. Non des alii gloriam tuam: & annos tuos extraneo. Similiter & prophete docuerunt nos rationes istas, & exposuerunt eas sicut philosophi exposuerunt: & fecerunt nos scire q̄ perfectio diuitiarū, vel cōpositiones mēbroꝝ, vel perfectio morum corporaliū non sunt pfectiones in quibus homo debeat gloriari, & q̄ pfectio in qua debet homo gloriari, est sapientia creatoris, quæ est sapientia vera. Et propter hoc dixit Hieremias de istis quatuor pfectionibus. Hęc dicit dñs. Non gloriatur sapiēs in sapiētia sua: neq̄ potēs in potētia sua: neq̄ diues in diuitiis suis: sed qui gloriatur, gloriē se scire & nosse me: quia ego dñs faciēs miam & iudiciū & iustitiā in terra: quia ista volui, dicit dñs. Appone igitur cor tuū: & vide qualiter fecit mentionē de istis quatuor pfectionibus scđm ordinem quo sunt ordinate apud vniuersitatem populi. Quia pfectio maior apud eos est diues in diuitiis suis: minor vero potens in potentia sua. Minor autē isto sapiens in sapiētia sua, scilicet qui habet mores honestos: quā talis habetur in honore apud homines: quia est eis necessarius in negotiis suis. Propter hoc igitur ordinauit propheta dictas pfectiones hoc modo. Sapientes etiam locuti sunt super ista rationes illas quas p̄diximus: & ostēderunt qđ ego exposui in isto capitulo. Quoniam sapientia quæ p̄cise dicitur sapientia vbiq̄, quæ est vltimus finis, dixerunt q̄ ipsa est creatoris apprehēsiō. Diuitiē vero thesaurorū & voluptatum quas acquirit homo, putat q̄ in eis est perfectio: sed non sunt. Similiter executio p̄ceptorū omnium, scilicet genera seruitiorū omnium & mores qui sunt vtilis hominibus in negotiis suis adinuicem, omnia in quā ista nō perueniunt ad finem istum vltimū: nec æquātur ei: sed sunt stramenta quædam ad finē istū. Audi ergo verba ipsorum in omnibus istis rationibus in lingua ipsorum: dixerūt. Scriptura quædā dicit: Omnes volūtaes non æquātur ei. Et alia scriptura dicit: Omnes voluntates tuę non equantur ei. Expositio vero est q̄ istę volūtaes sunt p̄cepta & opera bona, & istę voluntates tuę sunt lapides preciosi & gēme. Ergo voluntates tuę & voluntates meę nō æquātur ei: sed in hoc solūmodo gloriatur gloriator, intelligere & scire me. Nunc igitur vide q̄ dulcia sunt verba ista, & q̄ perfectus qui dixit ea, & qualiter dimisit in expositione sua verba q̄ p̄diximus. Post q̄ igitur mentionem fecimus de p̄dicto versu & de rebus sublimibus quæ cōtinentur in eo: & de verbis quæ dixerunt sapientes in ipsius expositione: reuertimur ad apprehendendum illud qđ incepimus, & hoc est qđ non fuit intentio in hoc versu ad exponēdum finem nobilem solūmodo: qui est apprehensio creatoris: quia si hoc fuisset intentio eius solūmodo, dixisset. In hoc gloriatur gloriator intelligere & scire me quia sum vnus: vel q̄ non est similis mei, & istis similia. Sed dixit: q̄ decor p̄fectiōis est apprehēdere me & scire vias meas. i. opera mea, sicut exposuimus in hoc qđ dixit Moyses. Fac me scire vias tuas. Ostēdit etiam nobis in isto versu q̄ vię illę quas necessarium est intelligere & scire, sunt misericordia, & iudiciū, & iustitia, & adiecit aliud, scilicet in terra: quia hæc est colūna & sustentamētum legis non sicut cogitatio illorum qui festinant extendere manum ad ea quæ ignorant: & putant q̄ cura dei peruenit vsq̄ ad cælum lunę, & q̄ terra est derelicta cum omnibus quæ sunt in ea. sicut dixerunt. Dereliquit dominus terram. Sed etiam sicut docuit nos per manum domini sapientium qui dixit. Dñs est terra. Dixit q̄ ei⁹ cura est in terra sicut in cælis. Propter hoc igitur dixit. Ego dominus faciens misericordiam & iudiciū & iustitiā in terra. Deinde p̄fecit rationem & dixit. Quia ista volui. hoc est, volūtas mea est benefacere vobis & facere iudiciū & iustitiā. sicut exposuimus in. xiii. moribus: in quibus est intentio assimilari ei. Fines vero quos signauit in hoc versu, ostendit de ipsis q̄ hominis perfectio in qua debet vere gloriari, est peruenire ad notitiā creatoris, iuxta possibilitatem suam: q̄ sciat curam eius erga creaturas in esse ipsarum sicut est. Sit autem consuetudo istius hominis semper post istas apprehensiones, & eius intentio, misericordia, & iudiciū, & iustitia, & assimiletur creatori in operibus suis, sicut ostendimus alibi. Hęc autē sunt quæ visa sunt mihi vt scriberem in libro isto: qui est valde vtilis illis qui similes sunt tui. Ego vero scio q̄ cum diligenter inspexeris in eo, intelliges quæ continentur in eo cum auxilio creatoris. Ipse vero adiuuet nos ad intelligendum legem eius, & sapientiam ipsius sicut promisit nobis. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: sedentibus in regione ymbre mortis lux orietur eis.

De. CCXVIII. p̄ceptis seu mandatis dñi affirmatiuis. Cap. LVI.



Ec sunt p̄cepta quæ proprie dicunt p̄cepta, & consistunt in faciendo plura ex illis. Alia vero ex eis sunt affirmatiua: & sunt. ccxviii. scđm numerū membrorum: & alia sunt negatiua, & sunt. ccclxv. scđm numerum dierum anni: &

	inducunt bonas opinionēs		
	Ad ostendendū q̄ deus est.	Exo.	Ego sum dominus deus tuus.
	Ad ostendendū q̄ deus vnus est.	Deutero.	Audi Israel dñs deus tuus deus vnus est.
	Ad amandum ipsum.	Deutero.	Ama dominum deum tuum.
	Ad timendum ipsum.	Deutero.	Dominum tuum timebis.
	Ad ipsum exorandum.	Exo.	Seruiēs domino deo tuo.
	Ad adherendum ipsi.	Leui.	Ipsiq̄ adherēbis.
	Ad iurandum in nomine eius.	Leui.	Iurabis in nomine ipsius.
	Ad ambulandum in viis eius.	Leui.	Ambulabis in viis ipsius.
	Ad sanctificandum nomen eius.	Leui.	Sanctificabis me inter filios Israel.
	Ad discendū scripturā vnitatis.	Deute.	Meditaberis ea cū surrexeris & accubueris. &c.
	Ad docendum filios legem.	Deute.	Docete filios vestros.
	Ad ligandum Thiphilim in cap.	Deute.	Inter oculos vestros collocate.
	Ad ligandum in brachio.	Deute.	Suspendite ea pro signo in manibus vestris.
	Ad faciendum fimbrias Citit.	Nume.	Faciant sibi fimbrias quatuor.
	Ad scribendum meriza	Deute.	Scribe ea super postes.
	Ad cōgregandū populū vt audiant legē tpe certo.	Deut.	Congregabis populum.
	Ad scribendū quēlibet librū legis.	Deute.	Scribite vobis canticum istud.
	Vt rex habeat alium librum	Deuter.	Describet sibi Deuteronomiū.
	Ad benedicendū post comestionē.	Deut.	Comedes & saturabis & bñdices dño deo tuo.
	Vt faciant sanctuarium dño.	Exo.	Faciant mihi sanctuarium.
	Vt timeant sanctuarium	Leui.	Timebitis sanctuarium.
	Vt custodiant sanctuarium.	Exo.	Semper tu & filii tui coram tabernaculo.
	Vt leuita seruiat sanctuario.	Nume.	Seruiet leuita sanctuario.
	Vt lauet manus & pedes.	Exo.	Aaron & filii sui lauabunt &c.
	Sacerdotes tempore ministerii curent		
1	Vt accendantur lucernę.	Nume.	Aaron & filii sui accendent &c.
2	Vt sacerdotes benedicant	Nume.	Sic benedicetis filiis Israel.
3	Vt panes & incensum ponantur corā dño quolibet sabbato super mensam.	Exo.	
4	Vt adoleatur incensum quotidie.	Exo.	
5	Vt ignis ardeat in altari.	Leui.	Ignis super altare ardebit.
6	Vt cinis tollatur.	Leui.	Cinis quotidie tolletur de altari.
7	Vt polluti expellantur de tēplo.	Nume.	Polluti expellantur. &c.
8	Vt honor exhibeat generi Aaron.	Leui.	In oī genere sc̄tatis sanctificabis eū fratri tuo.
9	Vt sacerdos vestibus sacerdotalib⁹ induat tpe ministerii.	Exo.	Facies vestē sanctā Aarō.
10	Vt arca portetur in humeris.	Oze.	
11	Vt sacerdotes & reges vngantur vnctione sancta.	Exo.	
12	Vt sacerdotes maiores seruiant in sanctuario vice sua.	Deutero.	
13	Et in solēnitatibus omnes simul.	Deutero.	
14	Qz sacerdotes polluerentur sup mortuos suos sicut & populus.	Deutero.	
15	Vt sacerdos duceret virginem in vxorem.	Leui. iiii.	
16	Vt duo holocausta quotidie offerrentur domino.	Nume.	
17	Vt sacerdos maior quotidie aliquid offerret.	Leui.	
18	Vt holocaustum additaretur omni sabbato.	Nume.	
19	Vt holocaustum additaretur in omni neomenia mensis. vii.	Nume.	
20	Vt manipulus offerretur altera die paschę.	Leui.	
21	Vt additaretur holocaustum in die Pentecostes.	Nume.	
22	Vt duo panes offerrentur in die Pentecostes.	Leui.	
23	Vt additaretur holocaustū in prima die anni. vii. mensis.	Nume.	
24	Vt additaretur holocaustū in die expiationis. i. x. die mensis. vii.	Nume.	

25	Vt in predicta die faceret sacerdos maior totum seruitium sicut scriptum est.	
26	Vt adderetur holocaustum in festo tabernaculorum.	Nume.
27	Vt adderetur holocaustum in .8. die qui est festum per se.	Nume.
28	Vt custodiantur dies festi.	Exo.
29	Vt ter in anno presententur omnes in sanctuario.	Exo.
30	Vt letentur in illis festis.	Deutero.
31	Vt decolletur aries in pascha.	Exo.
32	Vt carnes eius comedantur .15. nocte mensis Mersan.	Exo.
33	Vt qui fuerat polluti vel in via, celebrent pascha .14. die mensis .n. Nume.	
34	Vt comedant carnes arietis in ipsa nocte.	Nume.
35	Vt clangant buccinis super holocausta.	Nume.
36	Vt omnis applicatio bestiae fiat a die .8. & in ante decimum nonum.	Leui.
37	Vt omnis bestia offerenda sit integra membris.	Leui.
38	Vt in omni sacrificio ponatur sal.	Leui.
39	Quae necessaria sunt in holocausto.	Nume.
40	Quae necessaria sunt in hostia pro peccato.	Numer.
41	Quae necessaria sunt in hostia pro derelicto, quae vocat Assam.	Nume.
42	De hostia pacificorum.	Nume.
43	De hostia pro gratiarum actione.	Nume.
44	De oblatione capituli domus si errauerit.	Leui.
45	De oblatione cuiuslibet hominis peccantis per errorem.	Leui.
46	De oblatione hominis cui dubitat utrum commiserit peccatum pro quo debet Hacat.	Leui.
47	De oblatione errantis in tollendo aliquid paruus vel negatis depositum & iuratis propter hoc.	Leui.
48	Qualis oblatio sit offerenda si quis non suffecerit ad arietem.	Leui.
49	Vt confiteatur homo coram domino omne peccatum quod commiserit.	Leui.
50	Vt homo patiens fluxum offerat oblationem postquam mundificatus fuerit.	Leui.
51	Mulier patiens fluxum offerat oblationem postquam mundificata fuerit.	Leui.
52	Vt mulier quae peperit, offerat oblationem postquam mundificata fuerit.	Leui.
53	Vt qui leprosus fuerat post munditiam sui.	Leui.
54	Vt decimentur oves & vaccae.	Leui.
55	Vt sanctificetur omne primogenitum bestiae.	Deutero.
56	Vt primogenitum hominis redimatur.	Nume.
57	Vt redimatur filius asini.	Exo.
58	Vt decimetur asinus si dominus noluerit ipsum redimere.	Exo.
59	Vt omnes oblationes quas quis debet offerre ex debito vel ex voluntate, offerantur in prima festiuitate quae euenierit.	Exo.
60	Vt omnes oblationes offerantur in domo sanctuarii.	Exo.
61	Vt omnes oblationes extra terram ipsam reducantur ad domum sanctuarii.	Exo.
62	Vt sanctificata quae lesionem habuerit, redimantur: & quod licitum sit comedere ipsa.	Exo.
63	Vt sanctum sit muratum, & illud pro quo mutatur.	Leui.
64	Vt residuum oblationum comedat Aaron & filii sui.	Leui.
65	Vt carnes de Hacat & de Assam comedantur.	Leui.
66	Vt reliquiae sacrificii pacificorum crementur.	
67	Vt carnes sanctificatae quae postea pollute sunt, crementur in igne.	Leui.
68	Vt separatus tempore consecrationis suae non tondatur neque radatur.	Nume.
69	Vt Nazareus tondatur completo tempore separationis suae, vel si acciderit ei pollutio.	Nume.
70	Vt compleat homo quicquid uouerit ore suo.	Deutero.
71	Iudicia in fractione uotorum.	Nume.
72	Vt omnis qui tetigerit cadaver, pollutus sit.	Leui.
73	Vt octo serpentina sint polluentia.	Leui.
74	Quae cibi possunt pollui.	Leui.
75	Quae menstrua sit polluta & polluens alios.	Leui.
76	Quae mulier quae peperit immunda sit & menstrua.	Leui.
77	Quae leprosus sit pollutus & polluens.	Leui.
78	Quae uir patiens fluxum sit pollutus & polluens.	Leui.

79	Quae domus plagata sit polluens.	Leui.
80	Quae sperma sit polluens.	Leui.
81	Quae mulier patiens fluxum sit polluens.	Leui.
82	Quae mortuus sit polluens.	Leui.
83	Quae aquae vaccae rufae polluentes sint hominem mundum, & mundatrices pollutionis ex mortuo solummodo.	Leui.
84	Vt munditia omnium pollutionum fiat in baptismo aquae.	Leui.
85	Vt omnis munditia leprose siue hominis siue sit domus, fiat ligno cedrio & hyssopo & vermiculo.	Le.
86	Vt leprosus tondatur omnino.	Leui.
87	Vt leprosus sit manifestus in omnibus.	Leui.
88	Qualiter vacca rufa debeat immolari.	Nume.
89	Vt homo qui sponderit animam suam deo, det precium sub aestimatione.	Deutero.
90	Vt qui fecit uotum de bestia polluta, debeat precium.	Deutero.
91	Qui sanctificauerit domum, debet precium sicut aestimabit sacerdos.	Deutero.
92	Qui sanctificauerit agrum possessionis suae.	Deutero.
93	Qui comederit sanctificatum quod teneatur reddere ut fructus quarti anni sanctus sit.	Deu.
94	Vt relinquatur pars agri vel vineae.	Deutero.
95	Vt relinquatur de oliueto.	Deutero.
96	Vt relinquatur oblitum.	Deutero.
97	Vt relinquatur quod remanserit de arboribus.	Deutero.
98	Vt relinquatur racemi de uindemia. Haec omnia pauperi & peregrino.	Deutero.
99	Vt primitiae adducantur ad domum sanctuarii.	Exod.
100	Ad separandum partem quae dicitur Charuma, sacerdoti.	Deutero.
101	Vt separetur decima annonae ad opus Leuitarum.	Leui.
102	Vt separetur decima secunda comedenda in Hierusalem.	Deutero.
103	Vt leuita de decima sua dent decimam sacerdoti.	Deutero.
104	Vt separetur decima pauperibus.	Deutero.
105	Vt confiteantur coram domino super decima.	Deutero.
106	Vt lectio recitetur quae scripta est super primitias.	Deutero.
107	Vt separetur pars massae sacerdoti.	Nume.
108	Vt dimittatur terra quiescere anno septimo.	Leuit.
109	Vt non feratur neque laboretur: ut sanctificetur annus Iubileus .l. quinquagesimus.	Leuit.
110	Vt clangatur buccina in ipso anno.	Leuit.
111	Vt redimantur possessiones in ipso anno.	Leuit.
112	Vt domus intra urbem murata consistens redimantur intra annum.	Leuit.
113	Vt computentur anni Iubilei per annos septenarios.	Leuit.
114	Vt dimittantur debita in anno septimo.	Deut.
115	Vt exigantur ab extraneo. s. idololatra.	Deut.
116	Vt dentur sacerdoti de qualibet bestia munera.	Deut.
117	Vt dentur ei primitiae tonsionis.	Deute.
118	Vt iudicentur iudicia exquisitionum partim deo, partim sacerdoti.	Leuit.
119	Vt decolletur bestia vel auis: & postea comedantur eius carnes.	Deut.
120	Vt operiatur sanguis cerui & similitum & uolatilium.	Deute.
121	Vt dimittatur mater de nido.	Deute.
122	Quot sint signa bestiae quae debet comedi.	Deute.
123	Quot sint signa uolucris quae debet comedi.	Deutero.
124	De signis locustae munda vel immunda.	Leui.
125	De signis comestibilium piscium.	
126	Vt sanctificentur menses & numerentur anni in capite domus iudicii maioris solummodo.	
127	Vt quiescat in sabbato.	
128	Vt sanctificetur sabbatum.	
129	Vt abiiciatur fermentatum.	
130	Vt narretur de aegyptiis & de iugo aegyptiaco in prima nocte solenitatis.	Exo.
131	Vt comedatur azimum in nocte illa.	Exo.

- 132 Vt quiescat in prima die pasche. Nu.  
 133 Vt quiescat in septimo die. Nu.  
 134 Vt numerentur quadraginta dies a die manipulorum. Leui.  
 135 Vt quiescat in die quinquagesimo. Vt quiescat in prima die mensis septimi. Leui.  
 136 Vt ieiunetur in decima die mensis eiusdem.  
 137 Vt quiescat in ipsa die ieiunii. Vt quiescat in prima die tabernaculorum. Leui.  
 138 Vt quiescat in octava die. vt habitent in tabernaculis septē diebus. Leui.  
 139 Vt teneant palmam & alias species in illa die. Leuit.  
 140 Vt audiatur vox cornu in prima die anni. Leui.  
 141 Vt detur medietas ponderis quolibet anno. Exo.  
 142 Vt audiatur quilibet propheta in tempore suo. Deut.  
 143 Vt non addiderit vel diminuerit de lege. Deut.  
 144 Vt rex constituitur. Deut.  
 145 Vt obediatur capitulo domus iudicii maioris. Deutero.  
 146 Vt sequantur plures si contrarietas fuerit inter seniores in iudiciis.  
 147 Vt constituantur iudices & prepositi vbiq;. Leui.  
 148 Vt aquetur inter duos aduocatos in iudicio. Leui.  
 149 Vt testis testificetur quod scit. Leui.  
 150 Vt diligenter examinentur testes. Deu.  
 151 Vt fiat testibus sicut facere voluerint. Deu. 152. Vt vitula cedatur ceruice. Deut.  
 153 Vt eligantur sex ciuitates refugii. Deut.  
 154 Vt dentur Leuitis vrbes in quibus morentur. Nume.  
 155 Vt in domo vnus fiat vnus certi per circuitum.  
 156 Vt seruitium idolorum & idololatrę disperdantur. Deu.  
 157 Vt interficiantur homines ciuitatis exosę. Deutero.  
 158 Vt deleantur septem gentes de terra Israel. Deu.  
 159 Vt deleatur genus Amalech. Deut.  
 160 Vt reducatur semper ad memoriam qđ fecit Amalech. Deu.  
 161 Vt fiat in aliis pugnis sicut scriptura mandat. Deutero.  
 162 Vt sacerdos instante p̄alio ster ante populum. Deutero.  
 163 Vt p̄paretur extra castra locus secessus. Deutero.  
 164 Vt p̄paretur paxillus in exitu de castris. Deutero.  
 165 Vt restituatur ablatum. Vt elemosynam dent. Leui.  
 166 Vt viaticum detur seruo. Deutero. 167 Vt mutuum detur pauperi. Exo.  
 168 Vt extraneo. scilicet idololatrę. detur mutuum sub vsura. Deutero.  
 169 Vt pignus restituatur domino. eadem die. Deutero.  
 170 Vt merces detur operario eadem die. Deutero.  
 171 Vt operarius comedat de iis in quibus laborauerit. Deutero.  
 172 Vt iuuet proximum suum vel iumentum eius in onere. Exo.  
 173 Vt homo subleuet bestiam quę cecidit sub onere. Deutero.  
 174 Vt reducat homo rem perditam in domum domini. Deutero.  
 175 Vt impropetetur peccatori proximo. Leui. 176 Vt diligant proximum. Leui.  
 177 Vt ament peregrinum. Deutero. 178 Vt habeant pondera iusta. Leui.  
 179 Vt sapientes honorentur. Leui. 180 Vt honorent patrem & matrem. Exo.  
 181 Vt timeant patrem & matrem. Leui. 181 Vt fructificent & multiplicentur. Nume.  
 183 Vt contrahat homo. Deutero. 184 Vt lateat sponsus cum sponsa per annū vnū. Deu.  
 185 Vt circuncidatur puer octaua die. Deu. 186 Vt frater vxorem fratris ducat. Deutero.  
 187 Vt disalcietur frater qui noluerit vxorem ducere. Deutero.  
 188 Vt qui per vim oppressit aliquam. ipsam ducat vxorem. Deutero.  
 189 Qui diffamauerit vxorem suam. non possit eam dimittere in vita sua. Deutero.  
 190 Vt iudicetur scriptum sicut est in deceptore mulieris. Deutero.  
 191 Vt fiat de captiua formosa sicut scriptum est. Nume.  
 192 Vt cum charta fiat repudiū. Nume. 193 Vt fiat a sacerdote sicut scriptura dicit. Nūc.  
 194 Vt detur poena quę dicitur mltur male merito. Nume.

- 195 Vt fugiat qui occidit aliquem per errorem. vsq; ad mortem maioris sacerdotis. Nume.  
 196 Vt capitulum domus iudicii maioris interficiat gladio. Exo.  
 197 Vt interficiantur fornicator & fornicaria. Leui.  
 198 Vt crementur igne. Leui. 199 Vt lapidibus obruantur. Deutero.  
 200 Vt in patibulo suspendantur. Deutero. 201 Vt suspensus sepelatur. Deutero.  
 202 Vt fiat iudicium serui Hebraei sicut scriptum est. Exo.  
 203 Quid fieri debeat de serua Hebraea quam sibi coniunxit dominus. Exo.  
 204 Vt dimittatur libera. Exo. 205 Vt semper seruus sit Chananæus. Exo.  
 206 Vt qui damnum dederit. multa puniatur. Exo.  
 207 Quomodo iudicetur damno dato a bestiis. Exo.  
 208 De iudicio damni putei. Exo.  
 209 De iudicio latronis in multa vel in morte. Exo.  
 210 De iudicio damni pascentis. Exo.  
 211 De iudicio damni ab igne dati. Exo. 212 De iudicio depositi. Exo.  
 213 De iudicio locati & locatoris. Exo. 214 De iudicio commodati. Exo.  
 215 De iudicio empti vel venditi. Exo.  
 216 De euasione fugati. 217 Etiam per animam fugatoris. Deutero.  
 218 De iudiciis hereditatum. Nume.

### De. CCCLXV. prohibitionibus seu mandatis domini negatiuis. Cap. LVII.

- ¶** Sta sunt p̄cepta de non faciendo. quę proprie dicuntur Prohibitiones.  
 1 Non ascendat in cogitationes vestras qđ sit alius Deus p̄ter me. Exo.  
 2 Non habebitis deos alienos. Exo.  
 3 Non facies tibi sculptile. neq; omnem similitudinem. Exo.  
 4 Nolite conuerti ad idola. neq; deos conflatiles facietis. Leui.  
 5 Nō facietis deos argēteos neq; aureos. i. nullā formā talē etiā causa pulchritudinis. Exo.  
 6 Non adorabis idola: non coles idola. Exo.  
 7 Vt nullus det de semine suo. scilicet filium suum. idolo Moloch. Leui.  
 8 Ob & idonei erant opera magica vel genera idololatrę. Leui.  
 9 Vt non fiat opus de Ob. Leui. 10 Vt non fiat opus idonei. Leui.  
 11 Vt non respiciantur idola. Leui. 12 Vt non erigatur statua. Leui.  
 13 Vt non ponatur lapis sculptus. Deutero.  
 14 Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare. Exo.  
 15 Vt non iuretur in idolis. neq; recipiatur iuramentum super illa. Exo.  
 16 Vt nullus erret post seruitium idolorum etiam nominando ipsa. Exo.  
 17 Vt nullus decipiat aliquem ad seruiendum idolis. Exo.  
 18 Vt non ametur persuasor talis. Deutero.  
 19 Vt non parcatur tali persuasori vel deceptoris. Deutero.  
 20 Vt non remittatur ei inimicitia. Deutero.  
 21 Vt deceptus nullus assignet rationem per quam possit euadere. Deutero.  
 22 Vt persuasus non taceat offendere persuasorem. Deutero.  
 23 Vt nullus celet idolum. vel aliquid de ipso. Deutero.  
 24 Vt non reedificetur ciuitas anathematizata. Deutero.  
 25 Vt nullus accipiat aliquid de bonis illius ciuitatis. Deutero.  
 26 Vt nullus accipiat aliquid vtilitatis de idolis. Deutero. 27 Vel de idololatrīs. Deute.  
 28 Vel de aliqua re pertinente ad idola. Deutero.  
 29 Vt non prohiberetur in nomine idolorum. Deuter.  
 30 Vt non sit falsus propheta in populo. Deuter.  
 31 Vt non audiatur qui prophetizat in nomine idoli. Deutero.  
 32 Vt non prohibeamus nos a morte falsi prophetae. Deutero.  
 33 Vt non ambulent in ritibus idololatrarum. Leui.  
 34 Vt non fiat heresis quę vocatur Querem. Deutero.  
 35 Vt non augurentur. Leui. 36 Vt non diuinent. Leui.  
 37 Vt nō declinet ad magos. Leui. 38 Vt nō sciscitetur arioli: vt nō requirat Ob. Deu.

# Rabi Rossei Aegyptij: ductoris dubi.

- 39 Vt non requirantur idonei. Deutero.  
40 Vt non requiratur a mortuis veritas. Deutero.  
41 Vt non assumat mulier habitum viri. Deutero.  
42 Vt non assumat vir habitum mulieris. Deutero.  
43 Vt non fiant characteres & scripturę in carne sicut faciebant idololatrę. Leui.  
44 Vt non induatur vestis lino & lana contexta. Deutero.  
45 Vt non attondeatur coma in rotundum. Deutero.  
46 Vt non radatur angulus barbe. Deutero.  
47 Vt non incidant comas super mortuos. Deutero.  
48 Vt nunq̄ inhabitent in terra aegypti. Deutero.  
49 Vt non sequantur imaginationem vel visum. Nume.  
50 Vt non ineant fœdus cum septem gentibus. Deutero.  
51 Vt non misereantur idololatris. Deutero.  
52 Vt non permittant eos habitare in terra sua. Exo.  
53 Vt non ducant uxores de filiabus eorum. Deutero.  
54 Vt non intrent Ammonitę & Moabitę in ecclesiam dñi. Deutero.  
55 Vt non abominentur Idumęum. Deu. 56 Vt non abominentur Aegyptium. Deuter.  
57 Vt non requirant pacem Ammonitis & Moabitis. Deutero.  
58 Vt non succendant arbores eorum. Deutero.  
59 Vt non timeant inimicos suos in pralio. Deutero.  
60 Vt non obliuiscantur quę dominus fecit Amalech. Deutero.  
61 Vt non blasphemetur nomen Dei: & qui blasphemauerit illud, moriatur. Deutero.  
62 Vt non periuret quis in nomine Dei. Leui.  
63 Vt non iuret in vanum. Exo. 64 Vt non tentet verbum domini. Deutero.  
65 Vt nō destruat domus sanctuarii: neq; libri legis: Sicut rēpla idolorū & libri eorū. Deut.  
66 Non facietis ita domino deo vestro. Deutero.  
67 Vt non remaneat suspensus in patibulo. Deutero.  
68 Vt non tollatur custodia de sanctuario. Leui.  
69 Vt non intret sacerdos omni hora in sanctuarium. Leui.  
70 Vt non intret maculatus in sanctuarium. Leui.  
71 Vt non seruiat qui habuit maculam, etiam quę de leui transit. Leui.  
72 Vt non intromittant se Leuitę de sacerdotum ministerio, nec econuerso. Leui.  
73 Vt non intret ebrius in sanctuarium. Leui.  
74 Vt non seruiat alienigena in sanctuario. Leui.  
75 Vt non seruiat sacerdos pollutus in sanctuario. Leui.  
76 Vt non seruiat etiam sacerdos in die cum fuerit balneatus. Leui.  
77 Vt non intret pollutus in atrium. Leui.  
78 Vt non intret pollutus in coetum Leuitarum. Leui.  
79 Vt non ædificetur altare de lapidibus dolatis. Exo.  
80 Vt non ascendatur ad altare per gradus. Exo.  
81 Vt non deficiat ignis in altari. Leui.  
82 Vt non incendatur thimiama nec holocaustum in altari aureo. Exo.  
83 Vt non yngatur extraneus oleo sancto. Exo.  
84 Vt non fiat compositio simul thimiata. Exo.  
85 Vt non extrahantur vestes de arca fœderis. Exo.  
86 Vt non separetur rationale de superhumerali. Exo.  
87 Vt non rumpatur ipsum opertorium. Exo.  
88 Vt non fiat holocaustum in omni loco. Deutero.  
89 Vt non decollentur sanctificata extra. Deutero.  
90 Vt non sanctificentur maculati ad altare. Leui.  
91 Vt non decollentur maculata in sacrificium. Leui.  
92 Vt non effundatur sanguis maculatorum in altari. Leui.  
93 Vt non cumentur interiora maculatorum. Leui.  
94 Vt non offeratur in sacrificium habens maculam non transibilem. Deutero.

- 95 Vt non offeratur maculatum etiam per modum aduenę. Leui.  
96 Vt non ponatur macula in sanctificatis. Leui.  
97 Vt non offeratur fermentum neq; mel. Leui.  
98 Vt non fiat oblatio sine sale. Leui.  
99 Vt non offeratur merces prostibuli, nec precium canis. Deutero.  
100 Vt non imoletur bestia. Deutero. 101. Nec filius eius. Deutero.  
102 Vt non ponatur oleum oliuarum in oblatione pro peccato. Leui.  
103 Vt non ponatur super illam thus. Leui.  
104 Vt non mittatur oleum oliuarum in oblatione. Nume.  
105 Vt non mittatur super vllam alitem. Nume.  
106 Vt non mutetur sanctificatum, neq; bonum pro malo, nec econuerso. Leui.  
107 Vt non mutantur sanctificata vnus oblationis in aliam. Leui.  
108 Vt non redimatur primogenitum bestię mundę. Leui.  
109 Vt non vendatur decima bestię. Leui.  
110 Vt non vendatur ager excommunicatus. Leui.  
111 Vt non redimatur ager excommunicatus. Leui.  
112 Vt non diuidatur enhacht volucris. Leui.  
113 Vt non vtatur in seruitio suo sanctificatis. Leui.  
114 Non arabis primogenito bouis tui. Leui.  
115 Vt non comedantur sanctificata. Deutero.  
116 Non comedes primogenita ouium tuarum. Deutero.  
117 Vt non decolletur aries paschalis anteq̄ fermentatum abiciatur. Exo.  
118 Vt non remaneat de membris ipsius arietis. Deutero.  
119 Vt non remaneat de carnibus ipsius arietis. Exo.  
120 Vt non remaneat de adipe suo in diem tertium. Deutero.  
121 Vt non remaneat de carne arietis secundę paschę vsq; mane. Nume.  
122 Vt non remaneat de carne manifestationis vsq; mane. Nume.  
123 Vt non frangatur os in primo pascha. Leui.  
124 Vt non frangatur os secundę paschę. Exo.  
125 Vt non extrahatur de carnibus ipsius arietis extra domum. Exo.  
126 Vt non remaneat aliquid de fermento. Leui.  
127 Vt non comedatur de carnibus arietis, neq; crudum, neq; coctum aqua. Exo.  
128 Vt non detur de carnibus illis peregrino & aduenę heresis idololatrę. Exo.  
129 Vt nō comedat de carnib<sup>9</sup> illis Hebręus q̄ recefferit a lege, & adheferit idololatris. Exo.  
130 Vt pollutus non comedat de sanctificatis. Exo.  
131 Vt non comedantur sanctificata quę tetigerint pollutiones. Exo.  
132 Vt non comedantur eorum reliquia. Exo.  
133 Vt non comedant insectum. Exo.  
134 Vt non comedat extraneus Tharuma. Leui.  
135 Vt non comedat Tharuma domesticus sacerdotis. Leui.  
136 Vt non comedat inquilinus sacerdotis Tharuma. Leui.  
137 Vt non comedat pollutus Tharuma sacerdotis. Leui.  
138 Vt non comedat de sanctificatis filia sacerdotis nupta alicui. Leui.  
139 Vt non comedatur sacrificium sacerdotis. Leui.  
140 Vt non comedantur carnes de hacaot. Leui.  
141 Vt non comedantur sanctificata quę scienter sunt maculata. Deutero.  
142 Vt non comedatur decima secunda panis Hierusalem. Deutero.  
143 Vt nō vtat̄ secūda vini extra. Deu. 144 Vt nō comedat decima secūda olei extra. Deu.  
145 Vt non comedatur primogenitum completum extra. Deutero.  
146 Vt non comedant sacerdotes hacat. Deutero.  
147 Nec affam extra atrium. Deutero.  
148 Vt non comedantur carnes holocausti. Deutero.  
149 Vt non comedantur carnes sanctificatę anteq̄ fundatur sanguis. Leui.  
150 Vt non comedat aduena de sanctis sanctorum. Leui.

# Rabi Rossei Aegyptij: ductoris dubi.

- 151 Vt non comedat primitias sacerdos anteq̄ ponantur in atrio. Deutero.  
152 Vt non comedatur decima secunda in pollutione Hierusalem anteq̄ redimat. Deur.  
153 Vt non comedatur decima secunda in la. Deutero.  
154 Vt non expendatur precium decimae secundae in aliis vsibus nisi in cibo & potu. Deute.  
155 Vt non comedatur fructus non decimatus. Exo.  
156 Vt non preponatur Tharuma primitiis, nec decima prima Tharumę, nec decima secunda prima: sed secundum ordinem extrahantur primo primitia, postea Tharuma maior, deinde decima prima, postea secunda. Exo.  
157 Vt nō morent reddere vota. Deu. 158 Vt nō ascēdat in solennitatib⁹ sine oblatiōe. Ex.  
159 Vt non transgrediatur ad quae se obligauit. Nume.  
160 Vt non ducat sacerdos scortum vxorem. Nu. 161 Vt nō ducat repudiatam. Nume.  
162 Vt non ducat violatam. Nume. 163 Vt non ducat maior sacerdos viduam. Nume.  
164 Vt non intret sacerdos in sanctuarium cum vestibus ruptis. Leui.  
165 Vt non intret sacerdos in sanctuarium capillis male compositis. Leui.  
166 Vt non exeat maior sacerdos hora ministerii extra atrium. Leui.  
167 Vt non polluat maior sacerdos super alienis mortuis. Leui.  
168 Vt non polluat idem etiam in propinquis mortuis. Leui.  
169 Vt non intret maior sacerdos super mortuum. Leui.  
170 Vt non accipiat tribus Leuitarum sortem in terra. Leui.  
171 Vt non accipiat eadem tribus partem spoliū cum intrauerit in terram. Deu.  
172 Vt non scindant capillos super mortuū. Deu. 173 Vt nō comedāt bestia pollutā. Deu.  
174 Vt non comedant piscem pollutum. Deu. 175 Vt nō comedāt volucrē pollutam. Deu.  
176 Vt non comedant volatile quod graditur super quatuor pedes. Deutero.  
177 Vt non comedatur quadrupes qđ incedit super manibus. Deutero.  
178 Vt non comedant omnem serpentem. Deuter.  
179 Vt non comedant serpentem de fructu procedentem cum exit ad aera. Deutero.  
180 Vt non comedant quę non habēt pinnulas in aquis & squamas. Deutero.  
181 Vt nullū morticinū comedāt. Exo. 182 Vt nō comedant carnē in agro interfectā. Exo.  
183 Vt nō comedāt membrum animalis. Deu. 184 Vt nō comedāt neruum femoris. Deu.  
185 Vt non comedant sanguinem. Leui. 186 Vt non comedant adipem. Leui.  
187 Vt non comedant carnem cum lacte. Exo. 188 Vt non coquant carnem in lacte. Leui.  
189 Vt non comedant carnes bouis lapidati. Leui.  
190 Vt non comedant panem nouum ante Pascha. Leui.  
191 Vt non comedant tostum de nouis frugibus. Leui.  
192 Vt non comedant grumas de nouo. Leui.  
193 Vt non comedant fructus arboris plantatae de nouo in primis tribus annis. Leui.  
194 Vt nō comedant mixturam vineae. Deu. 195 Vt non bibant vinum mixturae. Deuter.  
196 Vt non comedant neq; bibant sic sectantes comestationem & ebrietatem. Deut.  
197 Vt non comedāt in die expiationū. Leui. 198 Vt nō comedāt fermētū in Pascha. Leui.  
199 Vt nō comedāt fermētū cū mixtura. Ex. 200 Vt nō comedāt fermētātū a meridie. Deu.  
201 Vt non appareat fermentatū. Deu. 202 Vt non appareat fermētātū in domibus. Deu.  
203 Vt non inueniatur fermentum in domibus inantea. Deutero.  
204 Vt non bibat Nazareus vinū, nec aliquid ex vite. Leui. 205 Vt nō comedat vuas. Leui.  
206 Vt non comedat vuas passas. Leui. 207 Vt non comedat azimum. Leui.  
208 Vt nō comedat grana vuarū siue arillos. Leui. 209 Vt nō polluat sup mortuū. Leui.  
210 Vt nō intret in domum vbi iacuerit mortuus. Leui. 211 Vt non tondeat capillos. Leui.  
212 Vt non metatur totus ager. Leui. 213 Vt non colligantur spicę remanentes. Leui.  
214 Vt non tollatur quicquid remanet in vinea. Leui.  
215 Vt non colligatur manipulus oblitus. Deu. 216 Vt non seminētur semina mixta. Deu.  
217 Vt non seminētur diuersa in vinea. Deu. 218 Vt nō misceant diuersa grā aialū. Deu.  
219 Vt diuersae species animalium non laborent simul. Deutero.  
220 Vt nō ligetur os bestię laborantis. Deu. 221 Vt nō laboret terra in anno septimo. Deu.  
222 Vt non laboretur vinea eodem anno. Deutero.  
223 Vt non metantur fructus eiusdem sicut in aliis annis. Leui.

- 224 Vt non colligantur fructus arborum eiusdem anni. Leui.  
225 Vt non laboretur in anno iubileo. Leui. 226 Vt non metatur in eodem anno. Leui.  
227 Vt non colligantur fructus eiusdem anni. Leui.  
228 Vt non vendantur possessiones in terra Israel in perpetuum. Leui.  
229 Vt non permutentur possessiones Leuitarum cum aliis. Leui.  
230 Vt non relinquuntur Leuitae. Deu. 231 Vt non exigant debita in septimo anno. Deu.  
232 Vt non dimittat dare mutuū pauperi licet annus vnus. Deutero.  
233 Vt nō iduret qn bñfaciat paup̄. Deu. 234 Vt nō dimittat Hebręus seru⁹ vacu⁹. Deu.  
235 Vt non exigat debitum a debitore, sciendo qđ non vnde exigat. Exo.  
236 Vt non det ad vsuram. Exo. 237 Vt non accipiat ad vsuram. Deutero.  
238 Vt non sit mediator inter datorem & acceptorem. Deu.  
239 Vt non sit fideiussor, nec testis inter eos. Deutero.  
240 Vt non remaneat merces mercenarij apud aliquem. Leui.  
241 Vt non accipiat pignus debitoris per vim. Leui.  
242 Vt non retineatur pignus eius cum fuerit necessarium. Deutero.  
243 Vt non impignoretur vidua. Deutero.  
244 Vt non impignorentur instrumenta comestioni necessaria. Deutero.  
245 Nō pignorabis molas. Deu. 246 Nō furentur. Exo. 247 Non furentur pecuniā. Exo.  
248 Vt non tollant per vim. Exo. 249 Vt non transferantur termini. Exo.  
250 Vt non opprimant in proximum. Leui. 251 Vt non negetur alicui pecuniā sua. Leui.  
252 Vt non iuret falsum pro pecunia sibi commissa. Leui.  
253 Vt non decipiant proximum in emptione vel venditione. Leui.  
254 Vt non decipiant eum verbo. Leui. 255 Vt non decipiant peregrinum verbo. Exo.  
256 Vt non decipiant in mercando. Exo.  
257 Vt non restituatur domino seruus qui fugerit in terram vestram. Exo.  
258 Vt non decipiat talis seruus. Exo. 259 Vt nō affligant orphanum vel viduam. Exo.  
260 Vt non recipiant seruitium a seruo Hebræo sicut a Chanaanę. Exo.  
261 Vt non vendant seruum Hebræum sicut alium. Exo.  
262 Vt non faciant ipsum seruire sibi per violentiam. Exo.  
263 Vt non dimittant seruum extraneum pro seruo qui se vendidit ei. Exo.  
264 Vt non vendat seruam Hebręam alij. Exo.  
265 Vt non subtrahant ei necessaria, scilicet victus & vestitus. Exo.  
266 Vt nō vedāt captiuam formosam. Deu. 267 Vt nō opprimatur sicut serua. Deutero.  
268 Vt non concupiscant rem proximi. Exo.  
269 Vt nō comedat operarius de fructu arboris dū existit in ipsa vel in cāna sua. Deutero.  
270 Vt non eleues falcem super messem proximi. Deutero.  
271 Vt non accipiat operarius de fructu collecto nisi quod tunc comedat. Deutero.  
272 Vt non celet rem perditam. Deu. 273 Vt non dimittat iumentum sub onere. Deutero.  
274 Vt non habeant mensuram iniquam, vel stateram. Deutero.  
275 Vt non habeant duas mensuras, vnam paruam, & alteram magnam. Deutero.  
276 Vt non iudicent iudiciū iniustum. Deu. 277 Vt non accipiant precium. Deutero.  
278 Vt non honoratur potens vel maior in iudicio. Deutero.  
279 Vt nō timeat iudex malū hoīem. Deu. 280 Vt nō misereat paup̄ in iudicio. Deutero.  
281 Vt non iudicet iudiciū iniquum homini malo. Deutero.  
282 Vt non misceatur ei qui damnum dedit in multa. Deutero.  
283 Vt non iudicet peregrino & orphano iniquum iudiciū. Deutero.  
284 Vt non audiat vnus aduocatus nisi presente aduersario. Exo.  
285 Vt non sequantur multitudinem in iudiciis animarum. Exo.  
286 Vt nō testificetur homo postq̄ testificatus fuerit. Exo.  
287 Vt non instituat iudex qui non fuerit sapiens in iudiciū legis. Exo.  
288 Vt nō testificent falsum cōtra pximum. Exo. 289 Vt nō testificetur homo malus. Exo.  
290 Vt nō testificet pp̄iqu⁹ sanguinis. Deu. 291 Vt nō det iudiciū ad dictū vni⁹ testis. Deu.  
292 Vt non interficiatur qui non meruit. Exo.  
293 Vt non datur iudiciū per presumptiones. Exo. 294 Iustum non interficies. Exo.  
295 Vt non sit idem iudex & testis in iudiciis animarum. Nume.

# Rabi Mossei Aegyptij: ductoris dubi.

- 296 Vt non interficiatur reus mortis donec iudicetur per capitulum domus. Nume.  
 297 Vt nō misereatur insidiatori. Nume. 298 Vt non calumniētur in oppressum. Nume.  
 299 Vt non accipiant precium pro anima homicidæ qui debet interfici. Nume.  
 300 Vt non recipiant precium ab illo qui debet exulare in ciuitate refugii. Nume.  
 301 Vt non stent contra sanguinem proximi. Nume.  
 302 Vt non ponant offendiculum coram ignorante. Nume.  
 303 Coram cæco non ponas offendiculū. Nume.  
 304 Vt nō fiat additamentū in flagellis. XL. quæ dicuntur malcut. Nume.  
 305 Vt non sit susarro. Nume. 306 Vt non o. fiat fratrem. Leui.  
 307 Vt non rubore afficiat alium. Leui. 308 Vt non accipiat vltionem. Leui.  
 309 Vt non retineat inimicitiam. Leui. 310 Vt non accipiat matrem desuper filiis. Deut.  
 311 Vt non tondeatur capillus scabiosi capitis. Deuter.  
 312 Vt non depilentur signa lepræ. Deutero.  
 313 Vt non laboretur neq; seminetur locus in quo fuerit decerucata vitula. Deutero.  
 314 Vt non teneat sponsus in primo anno ad aliqd eorū ad quæ tenetur populus. Deutero.  
 315 Vt non reseruetur vita magus. Deutero.  
 316 Vt non rebelletur contra dictum capituli maioris. Deutero.  
 317 Vt nihil addatur præceptis legis. Deutero.  
 318 Vt nihil diminuat de ipsis. Exod. 319 Vt non maledicatur iudici. Exod.  
 320 Vt nulli alii maledicatur. Exo. 321 Non maledicas surdo. Exo.  
 322 vt nullus maledicat patri vel matri. Exo.  
 323 Vt nullus percutiat patrem vel matrem. Exo.  
 324 Vt non maledicatur regi vel principi. Exo.  
 325 Vt nullum opus operetur in Sabbato. Exo.  
 326 Vt nullum opus fiat in prima die Paschæ. Exo.  
 327 Vt nullū opus fiat i septima die. Exo. 328 Vt nullum opus fiat in die pentecostes. Exod.  
 329 Vt nullum opus fiat in die mensis septimi. Exo.  
 330 Vt nullum opus fiat in die expiationum. Exo.  
 331 Vt nullum opus fiat in die tabernaculorum. Exo.  
 332 Vt nullū opus fiat i octaua die. Exo. 333 Vt nullus reuelet turpitudinē mris. Leui.  
 334 Nec noueræ. Leui. 335 Nec sororis. Leui.  
 336 Nec sororis patris & matris. Leui. 337 Nec filia filii. Leui.  
 338 Nec filia filia suæ. Leui. 339 Nec filia vxoris suæ. Leui.  
 340 Nec filia filii vxoris. Leui. 341 Nec sororis patris. Leui.  
 341 Nec sororis matris. Leui. 342 Nec vxoris fratris patris. Leui.  
 344 Nec nurus propria. Leui. 345 Nec vxoris fratris. Leui.  
 346 Nec sororis vxoris. Leui. 347 Nec mulieris menstruata. Leui.  
 348 Nec mulieris maritata. Leui. 349 Vt nullus coeat cum iumento. Leui.  
 350 Vt nullus coeat cum viro. Leui. 351 Vt nullus reuelet turpitudinem patris. Leui.  
 352 Non fratris patris. Leui.  
 353 Vt nullus faciat aliquid de iis quæ possunt ipsum inducere in incestum, vel in adulterium, licet non perpetret illa. Leui.  
 354 Vt nulla nubat nato de scorto. Leui.  
 355 Non ingrediatur maner in ecclesiā Domini. Leui. 356 Vt non sit meretrix. Leui.  
 357 Vt non ducat repudiatam quæ alii nupsit, etiam ipso mortuo. Leui.  
 358 Vt non nubat vxor fratris defuncti nisi fratri eius. Leui.  
 359 Vt non dormiat oppressor vi cum oppressa. Leui.  
 360 Vt non dimittat vxorem suam quæ obiecit ei nomen pessimum. Leui.  
 361 Vt non castrent masculum cuiuscunq; speciei. Leui.  
 362 Vt non ducat eunuchus in ecclesia domini. Leui.  
 363 Vt non constituatur rex qui sit de aliena gente. Leui.  
 364 Vt non multiplicet rex equos, nec vxores. Leui.  
 365 Vt non multiplicet argentum & aurum. Leui.

FINIS.

# Tabula Capitorum

Sequitur Tabella Capitorum trium Librorum Rabi Mossei de dubiis perplexis seu (vt dicunt) insolubilibus veteris testamenti.

## Capita Lib. i.

- Præfatio inuocatio & procerium. fo. i.  
 1 Imago & similitudo quō accipiuntur. v.  
 2 Vtrū peccatū Adæ fuerit cā intelligētē ei⁹. v.  
 3 Similitudo & figura quō accipiuntur. vi.  
 4 Videre & respicere. vi.  
 5 De præparatione intellectus humani ad intelligenda diuina. vi.  
 6 Nasci quomodo accipiatur. vi.  
 7 Mulier quomodo accipiatur. vii.  
 8 Frater quot modis accipiatur. vii.  
 9 Cathedra quot & c. vii.  
 10 Ascendere & descendere quot. vii.  
 11 Sedere quot modis accipiatur. vii.  
 12 Surgere quot modis accipiendum. viii.  
 13 Stare quot modis dicatur. viii.  
 14 Homo vt sit nomen æquiuocum. viii.  
 15 Scala nomen æquiuocum. viii.  
 16 Petra nomen æquiuocum. viii.  
 17 De occultatione doctrinæ Iudaicæ. viii.  
 18 Appropinquare & tangere æquiuoca. viii.  
 19 Plenum multifariā accipitur. viii.  
 20 Altum & excelsum sunt æquiuoca. viii.  
 21 Transire est verbum æquiuocum. ix.  
 22 Venire multa notat. ix.  
 23 Exitus, Exire seu Egredi & reuerti, quot modis accipiuntur. ix.  
 24 Ire & ambulare quot. ix.  
 25 Habitatio nomen æquiuocum. ix.  
 26 Qz lex locuta est idiomate hominū seu humano, & quomodo. x.  
 27 Pes est nomen æquiuocum. x.  
 28 Tristitia est nomen æquiuocum. x.  
 29 Comedere seu deuorare & c. xi.  
 30 De multiplici diuersitate intelligibiliū. xi.  
 31 De difficultate intelligēdi. xi.  
 32 De modo docendi paruulos. xii.  
 33 De quinq; causis quæ prohibent addiscere sapientiam spiritualem. xii.  
 34 Qz nihil sit cōe Creatori & creature. xiii.  
 35 Ira in deo qualis sit. xiii.  
 36 Facies seu vultus. xiii.  
 37 Post particula quomodo accipiatur. xiii.  
 38 Cor est nomen multiplex. xiii.  
 39 Spiritus & ventus. xv.  
 40 Anima est nomen æquiuocum. xv.  
 41 Viuere & mori sunt æquiuoca. xv.  
 42 Ala est nomen æquiuocum. xv.  
 43 Oculus est æquiuocum. xv.  
 44 Audire est verbum multiuogum. xv.

# Cotius operis.

- 45 Inquisitor & demonstrator. xv.  
 46 Videre & Audire & similia, quō dicantur esse in deo. fo. xvii.  
 47 Quō audiuit & vidit deus. ibidem.  
 48 Incorporeitas angelorum. ibidem.  
 49 Fides quid sit. xviii.  
 50 Entium diuersitas. xviii.  
 51 Qz oīs attributio fiat quinq; modis. xviii.  
 52 Error credentium dispositiones corporales esse in deo. xix.  
 53 Qz Moyses duo petiit a deo. xx.  
 54 Qz Corporeitas oīs remoueat a deo. xxi.  
 55 Similitudo & Cōparatio inter q̄ sint. xxi.  
 56 Qz deus est necesse esse. Entitūq; quēnam sit vnitas & multiplicitas. xxi.  
 57 Negationes de Deo q̄ sint vere sine dubitatione: Affirmationes aut̄ ambigūe. xxii.  
 58 Questio quomodo cognoscatur Deus. xxiii.  
 59 Exemplum ad dei cognitionem. xxii.  
 60 Tetragrammaton nomen dei. xxiiii.  
 61 Bndictio p nomen dei tetragrammatō. ibi.  
 62 De hoc nomine dei: Sum qui sum. xxv.  
 63 De nomine dei in generali, & de nomine Adonai & Gloria. xxvi.  
 64 Sermo qui Creatori attribuitur, creatus est, non aternus. xxvi.  
 65 Tabulæ legis opera sunt dñi. xxvi.  
 66 Dicere & Quiescere dei. xxvi.  
 67 Qz in deo intelligens, intellectus, & intellectū idem sint. xxvii.  
 68 Qz Causa prima sit deus. xxvii.  
 69 Ascendere est verbū æquiuocum. xxviii.  
 70 Scientiā apud hebræos esse deperditam & nō nihil de Talmud. xxix.  
 71 Qz mūd⁹ sit vn⁹: & q̄ videat q̄si homo. xxx.  
 72 Questiones quatuor cōplectentes duodecim narranda. xxxii.  
 73 Probationes q̄ mundus sit de nouo creatus. folio xxxvi.  
 74 Probationes de vnitate creatoris. xxxvii.  
 75 Probationes quibus remouetur omnis corporeitas a Creatore. xxxviii.
- Capita libri Secundi.
- 1 Propositiones. xxvi. de eētia creatoris. xxxix.  
 2 De iis quæ sequuntur ex prædictis. xxvi. propositionibus. xl.  
 3 Corpus quintū, videlicet Coelū, vtrū sit generabile & corruptibile. xli.  
 4 De opinionibus Aristotelis circa generationem & corruptionem Coeli. xli.  
 5 Qz Coelum haberet animam. xlii.  
 6 Qz coeli sint animalia rōnalia. xlii.  
 7 Qz Angelus sit ens, & quale ens, Et de effectu eius. xliii.



# Tabula Capitum

8	Qz angelus sit nomen æquiuocum, & rursus nonnulla de cœlis.	xlvi.
9	Sonitus seu sonos esse in cœlis.	xlvi.
10	Numerus cœlorum & ordo planetarum.	xlvi.
11	Qz mundus a cœlo regatur.	xlvi.
12	Rationes de numero cœlorum.	xlvi.
13	Qz oẽ nouũ habeat causam efficiẽtẽ.	ibidẽ.
14	Opiniones hominũ de antiquitate & de creatione seu nouitate mundi.	xlvi.
15	Rationes Aristotelis quas posuit de æternitate mundi.	xlvi.
16	Qz oẽs rationes Aristotelis pbates æternitatem mudi nõ sunt demonstratiue.	xlvi.
17	De demonstratiõe vera: & qz antiquitas mundi non sit demonstrata: nec impossibile sit mundum esse nouum.	xlvi.
18	Qz omne nouum sit generatum	xlvi.
19	Qz Creator nõ exit de potẽtia ad actũ.	l.
20	Aristotelis credulitas circa deũ & vniuersũ.	l.
21	Probatio Aristotelis, qz naturalia non sint secundum accidens.	lii.
22	Opinio dicentium mundum semper fuisse: et tamen a deo esse.	lii.
23	Rationes & opiniones philosophantium, de diuersis.	lii.
24	De varietate & inæqualitate dubitationũ, & qz abicienda est vetus opinio volenti in sapientia vera proficere.	lii.
25	De Epiciclis & Eccentricis.	lii.
26	Qz non propter legẽ credatur mundus esse creatus.	lv.
27	Qz cœli sint de luce vestimenti Dei: et terra de niue Throni eius.	lvi.
28	Qz mundum debere corrumpi nõ habeatur ex lege.	lvi.
29	Qz quidam putauerunt Salomonem credidisse æternitatem mundi.	lvi.
30	De obscuritate quæ est in dictis prophetarũ, et qz quilibet propheta habeat propriũ modum loquendi.	lvii.
31	De differẽtia inter primum & principiũ.	lx.
32	De causa obseruationis sabbati.	lxi.
33	De tribus opinionibus circa pphetiã.	lxi.
34	Qz Moyse solus audiebat verba domini ad se loquentis.	lxii.
35	De eo quod scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum.	lxiii.
36	Qz prophetia Moyse sit excellentissima: & quibus rationibus.	lxiii.
37	Quid sit realiter prophetia.	lxiii.
38	De splendore intellectus qui effunditur super intellectum hominum: & de differentia effusionis eiusdem.	lxiii.
39	De audacia hominis.	lxiii.

# Totius Operis.

40	Qz lex Moyse preferatur aliis.	lxv.
41	Qz cõsuetudo sit potẽtissima.	lxvi.
42	De statu prophetie in actu pphetadi.	lxvi.
43	De prophetia per similitudinem.	lxvii.
44	De similitudinibus & speciebus prophetie in visione vel in somnio.	lxvii.
45	De prophetie gradibus.	lxviii.
46	Qz multa quæ dicuntur in prophetiis fuerint tẽm in visione & nõ in re.	lxix.
47	De prophetiis per metaphoram.	lxx.
48	Qz omne nomen habeat causam.	lxx.

## Capita Lib. III.

1	Qz sapientes Iudæi prohibuerint patefacere arcana legis.	lxxi.
2	De diuersitate facierũ, & qz homines nominetur aliquando noibus animalium quibus assimilantur, vt Ezechiel.	lxxi.
3	De visione Ezechielis.	eodem.
4	Expositio eiusdem de Mercava.	lxxii.
5	Qz Rotæ quas vidit Ezechiel sint cœli, vbi & Ionathæ expositio.	lxxiii.
6	Cur Ezechiel dixerit visiones dei & non visionem seu visio.	lxxiii.
7	De ratione difficili in Mercava in motu pphetia.	lxxiii.
8	De inquirendis in de Mercava.	lxxiii.
9	Qz non cõtingat corruptio nisi ex parte materia.	lxxiii.
10	De difficultate intelligendi Creatorẽ.	lxxv.
11	De priuatione qz ascẽdit in cor loquẽtiũ.	lxxv.
12	Qz contrarietas opinionũ ex priuatione seu ignorantia proueniat.	lxxv.
13	Mala quare eueniant	lxxv.
14	Causa vniuersalis essentia.	lxxvii.
15	De mensuris cœlorum & stellarum, & de distantiis eorum a nobis	lxxviii.
16	Vtrum secũdũ potentiã diuinã cõtraria possint esse in eodem.	lxxix.
17	De scientia dei respectu singulariũ.	ibidem.
18	De prouidentia dei opiniones quinqz.	lxxx.
19	Qz species & cetera secũde intentiones sint in intellectu.	lxxxii.
20	Qz genera omnium perfectionum sint in ipso Creatore.	lxxxii.
21	Qz scientia Dei nõ innouetur.	lxxxiii.
22	Differentia inter scientiam propriam & alienam.	lxxxiii.
23	De Iob vtrum fuerit ens verum an similitudinarius tẽm.	lxxxiiii.
24	De Iob, vtrum mala eius fuerint scita & inducta a deo.	lxxxv.
25	De tentatione, & sex locis in quibus fit mentio eius.	lxxxvi.

# Tabula Capitum.

26	Vtrum deo conueniat agere propter finem: an non.	lxxxvii.
27	Vtrũ Deus agat propter finem.	lxxxviii.
28	De ratione pceptorum diuinorũ.	lxxxix.
29	Legis finis, qualis est tollere de mentibus hominum superbiam.	lxxxix.
30	De credulitate erronea pgenitorũ Abraham, et de fide ipsius Abraham	xc.
31	De opinionibus antiquorũ quæ sunt debiles & erronea.	xcii.
32	Qz inquisitio legis grauis sit quibusdã: & qz lex utilis sit.	xcii.
33	Qz naturalia ostẽdit pietatẽ Dei.	xcii.
34	Qz concupiscentia lege tollatur.	xciii.
35	Qz lex extraneã rationẽ nõ cõsiderat.	xciii.
36	Qz pcepta diuisa sint in quatuordecim pres.	xciii.
37	De causis & rationibus pceptorum primæ partis supradictæ.	xcv.
38	De secundæ partis pceptis.	ibidem.
39	De pceptis tertie partis.	xcvii.
40	De pceptis quartæ partis.	eodem.
41	De pceptis quintæ partis.	xcviii.
42	De pceptis sextæ partis.	eodem.
43	De pceptis septimæ partis.	c.
44	De pceptis octauæ partis.	ci.
45	De pceptis nonæ partis.	eodem.
46	De pceptis decimæ partis.	ibidem.
47	De pceptis vndecimæ partis.	ciii.
48	De pceptis duodecimæ partis.	cv.
49	De pceptis decimæ tertie partis.	cvii.
50	De pceptis decimæ quartæ partis.	eodẽ.
51	De expositione verborũ difficultiũ legis.	cix.
52	De corroboracione antedictorum: & de seruitio Deo debito.	cx.
53	De hominis conuersatione & moribus: & de commercio cum intellectu.	cxii.
54	De expositione trium nominum, quæ sunt misericordia, iudicium, & iustitia.	eodẽ.
55	De hoc nomine Sapientia.	eodem.
56	De cccxviii. pceptis seu mandatis dñi affirmatiuis: & de inductione opi. bonarũ.	cxiii.
57	De cccxlv. prohibitionibz seu pceptis dñi negatiuis.	cxvi.

Sequit tabella serie lfaria vocũ & sentẽtiarũ in dicto opere explanatarũ aut insigniũ, quatenus eas colligere p tpe datũ est. Sũt aut in triplici discrimine. nã quedã sunt in marginibz adscripta, eaqz foliis distinguere satis videbitur: quedã in frõte capitũ, qz aut foliorũ tẽm numero aut etiã capitũ discernemus. Quedã vero notata non sunt: eaqz foliũ & numero & particula, indicabimus.

# Tabel. Alphabe.

A	Braham & eius mores scdm gentiles.	xc.ca. xxx.
A	Abrahæ fides & pgenitorũ ei9 incredulitas.	xc.
A	Abstractas itelligẽtias nõ põt hõ comprehendere.	xiiii.
A	Accidẽs nõ est in Deo.	xviii.
A	Accidentia accidentiũ fundamenta sunt cognitu difficilia.	xlvi.
A	Adẽ peccatũ vtrũ fuerit cã intelligentiẽ ei9.	v. cap. ii.
A	Adæ filiũ ante Seth & post Abel nõ habuẽt veram formã humanam.	fo. vi. linea vlti.
A	Adonai & gloria.	xxvi.
A	Aequiuoca apud Hebræos.	lix.
A	Aeternitatis mudi rationes.	xlvi. nõ sunt demonstratiue.
A	Affirmaciones de deo sunt ambigue.	xxii. cap. lvi.
A	Agens ex intentione & voluntate põt agere diuersa.	liii.
A	Agere ppter finẽ vtrũ cõueniat deo.	lxxxvii. ca. xxvi. & fo. lxxxviii. cap. xxvii.
A	Ala.	xv. cap. xlii.
A	Alexandri dictum insigne.	liii.
A	Altum & excelsum.	fo. viii. ca. xx.
A	Ambulare & ire.	ix. capi. xliii.
A	Angelorum incorporeitas.	xvii.
A	Angelũ esse ens, & qle ens, & de effectu ei9.	xlvi. ca. vii.
A	Angelus est nomẽ æquiuocũ.	ibidem. ca. viii.
A	Angeli duo sunt homini cui9 dati.	lxxxv.
A	Anhelit9 retetio suffocatur foetũ in vtero.	xy.
A	Asa9 pmanetia.	xxxviii.
A	Anima.	xy. ca. xl.
A	Anima cœli an sit de9.	fo. xxviii.
A	Appropinquare, & qd deo appropinquare.	fo. viii. cap. xvi.
A	Aqua sapietie.	xi.
A	Aquas diuisit.	lx.
A	Araboth.	xxviii. pte. iii.
A	Arborum fructificatio.	fo. xciii. parte. vi.
A	Arcana sapientie igno-ramus.	l.
A	Arcana legis nõ licuit patefacere.	lxxi. cap. i.
A	Aristotelis ppositiones de antiquitate mudi nõ sunt certæ.	xxxix.
A	Aristotelis opiniones de natura cœlorum.	fo. xli. capi. liii.
A	Aristotelis rationes de æternitate mudi.	xlvi. ca. xv. non sunt demonstratiue.
A	Aristotelis credulitas circa deum & vniuersum.	l. cap. xx.
A	Aristotelis opinio de essentia mudi.	liii.
A	Aristotelis dicta de cœlis a sphaera lunæ vsqz ad centrũ terræ sunt oia vera, reliqua verisimilia.	liii.
A	Aristotelis & Platonis opiniones an destruant fundamenta legis diuine.	lv.
A	Arithmetice vtilitas.	fo. xii.
A	Arma non accipienda mulieri.	xcvi. pi. i. & iii.
A	Ascendere, dñari & c.	fo. xxviii.
A	Ascẽsus & descẽs dei.	x.
A	Attributio quincuplex.	fo. xviii.
A	Attributa in deo.	xix.
A	Attribuẽdo aliqd creatori elongatur homo dupliciter ab eo.	xxiii.
A	Audacia hois.	lxv.
A	Audire.	xy. cap. xliii.

# Tabula

# Alphabetica.

Audire & videre dei. xvii.  
**B**enedictio p tetragrama-  
 tō nomē dñi. xxiii.ca.lxi.  
 Blasphemia qd fit. xliii.  
 Bonitas virtutum vnde. lxi.  
 Brachium dextrum. xcvii.p.v.  
 Breuitas. i. modicitas intellectus  
 humani. xii.  
**C**andelę exēplo pbat silūtu  
 do cōferre itellectui. iiii.  
 Cathedra. vii. cap. ix.  
 Causa septē destructiōis repto  
 rū in aliquo libro. iiii.  
 Causa spediētes sapiētā spūa-  
 lem. xxii. cap. xxxiii.  
 Cause sūt quatuor: quartū tres  
 cōiungunt in deo. xxvii.  
 Causa prima deus. xxvii.  
 Cā prima ablata nihil fit. xxviii.  
 Cā tpe pcedit effectum. liii.  
 Cā essētię vniuersalis. lxxvii.  
 Circūcisionis cā. cviii. fit in in-  
 fantia propter tria. ibidem.  
 Clavis scientię pphetatū. iiii.  
 Caelum mihi sedes est. vii.  
 Caeli sunt de luce vestimenti  
 dei. lvi. cap. xxvii.  
 Cœlestia corpa sunt viua. xxxi.  
 Cœlog i inferiora virtutes. xxxi  
 Cœli si quiescerent vniuersum  
 periret. xxxi.  
 Cœlū vtrū sit generabile & cor-  
 ruptibile. xli. cap. iiii.  
 Cœlum habere animā. xlii. ca. v  
 Cœlorum numerus. xlii.  
 Cœli sūt aialia rōnalia. xlii. c. vi.  
 Cœlorum soni. xliiii. cap. ix.  
 Cœlorum numerus. xliiii. cap. x.  
 Cœlo effluunt quatuor. xliiii.  
 Cœlorū numeri rōnes. xlv.  
 Cœlum cœli domino. lv.  
 Cœlog mēsurę & distārię. 78.  
 Cognitio dei. xxii. & xxiii.  
 Coitus quadrupedū inspectio,  
 quare sit phibita. cviii.  
 Comedere. xi. ca. xxix.  
 Comparatio inter q fit. xix.  
 Cōpatio & similitudo. xxi.  
 Complexio seu cōstitutio hoīs  
 impedit disciplinā. xliii.  
 Cōcupiscētiam lex aufert. xciii.  
 Cōsanguineis etiā nocētib⁹ te-  
 netur hō benefacere. c.  
 Cōsuetudo vet⁹ dediscēda. liii.  
 Cōsuetudinis potētia. lvi.

Cōtraria nō posse coniungi in  
 eodē non arguit in deo aliquā  
 impotētiam. xxxvii.  
 Cōtraria vtrū possint simul in  
 esse eidē potētā dei. lxxix.  
 Cōuersatio hoīs & mores. cxii.  
 Cor quō fit in deo. xvi.  
 Cor. xliii. ca. xxxviii.  
 Cordis in aiali motus & cœlo-  
 rū cōpatio. xxxi.  
 Corporeitas nō ē i deo. xxxviii.  
 Corp⁹ quītū videlicet cœlum  
 vtrum sit gnabile & corrupti-  
 bile. xli. ca. iiii.  
 Creatori & creaturę nihil est  
 cōmune. xliii.  
 Creator non exit de potētia ad  
 actum. l. cap. xix.  
 Creator nō refert ad tps nec ad  
 locum. xix.  
 Creator facit singularia. xxvii.  
 Creator an sit aia cœli. xxviii.  
 Creator quō iugatur mūdo in  
 suo regimie nescimus. xxii.  
 Creatoris vnitas. xxxvii.  
 Creator similis est fonti vndiq;  
 mananti. xlvi.  
 Creator difficile itelligit. lxxv.  
 Credeta vel credata. cxii.  
**D**amna data a bestiis.  
 fu. xcviii. p. ter.  
 Danielis libri an ppheti-  
 ci. lxix.  
 Dæmones dicti sunt hœdi. ciii.  
 Decollatiōis aialiū ratio. cvii.  
 Demonstratio tm vniuersaliū. 57  
 Demonstrator. xv. ca. xlv.  
 Demonstratio vera q antiqtas  
 mūdi nō ē demonstrata. xlvi.  
 Demonstratione scitorū idē est  
 iudiciū. lxii.  
 Descēdere & Ascēdere. vii. c. x.  
 Desideriū sciendi. xii.  
 Deū habere formā humanam  
 putant multi. v.  
 Deo appropinquare. viii.  
 Dei ascēsus & descēsus. x.  
 Deo cur sensus & membra at-  
 tribuerūt hoīs. xvi. per to.  
 Deus quō audit & videt. xvii.  
 Deus nō est definibilis, nec in  
 eo est accidēs. xviii.  
 Deus quō dicat misericors. xx.  
 Deus est necesse esse. xxi.  
 Deo quatuor sūt auferēda. xxi.

Deus quō cognoscat. xxii.  
 Deus nō est forma rerum mē-  
 talis. xxvii.  
 Deus est causa prima. xxvii.  
 De⁹ hitaculū mundi, & an for-  
 ma. xxviii. Est icorpore⁹. xxx.  
 viii. Plures esse nō pnt. xli.  
 Deū eē cām & vniuersū causa-  
 tū credidit Aristoteles. l.  
 De⁹ an sciat singularia. lxxix.  
 Deus an agat ob finē. 77. & seq.  
 Deuorare. xi. cap. xxix.  
 Dialecticę necessitas. xliii.  
 Dicere & quiescere dei. xxvi.  
 Differentia scientię pprię ab a-  
 liena. lxxxiiii.  
 Difficilium expositio. cix.  
 Dispōnū creatori opinio. xviii.  
 Dispōnes corpales nō eē in deo  
 vt opinantur. xix.  
 Diuinitio an sit pphetia. lxii.  
 Docēdi puulos mod⁹. xii. ca. 32.  
 Doctrinę alioꝝ apti. lxxiii.  
 Doctrinę occultatio. viii. c. xvii.  
 Dubitationū inēqualitas. liiii.  
**E**cce ego mitto angelum  
 meum. lxiii.  
 Efficiens nō variat varia-  
 ris effectibus. xix.  
 Egredi & reuertī. ix. ca. xxiii.  
 Entium diuersitas. xviii. xxi.  
 Entiū diuisio in tria. xlv.  
 Epicycli & Eccētrici. liiii.  
 Epicuri opinio. xlvi.  
 Esaię loquēdi modus. lvii.  
 Essentiā dei respiciētes pposi-  
 tiones. xxxix. ca. i. & xl.  
 Excelsum & altum. viii.  
 Exēplū temere studeriū. xliii.  
 Exēplū ad dei cognitionē. xxiiii.  
 Exire & exitus. ix. ca. xxiii.  
 Expositio verbōꝝ difficilīū. cix.  
 Ezechielis visio. lxxi. & seq.  
**F**abula de arbore. xci.  
 Fabula de Tamut. xci.  
 Fabulosa fides. xci. p to.  
 Facies in hebraico dicit aspect⁹  
 a videndo. vi. par. i.  
 Faciē meā nō videbis. ix.  
 Faciēs seu vultus. xliii. par. v.  
 Facierū diuersitas. lxxi.  
 Fames & sitis. xi.  
 Festū paschatis, pentecostes, et  
 tabernaculorum. ci.  
 Fides quid sit. xviii.

# Tabella

# Alphabetica.

Figura & similitudo. vi. ca. iiii.  
 Fili Adę post Abel & an Seth  
 nō habuerūt verā formā hu-  
 manā nec Adę. vi. in fine.  
 Finis intētionis vniuersorū et  
 recursus in vnum finē. xxviii.  
 Finis legis est tollere e mēribus  
 hoīm supbiā. lxxix. ca. xxix.  
 Finis oratiōis & lectiōis legi. cx  
 Fœtus in vtero suffocatio. xv.  
 Fœt⁹ i vtero quō crescat. xlix.  
 Formam Plato & ceteri phi vo-  
 cat masculum. viii.  
 Formarū in vltimam formā re-  
 cursus. xxvii.  
 Forma est causa esse rei. xxviii.  
 Forma triplex. lii.  
 Fundauit terram sup stabilita-  
 tem suam. lvii.  
**G**enera qualitatis. xix.  
 Gna oīm pfectionū sunt  
 i creatore. lxxxii. ca. xx.  
 Genera pfectionū in hoīe. cxiii.  
 Geometrię vtilitas. xii.  
 Gloria & Adonai. xxvi.  
 Gradus pphetię. lxii. lxxvii.  
**H**abitatio. ix.  
 Habitaculū mūdi de⁹. 28.  
 Heliseus cur fact⁹. lxxiii.  
 Hœdi sūt dæmones. ciii.  
 Hoeth & hoeth differētia. cxi.  
 Hircus Neomenię. ciiii. par. v.  
 Homicidiū qn fit licitū. xcvi.  
 Homo. viii. cap. xliii.  
 Hoīm differētia triplex. xliii.  
 Hō est minor mūdus. xxii.  
 Homo indiget societate. cvii.  
**I**dolatrę nō credūt q fit a-  
 litus deus pter deum. xliii.  
 Ignis diuersi effectus. xix.  
 Ignorantes deum hoīs quales  
 sint estimādi. cx.  
 Imago ē equiuocū: & qd fit Fa-  
 ciam⁹ hoīem ad imaginē no-  
 stram. fo. v. ca. i. & par. iiii.  
 Imaginatio aialium. xxxv.  
 Impotētia nō est in deo nō pos-  
 se cōiungere cōtraria. xxxvii.  
 Infinitio arboris in aliā speciem  
 quare sit phibita. xcvi.  
 Instrumentorū rō. xvi.  
 Intellect⁹ ē hoīs pfectio. v. Eius  
 ad diuina ppatio. vi. habet ter-  
 minū. xi. Intelligibiliū diuersi-  
 tas & itelligēdi difficultas. xi.

Intellect⁹ intelligēs & intellectū  
 sunt idē in deo. xxvii.  
 Intellect⁹ opatio qlis fit. xxxv.  
 Intellect⁹ diligit rē intellectā q  
 est a se. liii. in prin.  
 Intellectus splendor. lxiii.  
 Intelligētias abstractas hō cōp-  
 hēdere nō pōt. xliii.  
 Intelligētia prima est a creatore  
 & secunda a prima. liii.  
 Intelligētie quō fluāt abinuicē  
 & sint cause cœlorum. liii.  
 Intellect⁹ rerū scriptarū nō eq̄  
 tur itellectui rerū vifaru. cix.  
 Intētionēs secundę. lxxxii.  
 Iob vtrum vere fuerit. lxxxiiii.  
 Iob vtrum mala pfectius sit. lxxxv.  
 Ira in deo qualis sit: & q nō nisi  
 in idololatrā. xliii.  
 Ire & ambulare. ix. ca. xliii.  
 Is & ysa i hebraico. vii. ca. vii.  
 Iudiciū, iustitia, mīa. cxii.  
**L**ex locuta ē idiōmate hu-  
 mano. x.  
 Lex Moyfi pferē aliis. 65.  
 Lex quō dicat recta. ibidē  
 Lex nō est naturalis. lxxvi.  
 Legū ciuiliū finis. lxxvi.  
 Legis finis tollere superbiam.  
 fo. lxxxix.  
 Lex est vtilis, & ei⁹ ingitio qui  
 busdā grauis. xcii.  
 Lex nō considerat rationē extra  
 neam. xciiii.  
 Lex cur sit Moyfi data. cv.  
 Legis orationis & lectionis qui  
 fit finis. cx.  
 Libellus repudiū. cvii.  
 Libri huius intentio. ii.  
 Libri hui⁹ nomē & noīs cā. ii.  
 Libri veterū errorum. xcii.  
 Lingūę hebraicę castitas. lxxv.  
 Locus. vii. ca. viii.  
 Lux creata in prima die. lx.  
 Lux principiū generatiōis. lxi.  
**M**ala qre eueniāt. lxxv.  
 Mala q passus ē Iob vtrū  
 sint pscita & inducta a  
 Deo. lxxxv.  
 Materia dicit foemina. viii. Est  
 duplex. xxxvii. lvi. Triplex. lii.  
 Materia & forma sūt eguocē in  
 elemētis & in cœlis. xxxviii.  
 Materiā stellarū nō esse mate-  
 riam cœlorum. li. liii.

Materia cā est corruptiōis. 74.  
 Maxillarum ratio. xcvii. par. v.  
 Mercauę rationes. lxxiii. bis.  
 Mercurii sphaera. xliiii.  
 Meretrices & scorta cur sint in  
 lege prohibita. cvii.  
 Mezeraia. xcii.  
 Miraculorum ratio. lix.  
 Misericordia, iudiciū, iustitia. cxii.  
 Misericors quō dicat deus. xx.  
 Misna. xcix.  
 Moyles p absōsione faciei accē-  
 pit p̄miū diuinę visionis. vi.  
 Moyfi propheta excellit. lxxiii.  
 Moyles petiit duo a deo: & q in-  
 tellexit omnia creata. xx.  
 Moyfi cur sit data lex. cv.  
 Mores prauī an sint in hoīe tan-  
 tū ex parte materię. liii. par. i.  
 Mores & cōmercii hominis cō-  
 intellectu. cxii.  
 Mori & viuere. xv. cap. xli.  
 Motor cœli nō est corpus extra  
 ipsū: nec est potētia diffusa per  
 corpus: nec est potētia spartibi-  
 lis: & horum probatio. xl.  
 Motores primī non possunt esse  
 plures. xli. a tergo.  
 Motus localis necessitas. xvi.  
 Motus continuus. xxxiii.  
 Motus sphericū cause. xliiii.  
 Mulier. vii. cap. vii.  
 Mundum esse nouum nō est im-  
 possibile. xl viii. cap. xvii.  
 Mūd⁹ ē vn⁹ & quasi vn⁹ hō. xxix.  
 Mundus minor homo. xxxii.  
 Mūdi antiqtas aut creationis  
 opiniones. xlvi. cap. xliii.  
 Mundum semper fuisse & tamē  
 a deo esse opinantes. liii.  
 Mundus non pendet necessario  
 a creatore. liii.  
 Mūdi aternitatē sequitur plu-  
 ra icōueniētia q nouitatē. liii.  
 Mundus creditur creatus nō tā-  
 rum propter legem. lv. ca. xxvi.  
 Mundum debere corrūpi nō ha-  
 betur ex lege. lvi. cap. xxviii.  
 Mundum esse de nouo. xxvii.  
 Mūdū esse possibile esse. ibid. i. fi.  
**N**asci. vi. cap. vi.  
 Naturalia non esse secun-  
 dum accidens. lii.  
 Naturalia onidūt pietatē dei. cxii.  
 Necesse esse est deus. xxi.

# Tabella Alphabetica.

**N**ecessitas vniuersi quomō non sit a deo. &c. lii. in fine.  
 Negationes de deo non habent dubitationem. xxii. cap. lviij.  
 Nominis huius libri causa. ii.  
 Nominū quedā sūt equoca. qdā transspūria: quedā ābigua. lii.  
 Nominations seu agnominatio nes seu attributa dei. xix.  
 Nomina oīa dei sūpra sūt ab opī bus pter tetragrāmātō. xxxiiii.  
 Nomen dei in generalī. xxvi.  
 Nouum omne habet causā efficiētem. xlv. & xlix.  
 Nouum habet causam. lxx.  
 Numeri coelorum rationes. xlv.  
**O**blatio sacerdoti quare de beat comburi. ciii.  
 Occultatio doctrinae. viii. ca. xvii.  
 Oculus. xv. cap. xliii.  
 Oculi obtenebrāt ī tristitia subita, & illuminantur in letitia: & quare. lviij. in fine.  
 Olei sancti vtilitas. cii.  
 Opiniones stultae de deo. xxxiiii.  
 Opinio vetus deponenda. liiiij.  
 Opiniones quinq; de prouidentia dei. lxxx. cap. xviii.  
 Opinonū similitudines. lxxvi.  
 Orationū multiplicitates. xxiii.  
 Ordo planetarum. xliiiij. ca. x.  
 Ordo poenarum legalium. xcix.  
 Os nō cōminuetis in illo: & causa quare nullū os frāgebant in sacrificio paschali. ciii.  
**P**arabola omnis: habet duas facies. iii.  
 Parabola pulchra. cix.  
 Paruulos docēdi mod⁹. xii. c. 32.  
 Pascha cur septē dieb⁹ agat. f. ci.  
 Patriarchae & Moyses, māserūt in fine pfectionis erga deū. cxj.  
 Peccatum Adē vtrū fuerit causa intelligentiē eius. v. cap. ii.  
 Pentecostes festum. ci.  
 Perfectio hominis. v. cxliij.  
 Perfectio omnis in deo. lxxxiiij.  
 Pes. x. cap. xxvii.  
 Petra. viii. cap. xvi.  
 Phi & loquetur disputatio. xxxiiiiij.  
 Planetarum ordo. xliiiij. cap. x.  
 Plato vocauit materiā sceminā, & formam masculinam. viii. cap. xix.  
 Poena talionis. xcviii.  
 Poenae grauitas vel leuitas attenditur ex quatuor. xcix.  
 Poenarum legalium ordo. xcix.  
 Poena quae infligebatur nō a lege, sed a sapiētibus ad terrorē, dicitur malar vel malar. c.  
 Pollutus quare nō debeat comedere de applicatione. ciiiij.  
 Polluti cur non intrabāt factuarium, & pollutio triplex. cv.  
 Porci esus cur vetit⁹ ī lege. cvi.  
 Post varie accipitur. xliiiij. p. vi.  
 Potentia eget subiecto. xxvii.  
 Preceptorum ratio. lxxxix.  
 Praeceptorū ī. xliiiij. diuisio. cxliiiij.  
 Praecepta primae & scdē pris. xcv.  
 Tertiae & quarta. xcvii. Quinta & sexta. xcviii. Septimae. c. Octauae & decimae. ci. Undecimae. ciii. Duodecimae. cv. Decimae tertiae. cvi. Decimequartae & vltimae. cvi.  
 Praecepta. 28. affirmatiua. 24. Et cccxv. negatiua. cxvi.  
 Praeparatio ad prophetiā. lxxiiij.  
 Principium & primum. lx.  
 Principium generationis. lxi.  
 Priuatio scientiae humane. lxxv.  
 Propheticae scientiae clauis. iii.  
 Prophetiarū obscuritas & prophetarum modus loquēdi. lviij.  
 Prophetiam cōcernētes opī. lxi.  
 Prophetiae gradus. lxii.  
 Prophetiae Moysi excellētia. lxliij.  
 Prophetarum discrimina. lxxiiij.  
 Prophetiae cessationis causa. lxxiiij.  
 Prophetiae virtutes. lxxv.  
 Prophetiae status. lxxvi.  
 Prophetia p similitudinē. lxxvii.  
 Prophetiae similitudines. lxxvii.  
 Prophetiae gradus. lxxviii.  
 q; auferatur ante mortē. ibidē.  
 Prophetica multa in visione tm̄ & nō in re contigerunt. lxxix.  
 Prophetiae per metaphorā. lxxx.  
 Propositiōes. xxvi. de essētia creatoris. xxxix. ci. ex ipis sequētia. xl.  
 Prouidentiae dei opī. lxxx.  
 Psalmi, Qui habitat ī adiutorio &c. continentia. cxj.  
 Pueri nō sūt sapientiē spiritualis capaces. xliij.  
**Q**ualitatis gna quatuor: quorū nullū ē in deo. xix.  
 Quatuor remouēda a deo. xxi.  
 Quaternarius mirabilis. xlv.  
 Questio de hoīe, an fact⁹ sit vt cetera aīalia sūt itellectu: & rnsio. v.  
 Questio an sit substantia omnino simplex &c. xix.  
 Questiones. xii. narrātorū. xxvii.  
**R**atiōes Aristo. de aternitate mundi. xlvii. & xlviii.  
 Phorum de diuersis. liiiij.  
 Recursus in vnam formā. xxvii. in vnum finem. xxviii.  
 Rectoris ciuitatis debēt esse plura opera pietatis q; poenae. xx.  
 Regimini aliorum idonei. lxxiiij.  
 Repudiū libellus. cvi.  
 Respiciere & videre. vi. cap. iiiiij.  
 Reuerti. ix. cap. xliiiij.  
**S**acerdoti oblatio quare de beat comburi. ciiiij.  
 Salomon qualiter puenerit ad secreta legis. iiiiij.  
 Salomō an crediderit aternitatem mūdi. lvi. ca. xxix.  
 Salomonē fuisse sapiētiorē omī hoīe qualr sit intelligēdū. cxliiiij.  
 Sancti quare nō nunq; patiantē afflictionē. cxj.  
 Sactuarū cur nō licebat intrare pollutis. cv.  
 Sanguinē quare nō licuerit Iudeis comedere. ciiiij.  
 Sapiētia addiscere impediūt se pte cause. xliij. ca. xxxiiij.  
 Sapiētia explicat. cxliij. ca. lv.  
 Sapiētia Salomonis. cxliij.  
 Scala. viiiij. ca. xv.  
 Sciētiae pphetice clauis. iiiiij.  
 Sciēdi desiderium. xliij.  
 Sciētiae dicitur vita. xv.  
 Sciētia Hebreorū perit. xxix.  
 Sciētia dei respectu singulariū qualis sit. lxxix.  
 Sciētia dei nō innouat. lxxxiiij.  
 Sciētia ppria & aliena. lxxxiiij.  
 Scorta cur sint inhibita. cvi.  
 Sectis tribus cōia. xxix.  
 Scdē intētiōes sunt in intellectu: vt species gen⁹ &c. lxxxiiij.  
 Sedere. vii. ca. xi.  
 Sensuū apphensio. xxxv.  
 Septenari⁹ p multitudine. lxxiiij.  
 Sermo dei creatus est. xxvi.  
 Seruitiū deo debitū. cix. cap. liij.

# Tabella

# Alphabetic

Seth secundum gentiles. xc.  
 Similitudo cōfert ad intellectū, vt pbat exēplo candelae. iiii.  
 Similitudo & imago. iiii. cap. v.  
 Similitudo & figura. vi. ca. iiii.  
 Similitudo quid. xxi.  
 Similitudo & cōparatio. xxi.  
 Similitudo pulcherrima. xxiiij.  
 Simplex tm̄, puenit ex simplice & nō qdlibet e quolibet. liiiij.  
 Sol in medioplanetarum. xliiiij.  
 Solē adorari solitū. ci. parte. v.  
 Solennitatum vtilitas. cv.  
 Somniū ē species pphetiae. lxliij.  
 Sonitus coelorum. xliiiij. cap. ix.  
 Species & ceterae scdē intētiōes sunt in intellectu. lxxxiiij.  
 Sphaera, & q; nihil ē vacuū inter eas. xxx. Earū centra & numerus. ibidem in fine.  
 Spherarum numerus. xliiiij.  
 Sphaera Veneris & Mercurii. folio. xliiiij.  
 Spiritus ventus. xv. parte. ii.  
 Stare. viii. capitulo. xliiiij.  
 Stellae, sphaerae octauae. liiij.  
 Sum qui sum. xxv.  
 Surgere. viii. cap. xliij.

**T**abernaculorū festum. ci. do.  
 Tabule legi opa dñi. xxvi. Vniuersū  
 Talionis poena. xcviii. Vniuersū  
 Talmud. xxix. stotelem  
 Tangere. viii. cap. xv. Vnū nō  
 Tempus, & de eo opī. xxxiiij. Volūtas  
 Tēpus est accidēs motus. xxxix. bis & c  
 Tēpus ē difficile cognitū. xlvij. Videre  
 Tentatio & ei⁹ mētio. lxxxvi. Vinum  
 Terra est de niue throni Dei. Vini nō  
 lvi. cap. xxvii. Virtutū  
 Terra dicit multipliciter. lx. corp  
 Tetragrāmāton nomen. xxiiij. tra  
 p ipm bndictio ibidē. lxi. Vi  
 Theophili. xciiij. ?  
 Transire. ix. ca. xxi. V.  
 Tristitia. x. cap. xxviii. Vifi  
**V**ariatis effectib⁹ nō cōtinuo variat efficiēs. xix. Vifiō.  
 Veneris sphaera. xliiiij. Vifitans peccata patrū i  
 Venire. ix. ca. xxii. Vitula decurticata. xcv.  
 Verbū dicēdi est equocū. xxvi. Viuū, sapiēs, potēs, volēs. xlx.  
 Veritas qb⁹ modis appareat. ii. Viuere & mori. xv. cap. xli.  
 Veritate impediunt tria apprehendere. xi. Vtilitas solennitatum. cv.  
 Veritas qua cura acquirat. liiiij. Zelatae applicatio. ciiiij. par. iiii.  
 Vnitas creatoris. xxxvii. Zelotes & vltor deus. xx.  
 Vniuersi ad hominem similitudo.

**FINIS** Rabi Mossei ductoris dubitantium  
 seu perplexorum, Anno .MDXX. ad  
 nonas Iulias: Opera Iodoci Badii  
 Ascensū: cum gratia & priuilegio  
 in triēnium proximum,  
 Annuente literatorum  
 omnium Meccenate

L. Rutze.

